L. Sive de itinere 6. Si mens. fal. mod. dix. 367. & 372
L. Si vendidero 9. De evict. 871
L. Si vero male fidei 12. De rei vind. 182
L. Si vero mihi 8. De condit. pec. 406
L. Si vir, iter 26. De fervit. reil. præd. 638
L. Si unus ex argentariis 27. De pact. 66
§. *Si eum res* 73
§. *Pactus* ibid.
§. *Illud* 76
§. *Pactis* 77
§. *Si eum* 79
§. *Sed si stipulatus* 82
§. *Sed si generaliter* 102
§. *Item si* 81
§. *Si stipulatio* 82
§. *Sextus* 446
L. Si unus ex hæris 67. Pro socio. 493. & 494.
§. *Si unus* 494
§. *Si quid* 497
§. *Non aliter* ibid.
L. Si ususfructus 21. Quib. mod. usufr. amit. 1167
L. Si usufructuarium 23. De liberali causa. 682. & 683
§. *In summa* ibid.
§. *Si inter* ibid.
L. Si vulneraverit 43. Locs. & condu. 316
L. Si unus 32. Res. annot. 1032
L. Socierate enim 1. Pro socio. 479
§. *In societate* ibid.
L. Solet a principio 10. De his qui not. infam. 102
§. *Quæ vitium* ibid.
L. Solet etenim 2. De alest. 357
§. *Sextus confessionis* ibid.
L. Spatiumque 5. De ædendo. 1
L. Spondes 7. De verb. signific. 30
L. Stipulationes 35. De distract. 1197
L. Stichum 55. Adelog. æquil. 1139
L. Subscriptorum 39. De verb. signific. 30
§. *Bonæ* ibid.
§. *Detestari* ibid.
§. *Incertus* ibid.
L. Subscriptor 42. De acquir. rer. dom. 1
L. Sub diversis 51. De cond. & demonst. 1175
L. Supra text 11. De aqua. pluv. arc. 1
§. *Cassius* 673. & 674
§. *Apud Fenerem* ibid.
§. *Offerum* 676
§. *Quod si* ibid.
§. *Si ex privato* 678
§. *Trebatius* ibid.

T

L. TAmetsi Faviana 5. Si quid in fraud. 635
§. *In absente* ibid.
L. Tiriæ cum decederet 42. De act. emp. 1001
L. Tiriæ qui 21. De jur. fisc. 961
L. Titiæ servum 9. De fer. expo. 998
L. Titio cum mercator 15. De usufruct. & quemad. &c. 1196
L. Trebatius 25. De damn. infect. 872
L. Tutela 1. De tutelis. 1
§. *Tutrix* 577
§. *Mutus* ibid.
§. *Surdum* ibid.
L. Tutelæ exam 7. De capit. min. 579
§. *Injuriarum* 159
§. *Si liberare* ibid.
§. *Item cum* ibid.
L. Tutor ad nititatem 21. De adm. tut. 53
L. Tutor incertus 20. De testam. tut. 579
§. *Testamento* ibid.
L. Tutor lege 16. De pign. act. 420
§. *Contrarium* 421. §. *Item* ibid.
L. Tutor pupilli 35. De jurejur. 216. & 227. & 402
§. *Prodigus* 216. & 228. & 402
§. *Qui non* ibid.
L. Tutor, qui 10. De auctor. tut. 368
L. Tutor, vel curator 36. De rit. nupt. 1010
L. Tutores quoque 15. De pact. 53

V

L. VBi domicilium 2. De reb. auct. jud. possid. 750
L. Ubicunque 101. De regul. jur. 17
L. Ubi non uxor 224. De regul. jur. 206
§. *Exemplo* ibid.
L. Vel ab eo 2. De dolo malo. 145
L. Vel alium 10. De recept. arb. 176
L. Vel filiumfam 4. De jurejur. 214
L. Vel in operis 36. De procur. 108
L. Vel titricis 20. De procur. 105
L. Velleiano 1. Ad SC. Vellej. 462
§. *Nem sicut* ibid. §. *Æquum* 467
L. Vel locuresium 2. De fer. cor. 249
L. Vel maris caufa 1. De publ. in rem act. 249
L. Vel pur itcrus 2. Si mens. fal. mod. dix. 370
§. *Sed si ego* ibid.
L. Vel qui in ufum 7. De pign. 809
L. Vel fimilem 5. De alien. jud. mut. caus. fac. 163
L. Vel folvendi 4. De publ. in rem act. 250
L. Vel totum 2. De calumn. trahan. 708
L. Veluti cum lege 77. Pro foc. 587
L. Veluti 5. 7. De edend. 35. 36
§. *Hæc* ibid.
L. Veluti si in danem 13. De relig. & fumpt. funer. 183
L. Venditor hereditatis 51. De hered. vel act. vend. 1121
L. Venditor hæ 9. Com. rerciic. 341
L. Ventri 20. De tutor. & curat. datis, &c. 1188
§. *Curatorem* ibid.
L. Verbum signorum 8. De verb. fignif. 46
§. *Abhinc* ibid.
L. Verum eft 3. De bon. poff. fec. tab. 623
L. Videtumus 17. Quod metus caufa. 885
L. Vinum, quod mutuum 32. De reb. cred. 325
L. Unde Nerva 79. Pro foc. 587
L. Volumus 20. Quib. mod. pign. vel hypo. folv. 979
§. *Cæditur* ibid.
L. Urbi appellatione 2. De verb. fignif. 15
L. Usufructus 2. De ufurp. & ufucap. 716. & 803
L. Usufructus in multis 4. De ufufc. & quemad. &c. 22
§. *Et certe* ibid.
L. Ut quandoque 9. De capit. minut. 23
L. Ut proponi 12. De bon. poff. fec. tab. 1049
L. Ut unum mere 2. De tribut. act. 434
L. Ut unum omnes 14. De fer. cor. 252
§. *De fi* 254
§. *Si fervus* ibid.
§. *Si is* ibid.
§. *Pignoris* 255
§. *In hac actione* ibid.
§. *His conſequentes* ibid.
§. *Item non ſolum* ibid.
§. *Æſtimatio* ibid.
§. *Interdum* ibid.
L. Utique autem 16. De rei vind. 284
§. *Cujus* ibid. & 302
L. Utique 22. De recept. arb. 180
L. Voluntis magnitudo 8. De injur. 160
L. Uxor mortuo 55. De donat. inter vir. & uxor. 1030
L. Uxores viri 9. De iis, qui not. infam. 100

GRÆCARUM DICTIONUM INTERPRETATIO HACTENUS DESIDERATA.

Quæ continentur in hoc Secundo Tomo Operum Poſtumorum.

Pag. 7. ἀεὶ τὸ ἔπειτα, ad dominium obtinendum. pag. 8. ἀφίστε, interminate, *bis cad. pag.* pag. 9. ἀφορισμὸς, obtorquere. ἀπὸ πανάκεια, τὸ πανὰ, τὸ ἀκέσιον, a janua, a baluco, & theatro. pag. 28. ἀξιόπιστος, fecundum ſtoicos, fubtilius. pag. 70. ἀπὸ σκοπὸς, qualemcunque opus. pag. 72. ἀπροβλήματος, ſolutilio, limitatio. pag. 76. ἀπὸ τοιούτου, ad Timotheum. ἀπὸ σκοπὸς εἰς ἀφορισμὸς, ἀφορισμὸς δὲ, dec.ſolent argentarii monumenta, commentarios edere eorum, quæ &c. pag. 90. ἀπόδειξις, τραγικὸν. ἀπόδειξον, nummulus, wrafculus. pag. 94. ἀναβολὴν, dubia. pag. 95. ἀναγκαῖος, ſubſidium. ἀναγκαῖον ἐν τῷ βίῳ, de quo re agitur. pag. 98. ἀν ἐστιν ἀναβολὴν ἀναβολὴν ἀναβολὴν, ἀναβολὴν δὲ, veteres creditorum monumenta conbullit. pag. 80. ἀναβαίνω, &c. fenderu iuire. pag. 84. ἀγ ἐπιστολὴ, vi ipſa. *pluries cad. pag.* pag. 85. ἀγ ἐπιστολὴ. Τὸ δικαίωμα, æſtu, poteſtate, vi ipſa. pag. 86. ἀγ δικαίωμα, vi ipſa. *bis cad. pag.* pag. 75. βαθμὸς, ὁ ἀναπαυόμενος πανηγύρεως, comparetur, ſive exiſtere ſtatim. ἡ ἀναπαυσις, ἡ ἐν τῷ βαθμῷ πανηγύρεως, modo & poſteriori paſſu nuncupet. pag. 77. τὸ δικαίωμα, vi ipſa poteſtate. ἐφεδρικὸν, parem vim habere. ἐφεδρικὸν, ἐφεδρικὸν, æque diviſionis, eque diſtributionis. pag. 78. ἡμῶν οὐκ ἐν τῷ ἡμῶν ἐφεδρικὸν, ἔστιν οὐ τὸ ἐν ἡμῖν, pariter in ſermonibus, quæ proſtereretur, ne in ſacramentis. pag. 70. ἐπιπόνημα, poem vim habeutem. pag. 84. ἐπὶ τῷ φάσκοντι ἐναβλαβεῖσθαι ἔφαλμα, tanquam damnum, quod futurum eſt. pag. 83. ἐπιχωρικὸν, non ſubtiliter. pag. 88. Ἐπὶ τὸ μᾶλλον φιλὸν πάντα μᾶλλον, eſt filio magis ac abundum amica. Μᾶλλον μὲν ἐγὼ καὶ ἐμὸς ἐμὸς, me quidem mater ipſius eſſe dicit. Ἀδελφοποιοῦσι, ne pu qua ſint matrem, Germanos, quos una mihi genuit mater. Μὰ μᾶ νοεῖς, ἀνὴ δὲ ἀμφοτέρους Ἐγὼ εἰς ἐμὲ, ne me interimas, uterinus enim Hectoris frater non ſum. Οὐ γὰρ ἐκείνου ἀνηρέτο ἐνὸς ἐκ ἀμφοῖν με, Οὐ γὰρ ἐκείνου ἀνηρέτο ἐνὸς ἐκ ἀμφοῖν με, Qui mutem tibi interfecit, ac fortem ſocium. ἐκ μᾶλλον ἐδὲν ἐκείνους, nemo adoptivus maris. pag. 92. ἐκὶ τὸν γονέα κάλεσθαι, ob incertum genetrix. pag. 97. ἐκκλησία, ἐκκλησιάζειν, pugnaci contentione, obſtinentia. ἐκκλησία, ἐκκλησιάζειν, contentio pugnax, deciſio. pag. 105. ἐλεγμὸς, dat. pag. 117. ἐλεγχικὸς, rerum difficultas. pag. 118. ἐν ἐκείνῳ τῷ ἐκείνου ἐκείνῳ, ἐκείνου ἐκείνῳ ἐκείνῳ, ἐκείνου ἐκείνῳ ἐκείνῳ, abſque poſtea litem inſtituens, repellitur excepti. dol. pag. 129. ἐξὸν ἐν τῷ ἐξόντος ἐκείνου, liter connexa non ſit adminiſtratio. ἐξὸν ἐκείνου ἐξόντος, adminiſtratio ſeparata eſt. pag. 144. ἐπιγραφικὸν βιβλίον ἐπικαλούμενον, lapides conſcribuuti vi ſuſtorum. pag. 160. ἐπὶ τὸν ἐπὶ τὸν, lege bis. pag. 170. ἐπὶ ἐπὶ, ſententiam. ἐπιστρέφειν, ἐπιστρέφειν, ἐπιστρέφειν,

pag. 249. *κάλεσον δὲ σε γυναῖκ' ἀμείνω*, fuit autem noctu utriusvis.
ἄφανον, perditum.
pag. 250. *κατάβρεμμα*, fanum decuriorum.
Le sept le, unum ad unum.
pag. 255. *κ ἔδοτο*, &c. non datur extra rem duplum.
pag. 257. *ἀνεχῶν*, impedire, retinere.
pag. 258. *πενταπλᾶς*, quinquertii.
πανγράτιον, *παγκράτιον*, pancratium.
pag. 270. *κατὰ φυσικὴν φθορὰν*, *παρ' ὅλοκον μόρον*, ex naturali corruptione, fua morte.
pag. 272. *ἀνειδάλακτος*, per exuberantiam.
pag. 288. *ἐμβόλιον*, emblema, vafis ornamentum, quod avelli poteſt.
ὑπαγωγὰς, prætinctiones.
pag. 289. *πνεύματι κενῷ ἴσα τὰ κενὰ αὐτῶν διεκδύνειν*, quibus ſpiritu per naturam omnem permeante
διφυᾶσθαι, diffiſa, diſjunctæ.
pag. 292. *ἐμβλῆμα*, Emblema.
pag. 295. *ὑγρὸν διαμαρτύριον*, ſcripſem teſtationem.
pag. 296. *κατὰ συμπαράδοσιν*, per ſequelam.
pag. 299. *κελλιφόρου*, bene ſcribentes, librarii.
ἀθανασίαι, *ἄθανται*.
pag. 304. *διάλυσις*, *κάθαρσιν*, ſolutum, impoſſibile.
pag. 305. *ἐμβλυσωτικὸν*, ſuperficiarium. *pluries ead. pag.*
ἐμφυτευτικὸν, *ἐμβλυσώσεως*, *ἐμφύτευσις*, *ἐμφυτεύειν*, *ἐμβλύσωσις*, *ἐμβλύσωσθαι*, deſinere, inambulare.
καὶ ἐνυπόθετον ἐμβλυσώσεων τῶν γῆν, & profecti ſunt defendere, pedem ponere in terram.
pag. 308. *ἐμβλυσωτικὸν*, ſuperficiarium.
pag. 309. *ἀνεπιγκλὴν*, rerum difficultas.
pag. 316. *κοινωνῆσαι*, conterreris.
pag. 317. *κτωλὴ*, implicationem.
κτοὶ τὸ κοινὸ, ex communi.
pag. 323. *ἐκκεχύσθαι τὸν ἐρβακὸν*, oculum effunderet.
pag. 337. *αἰγιαμβίων*, *αἰγιαμβικὸν*, qui induſtria percipiuntur, qui ultro gignuntur.
pag. 338. *αὐτόγονον*, qui ſua ſponte promanant.
pag. 341. *ὡς ἀνεγράφη ὁ λόγος*, non convertitur ſermo.
pag. 360. *τὸ τῆ ἀντιστρόφῳ ἴδιον τῇ ἀνέχρον*, ut haut rorum pignus.
pag. 361. *τὸ μὲν ὑπὲρ τὸ δὶς ἀνυδλύσασιν*, niſi quidem ſupra naturæ pertium licitus fit.
pag. 362. *ἀκτικὸν*, *συγκριτικὸν*, poſitive, comparative.
pag. 374. *κλῶθ' ἕως ἂ σὺ ἀκατὰ ἀνεγκλήτων*, lucrum eſt ad ſcopum pervenire.
pag. 381. *ἀφανίζων*, dubia.
pag. 390. *μεταλλαγὴ ἀ ἐπιλλαγὴ*, qui ex altera parte patiſ obligationem, qui ex utraque.
pag. 393. *ἐν πομπῇ*, in promitu.
pag. 394. *συγκρίσεως*, comparate.
pag. 395. *κιτσέρος*, ciſſoreos.
ἐφαρμόσαμεν, ironium.
χαρακτὴρ, Character.
pag. 401. *ἀνωνυμίαν*, nota, quæ ſit vice nominis.
pag. 407. *φάσεως*, viſio, ſpectrum.
pag. 419. *ἐὰν δὲ τὸν συναλλαγμάτων ἐκδόσεις*, contractuum initium voluntarium.
pag. 421. *ἀνεκδόσιμον*, non obnoxium.
ἐμβλυσωτικὸν, ſuperficiarium. *pluries ead. pag.*
pag. 422. *ἐμφυτευτικὸν*, *ἐγκωνικὸν*, Emphyteuticum, ſuperficiarium.
pag. 423. *ἀναφορικὸν*, prælationis. *pluries ead. pag.*
pag. 430. *ὡς ὑπαδεχθῆ τὸν καρπὸν*, tanquam fructuum ſuſceptor.
pag. 447. *πλῆθος τῶν λειτουργιῶν*, pleraque munerum publicorum.
pag. 448. *Οὐκ ἐστὶν ἐν γυναικὶ πλείονα χάριν*, non multa eſt in mulicre gratia.
pag. 449 *ἀνωφερὲς*, regreſſum. *pluries ead. pag.*
Ἀλλ' ἀφεῖν ἐμὲ ἀνωφερῆ τὸν συμφορᾶς, ſed nobis eſt regreſſus ad calamitatem.
ἀπατεῶνα, *ἀπατεῶνος*, deceptus, decipientes.
pag. 459. *ἀπέδωκεν*, remunerato.
pag. 479. *εἰς ἀπειρίαν*, in infinitum.
pag. 483. *τὰ διαδικῶν τὸν κοινωνίαν*, ad diſtrahendam ſocietatem.
pag. 487. *σπῆ τὸν ἀπόδημον εἰς Ἱεροσόλυμα*, de in Hieruſalem migrantibus.
Οὐδ' ἐγκεγυμνῶσθαι τοῦτοις μαπάδεσιν ἀ ἀπαγορεύεσθαι, ad Deum accedere loci transmutatio non efficit.
διὰ δικαστῶν ἀπόδημίαν, ob publicam profectionem.
pag. 489. *πέρρω τὸ φάγειν*, *τῷ πυρσὸν ἐσθὶ δρέπεσθαι*, Phrygium, & Perſarum termini longe abſunt.
pag. 491. *ἀπολήγει*, pro raja.
pag. 492. *κατ' ἐξαίρεσιν*, per præſentiam.
pag. 495. *τὰ ἐκτόπια, ἃ ἀπὸ τοῦ γένους*, ſonnerare, non eſſe converti in propios uſus.
pag. 496. *μηδὲ κατηγορίᾳ ἐστὶν συναλλαγὴ ἀπόδοσις*, nec fratrem amicum facito.
. . . . . *ἢ μὲν τὸ κατηγόρεσιν χρῆσιν*.
Ἔστιν δὲ καὶ ἀνάγκη ἐκὶ τοῦ κατηγόρου εἶδη, non quidem germano fratre inferior eſt, qui ſocius cum ſit, prudenter, ſipienteque norerit.
pag. 498. *ἐξ ὑποθέσεως*, *κατὰ συνθέκλα*, ex communi conſenſu.
ἃ γραφικὴ σπέδη σὺ κάτω σεμνὸν, forma poſita eſt quantitatis nota.
ἀλλοι ἀτίνες, *ἄλλο ἀφρυκτὸς*, vinum cenebant, vinum compabant.
pag. 499. *ἀφιέσθαι*, *κλάσεως*, *πράξεως*, *ἀπόδοσις*, permutare, mutare, etiere, vendere.
Ῥαῦτοφρὰ ἔστι τὸν ἐγὼ, *ἀλλ' ἔλι τὸ ἄμμῶν*, *Ῥαῦτοφρὰ ἔστι ἀπογίνεσθαι*. Facile enim dicere bones da, & plautrum, facile autem recuſare.
pag. 501. *βιβλιωτικὸν*, *νομισματικὸν*, adſtipulatores, venditorum ſponſores.
pag. 503. *ἐλλειψὶν*, elliſin.
pag. 504. *συνάλλαγμα*, contractus.
ἀδιάκριτος, nominis expers.
pag. 510. *ἐπικτῶν*, quod ob res venditas ſifco inferebatur.
pag. 515. *ἐμφανιστὴς*, ſignificanter.
pag. 530. *ἀπόμπλα*, *τὸ ἐ ἐπιμέλεια τοῦ τὸν ἐν ἀλλ' ἀπόπτωσιν τοῦ πρὸς τὸν ἀκοινὸ*, reſta legum inſtituto, & cura & ad cetera, quæ ad res Civitatis pertinent, & ad nauticas.
pag. 533. *ἀπόπτωσιν κρίματα*, res mutuas.
pag. 534. *συμβολὰς*, contributiones, collationem.
ἀπόδοσι γινομένου ἐ ὑπνου πράσεσι μέντοι, cum faciendæ jactura eſt, mercator primus proficiat.
pag. 535. *ἀπόδοσιν*, pro rata.
pag. 544. *ἀπόδοσις*, innominata, nominis expers.
συγγενεῖς, cognatus.
pag. 545. *μεσιτεύσαντες*, interpres.
ἀπόδοσις, innominata. *bis ead. pag.*
Ὡν σημείων, ſignorum.

ἐγγυᾶσθαι δὲ, &c. ſcripſit autem tirulum Pilatum.
pag. 715. *κοινωνικὸν ζῶσιν*, inclufa animalia.
pag. 753. *μὲν ἐπιβλέπων*, *μὲν ἀπαγορεύσεων*, nec accubo cuiusi, nec omnia procrastinatio.
pag. 754. *ἐπιγραμμένων*, epigrammatum. *bis ead. pag.*
pag. 756. *. . . . πρὸ τὸ τοῦτον τοῦ τὸ γενικὸν*, pro litteris, & pro vocabulo.
pag. 768. *τοῦ διαφόρου*, ad differentium.
pag. 772. *τὸν κοινὸν τοῦ ἐν ἀλλ' ἀπόπτωσιν*, creditorum ſatisfactionem in genere.
pag. 776. *καρδιοπόνων*, accipitrus.
pag. 785. *ἀπόμπλα*, *ἀπόμπλα*, diſtinctum.
pag. 806. *ἐσθὶ ἀπόδοσις*, hæc olenis expreſſus.
pag. 816. *ἀπόμπλα*, curioſum, anxium.
pag. 817. *ἀπόμπλα*, curioſus.
pag. 819. *ἀπόμπλα*, rerum diſtinctarum.
pag. 820. *ἀπόμπλα*, craſſus, pinguius.
pag. 826. *ὡς μὴ ἀπόμπλα*, qui poſt litem conteſtatam.
pag. 870. *ἀπόμπλα*, ſubices pedanei.
pag. 871. *ἀπόμπλα*, omnia continentes.
pag. 872. *ἀπὸ τοῦ*, ex communi.
pag. 876. *ἀπὸ ἀπόμπλα τῶν ἐν ἀπόμπλα ἀπόμπλα*, Zeugma per ellipſin.
ἀπόμπλα, *ἀπόμπλα*.
pag. 879. *ἀπόμπλα*, ſponſor, adſtipulator.
pag. 896. *ἀπόμπλα τὸν ἀπόμπλα*, ad hereditatem manus admovere.
ἀπόμπλα, *ἀπόμπλα*.
pag. 879. *ἀπόμπλα*, *ἀπόμπλα*, *ἀπόμπλα*,

Græcarum Dictionum Interpretatio hactenus desiderata.

pag. 941. *συκοφάντει τὸ δικαιοσύνῃ*, flante judicio.
pag. 955. *ἀντίστροφοι*, reciprocum, & inversum ordinem. *plurimi eadd. pag.*
παλιλλογία, ejusdem rei repetitio.
ἀντιστρέφειν, inverti, & reciproci ordinis.
pag. 957. *ἀντίστροφοι*, reciprocus ordo, & inversus. *bis ead. pag.*
pag. 958. *περὶ γεωμετρικὰς*, geometricas.
pag. 963. *ἐπὶ πασῶν τῶν ὁμοίων διφόρων*, in omnibus thematibus, quæ possimus.
pag. 966. *πρωτόγονα*, præpuderum.
δέκα, *οἱ ἀπὸ δέκα*, decem, & dena.
pag. 968. *ἀπρόσωπα*, persona non adjecta.
pag. 970. *ἀπρόσωπον*, persona non adjecta.
pag. 972. *ἀντινομία*, legum contrarietas.
pag. 981. *ἀλλ' οὐ τῶν βαρέων*, sed non iis, qui gravitet, &c.
pag. 1007. *εἰς δύο ἀρχάς*, ad duo principia.
ἀνώνυμοι, *ἀνωνύμους*, innominati, nomine non designati.
pag. 1008. *ἐναντιόλημματον*, contractus.
ἐναντίλημμα, contractus.
pag. 1010. *διβλάκωσιν*, thrymni commutatio.
pag. 1012. *ἀντίστροφον*, ordo reciprocus, & involutus.
pag. 1014. *ἰσότριβλα*, fi linderetur.
pag. 1020. *μὴ ἀντιπάθειαν*, non repeti.
pag. 1027. *ἀπὸ κοινῆ*, ex communi.
pag. 1030. *διὰ τὸν διάλογον τῶν χρόνων*, ob favorem emptiarum.
pag. 1030. *διχοτομὴ* divisores.
pag. 1040. *παρασυναγωγὴ*, etymon tradit.
pag. 1051. *ἐπὶ τὸ πλεῖον*, ut plurimum.
pag. 1083. *τὸ ἐσαῦρον*, par cautio.
τὸ ἐσαῦρον τῶν πραγμάτων, *τὸ ἐσαῦρον τῶν τραπεζιτῶν*, parem causam negotiorum, & parem cautam rerum præsentium.
pag. 1084. *τὸ ἐσαῦρον*, æqualitas. *bis ead. pag.*
pag. 1093. *διὰ δέλτων*, festa instar liberorum.
pag. 1110. *τὰ μάγικα*, magia.
pag. 1115. *μαντικὴ ἀρχαία*, divitaria.
pag. 1118. *τὸ ἐσαῦρον*, æqualitas. *bis ead. pag.*
pag. 1130. *γνωμικωτέρως*, quod folvitur civitati, in quam migrarunt.
pag. 1159. *διὰ τὸ κοινὰ τῶν συγγενῶν τρέφεσθαι*, ex eo, quod a cognatis alantur.
pag. 1171. *πένης*, *πενιχρὸς*, pauper, egenus.
pag. 1198. *ἀνεψιόπαις*, talum.
pag. 1200. *τὸ δὲ κατὰ λόγον διαιρετικὸν*, hoc quidem singula dividens.

JACOBI CUJACII J. C.

IN LIBRUM PRIMUM PAULI AD EDICTUM COMMENTARII, SEU *RECITATIONES SOLEMNES*.

Anno 1584.

PRÆFATIO.

ANTE diem quartum nonarum Sextilium, quo die cœpi me unere deponere, feci in pateflate veſtra ut ſtaturetis interim quid mihi eſſet interpretandum; & alii quidem non aceepta conditione, vegrii tamen ſententiam prius aperuerunt Cadiſii, tui maxime mee ſibule exigis ut impendantur opera, librum quartum, ſatis jam longo tempore dicentes ne extra morem & ordinem fibule, veluti extra carceres evagatus, & vel nunc tempus eſſe regredi, quod dicitur, ad limen atque gradum. Quos ego, non dicam dolo, non audiebam libenter: revocabant enim me in viam vulgarem, & a me jam ter quaterque peractam, revocabant treſtanda, recitanda ruſſis ea que neſciens non erans habere inter omnes, qui juris ſtudioſi ſunt. Et multo certe gratiores mihi fuerunt qui hic ſuperveneruut, & me invitaverunt ad libros Pauli ad edictum: jucundior enim ſemper fuit mihi treſtatio juris, quam Conſtitutionum, quia & eadem multo plus acuminis & eruditionis, multo plus nervorum & nominis habet. Accedit etiam quod interpretande libros Pauli ad edictum, ſimul una ſalvus, & Ulpiani libros ad edictum interpretabimur, & in conſpectu & luce clara conſtituemus ſenſum & ordinem omnem edicti perpetui, qua re nulla poteſt eſſe juris ſtudioſo utilior. Cum Deo igitur, cujus ſemper numen adveneror & adoro, vogoque ut ſtudia cujuſque veſtrum foveat, ſanitate ſemper reddita adlaboremibus, qui ex veſtro numero ſunt non pauci, & huic meo inſtituto adſit placatus propitiuſque.

Ad L. ult. de Juriſdict. Extra territorium jus dicenti impune non paretur. Idem eſt, & ſi ſupra juriſdictionem ſuam velit jus dicere.

A eſſe ſcandi. Idemque eſſe, ſi quis non obtemperet ei, qui jus dicit ſupra juriſdictionem ſuam. Quia juris dicendi verbo utitur, ex eo apparet, eum loquutum de magiſtratu, non ad judices datos, qui jus non dicunt, ſed judicant, cognoſcunt, arbitrantur tantum. Sed videamus ad quos magiſtratus pertinet. Alii ſunt magiſtratus urbani, alii provinciales, alii municipales. Si pertinere ad magiſtratus urbanos, non dicerem, *extra territorium*, *ſed extra urbem*, vel *extra terminos urbis*, *ut l. 1. in pr. & §. finito §. ult. de offic. præf. urb. præfecti urbi nullum eſſe præſtatem, cum extra terminos urbis*, id eſt, nullum eius eſſe poteſtatem extra terminos urbis, qui ciaudantur centeſimo miliario. Unde apud Herodianum lib. 1. pratoriani milites, qui exauctoriantur, & diceſſere jubentur ultra centeſimum miliarium, jubentur excedere terminos urbis. Præfecti igitur urbi extra territorium, extra centeſimum miliarium,

UM hac I. conjungenda eſt *l. 26. & 28. ad municip. & l. 7. de admin. ser. ad civitat. perrin. & l. in honorariis 6. de obſeq. & eſt.* quoniam hæ omnes ſunt de magiſtratibus municipalibus, quas omnes ordine interpretabor, excepta *l. in honorariis*, quam decrevi prætermittere, quandoquidem eam non ita dudum ſum interpretatus. In *l. ult. de Juriſdict.* Paul. ait, *eum, qui non obtemperat jus dicenti extra territorium, id impune facere, id ei non*

milita-

miliare, nullam esse potestatem: extra urbem posse eum jubere, judicare, posse judicem dare, quæ est pars mixti imperii & jurisdictionis, *l.3. h.t.* extra urbem, intra terminos tamen, non extra terminos urbis. Non pertinet etiam hæc lex ad magistratus provinciales, quoniam ad eos si pertineret, non diceret, extra territorium, sed extra provinciam, vel extra provinciæ terminos, *l.10. & l.16. C. Theod. de accusat.* Intra terminos provinciæ, in qua crimen admissum est, accusationem instituendam esse, apud præsidem ejus provinciæ, non extra. Nec igitur præsidis cujusquam extra suam provinciam potestatem ullam aut notionem esse: quamobrem, & quem præses prohibet pro aliis postulare citra infamiæ notam, is in ea tantum provincia non recte postulat, cui præest is qui sententiam dixit. Ceterum in alia provincia, si ut dixi, non sit notatus infamia sententia præsidis recte postulat, *l. ex ea causa, inf. de postul.* At quia hæc l. proprie pertinet ad magistratus municipales, dicit extra territorium. Est enim territorium universitas agrorum unius oppidi, aut municipii, vel coloniæ, *l. pupillus, §. pen. de verbor. sign.* Est, ut eleganter Siculus Flaccus lib. de limitibus agrorum ait, universa limitatio municipii, sive pertica: nec usquam ea appellatio terminis attribuitur urbis Romæ vel provinciæ cujusquam qui longissimi sunt, sed municipii tantum circumsepto permodico. Proinde vel sola territorii appellatio ostendit, hanc legem proprie pertinere ad oppidaneos, sive municipales magistratus, qui plerunque ut erant, & duumviri appellabantur. Et ita *l. duumvirum 53. C. de decur. lib. 10.* ait: *duumvirum non impune extollere potestatem fascium extra metas territorii propriæ civitatis*: ipse, qui jus extra territorium dicit, id non facit impune. Is tamen, qui ei non obtemperat, id facit impune. Et *potestatem fascium*, inquit, quia & duumviri jus virgarum in servitia habebant, *l.12. h. tit. l. si privatus 17. inf. qui, & a quib. manum.* Et fasces aut bacilli eis præferebantur, *M. Tull. 2. Agrar.* Ceteris in colonis duumviris anteibant lictores cum bacillis: Capuæ cum fascibus duobus. Duumviro autem impune non paretur, non tantum si velit jus dicere extra territorium, sed etiamsi velit jus dicere supra modum jurisdictionis suæ, puta de re vel summa majore, quam ei per leges liceat. Nec enim magistratus municipalis jus dicere potuit de quacunque re vel summa, sed de minore tantum lege definita. De majore notio erat præsidis provinciæ. Paul. 5. sent. *Res*, inquit, *judicatæ videntur a magistratibus municipalibus usque ad summam, qua jus dicere possunt.* Idem Paul. hoc ipso lib. in *l. inter 28. ad munic. Inter convenientes, & de re majori apud magistratus municipales agi.* Unde ad *l. ult.* addenda est hæc exceptio: *Nisi inter convenientes, inter consentientes.* Nam si ex conventione litigatorum magistratus municipalis de re majori aditus sit, de ea re jus dicenti litigatores morem gerere debent: qui morem gerere detrectat, id non fert impune. Conventio litigatorum prorogat jurisdictionem. Conventio privatorum non dat jurisdictionem nullam habenti jurisdictionem, vel apertius, non dat jurisdictionem privato, *l. privatorum 3. C. de jurisd.* At magistratus jurisdictionem prorogat, *l.1. de judic. l.14. de jurisdict.* Sicut & notionem judicis, dati forte ad certam summam, etiam prorogat conventio litigatorum, *l. de qua re, §.1. de judic.* Ad hæc quærit Accurs. *in d. l. ult.* an magistratus, qui usque ad certam summam duntaxat jus dicere potest, exempli gratia usque ad aureos 100. si supra eam summam jus dixerit, an rata sit sententia saltem intra summam 100. aureorum superfluo detracto vel circumscripto? Et verius est, irritam prorsus sententiam esse, quia res una est, summa una est, quæ petita est, quæ invito actore dividi, aut scindi non potest. Qua ratione etiam qui pro debitore certæ pecuniæ fidejussit, in majorem quantitatem nullo modo obligatur, quia una summa est, quæ divisionem non recipit invito creditore, *l. Græce 8. §. illud, de fidejussorib.* Et idem est statuendum de judice dato, ut quodcumque pronuntiat vel facit, per omnia irritum sit, si ad officium vel cognitionem ejus non pertineat, *l. factum 170. de regul. jur.* Idem Accurs. in *h. quæst. l. ult.* facit differentiam

A inter jurisdictionem contentiosam, quæ redditur inter invitos litigatores, in reum invitum: & voluntariam, quæ exercetur inter volentes, ut inter patrem, qui emancipare, & filium, qui emancipari vult. Facit, inquam, differentiam, quasi possit magistratus voluntariam jurisdictionem exercere extra territorium, non etiam contentiosam, quod certe in magistratu municipali, de quo est l. ult. non est verum. Tantum enim abest, ut magistratus municipalis, qui scil. etiam habet voluntariam jurisdictionem, nec enim omnis magistratus municipalis eam habet: sed & qui habet utramque jurisdictionem, tantum, inquam, abest, ut voluntariam extra territorium exercere possit, puta admissis iis, qui liberos emancipare, aut servos manumittere, vel etiam adoptare aliquem in filii vel nepotis locum volunt, ut nec præses provinciæ, qui summum imperium habet, eam, B exercere possit extra suam provinciam: Nam soli proconsuli hoc jus datum esse legimus, ut statim atque urbem egressus est, etiamsi nondum pervenerit in provinciam, habeat jurisdictionem voluntariam, puta ut apud eum manumissiones & emancipationes & adoptiones fiant, atque etiam dum e provincia redit in urbem, quoad ingressus sit portam urbis, *l.2. de offic. procons. & l. emancipari 36. §.1. de adopt.* Et ita Plin. *lib. 6. Epist. 16.* apud proconsulem Bæticæ, in itinere, cum Bæticam proficisceretur, servum quendam vindicta fuisse manumissum. Majus fuit proconsulis imperium, quam præsidis: majus fuit imperium procons. quam præsidis, id est, Legati Cæsaris. Præsides qui dicuntur specialiter, sive Legati Cæsaris provincias obtinent, missu Cæsaris. Proconsules autem provincias obtinent sorte & auctoritate Senatus. Cura C provinciarum proconsularium ad Senatum pertinet, non ad Cæsarem. Dico proconsulis esse majus imperium, quia extra provinciam proconsularem, quæ ei mandata est, voluntariam jurisdictionem exercere potest, non etiam Legatus Cæsaris, quia proconsul de statu personarum cognoscere potest, non etiam præses, sive Legatus Cæsaris, *l.1. C. de ordine judiciorum.* Plin. libro 10. Epist. 77. *Senatusconsulta, quæ ad status causas pertinent, de his tantum provinciis loqui, quibus proconsules præsunt*: qui locus valde illustrat *d. l. 1.* fuit tamen provincialibus gravius & molestius procoss. quam præsidum imperium. Qua de causa apud Corn. Tacit. *1. annal.* Achaja & Macedonia postulat levari se proconsulari imperio, & tradi Cæsari, hoc est se regi a Legato Cæsaris, non a proconsule. Cur ita? Sane quia ex Senatu, qui sorte mittebantur, rapaciores erant, quam qui D delectu Cæsaris, nulla sorte ducta, mittebantur in provincias Cæsaris: & quia cum dignitate procoss. longe præcellerent (erant enim proconsules spectabiles, præsides clarissimi: procoss. Senatorii ordinis, præsides plerunque inferioris ordinis) cum inquam procoss. dignitate præcellerent, & consequenter majoribus impendiis provincias, quas obtinebant, onerabant. Porro de magistratibus municipalibus est etiam *l.26. ad municip. ex eod. lib. 1. Pauli ad edictum.*

Ad LXXVI. Ad municip. *Ea, quæ magis imperii sunt, quam jurisdictionis, magistratus municipalis facere non potest.*

Ad §. Magistratibus *municipalibus non permittitur in integrum restituere, aut bona rei servandæ causa juberi possidere, aut dotis servandæ causa, vel legatorum servandorum causa.*

E HÆc l. ait, *ea, quæ sunt magis imperii, quam jurisdictionis, magistratus municipalis exequi aut facere non potest.* Ubi uno verbo, ne id vos turbet, tollamus errorem Accurs. Non sunt confundendi magistratus municipales cum defensoribus civitatum, quod tamen ille facit semper. Magistratus municipales erant instar Consulum Romanorum: defensores civitatum instar tribunorum plebis, unde etiam dicuntur defensores plebis. Non etiam per omnia verum est, quod idem ait: *Magistatum municipalem neque habuisse merum, neque mixtum imperium.* Non habuisse merum sane verum est, at non habuisse mixtum falsum omnino est, quia jurisdictionem habuerunt, & jurisdictio nunquam sine mixto imperio est. Unde & mixto imperio nomen, quod perpetuo jurisdictioni commi-

A mixtum sit, quodque eam perpetuo comitetur, eique commisceatur, alioqui ridicula esset jurisdictio, si nullæ essent imperii vires jurisdictioni permixtæ eo sublato (†). Constituamus igitur magistratus municipales jurisdictionem, atque adeo mixtum imperium habere, sed ea, quæ sunt magis mixti imperii, & majoris cujusdam potestatis, quam jurisdictionis nudæ, magistratus municipales non habere: quod declarat propositis his exemplis: *Magistratum municipalem non posse restituere in integrum, hoc reservari præsidibus provinciarum: magistratum municipalem non posse bona rei servandæ causa, id est, crediti vel dotis servandæ causa, quæ mulieri soluto matrimonio restituenda est, vel legatorum servandorum causa, si eorum nomine non caveatur legatario: non posse inquam vice cautionis, quæ non præstatur, jubere bona possideri, quoniam hæc magis sunt imperii, quam jurisdictionis.* B Et utique hoc reservandum majori potestati, puta præsidi provinciæ. Ait: *Rei servandæ causa, aut dotis servandæ causa, aut legatorum servandorum causa,* adde, *vel damni infecti nomine*, ob id, quod vicinus vicino cavere recusat damnum infectum, non posse magistratum municipalem mittere in possessionem ejus rei, ex qua damnum timetur. Missio in possessionem magis est imperii, quam jurisdictionis, & soli magistratui provinciæ competit, non municipali, nisi ei mandata sit ea potestas a præside provinciæ: eam igitur magistratus municipalis non habet suo jure, sed ex mandatu præsidis, *l. pen. §. ult. de officio ejus, cui mand. est jurisdict.* quod & Ulp. primo ad edictum scribens de eadem cautione damni infecti notat, plerumque a præside mandari magistratibus municipalibus, puta ut jubeant damni C infecti caveri, & ut vice cautionis mittant eum, qui sibi caveri desiderabant, in possessionem earum ædium, ejusque partis ædium, ex qua damnum timebatur, *l.1. & 4. §.1. de dam. infect.* Eademque de re scribens Ulpian. eod. lib. 1. notat *in l.4. de jurisdict. jubere cavere prætoria stipulatione, puta damni infecti, vel qua alia cautione prætoria, & mittere in possessionem cautionis vice magis esse imperii, jurisdictionis.* Et ideo id exequi magistratus municipales non posse sine mandato præsidis.

Ad Legem V. de damno infecto. *Prætoris officium est, ut missus in possessionem, etiam eam per longi temporis spatium in suum dominium capere possit.*

Ad §. Si plures *sint domini, qui cavere debent, & aliquis non caveat, in portionem ejus mittetur. Et contra, si aliquot sint, qui caveri sibi desiderent, & alius pretiosiores, alius viliores habeat ædes, sive unius domus plures habeant partes dispares: tamen non magnitudine dominii quisque, sed æqualiter mittentur omnes in possessionem.* D

Ad §. Si & dominus *proprietatis, & fructuarius desideret sibi caveri damni infecti, uterque audiendus est. Nec enim injuriam sentiet promissor, non plus cuique præstaturus, quam quod ejus intersit.*

LIbro 1. ad edict. Paul. scripsit de jurisdictione & officio duumvirorum, sive magistratuum municipalium, ad edictum de damno infecto, quo prætor vel præses duas res magistratibus municipalibus injungit & mandat, cautionem & possessionem, ut Ulpian. ait in *l.4. §.1. de dam. infec.* cetera suæ jurisdictioni reservat, quæ pertinent ad causam damni infecti. E Arcta & exigua admodum res est jurisdictio magistratuum municipalium: Nam & finibus angustis circumscribitur, nempe territorio proprie civitatis: Extra territorium nulla est. Et certo quoque modo, certave quantitate & summa, supra quam & eorum nulla est potestas, nisi inter consentientes, ut Paulus docuit *in h. lib. 1. l. ult. de jurisd. l. 28. ad municipal.* Item ea, quæ magis sunt imperii, quam jurisdictionis, suo jure magistratus municipales exequi non possunt: ut ecce non possunt in integrum restituere, non possunt cavere prætoria stipulatione, non possunt vice cautionis in possessionem mittere, non possunt jubere possidere, quod eod. libro idem Paulus ostendit in *l. 26. ad municipal.* quoniam ea omnia magis sunt imperii,

Tom. V.

(†) *Vide Merill. lib. 1. Variant. ex Cujac. cap. 4.*

A quam jurisdictionis, majoris scil. potestatis sunt, non potestatis cujuslibet, non magistratus cujuscumque, *l. 4. de jurisdict.* Ea, inquam, magistratibus municipalibus suo jure non competunt, mandari tamen iis & delegari possunt a prætore vel præside, qui ea suo jure habent: mandari potest cognitio restitutionis in integrum, *l. ult. ubi & apud quem cognit. rest. in integr.* mandari potest, ut jubeant interponi cautionem prætoriam, & ut detrectantem cavere puniant, misso adversario in possessionem ejus rei, de qua agitur, *l. pen. §. ult. de officio ejus, cui mand.* Quod etiam specialiter in illo edicto de damno infecto expressum est, nimirum, ut si res damni infecti celeritatem desideret, & periculosa prætori vel præsidi dilatio videatur, si ex ea causa sibi reservet jurisdictionem, tum magistratibus municipalibus injungat & mandet, ut ipsi jubeant cavere damni B infecti: & ut reo non cavente actorem, qui damnum timet, & qui eum sibi caveri desiderat, mittant in possessionem ejus rei, ex qua periculum timet, *l. 1. de dam. infec.* Qua ex causa tria decreta interponi solent (ea mihi venia sit latius exponere.) Si vicini tui ædes ruinosæ esse videantur, ita ut timeas, ne decidant in tuas, forte depressiores, easque demoliant, & res, quæ in eis sunt, corrumpant, postulare potes a prætore vel proprætore in provinciis, ut jubeat tibi vicinum, qui ædium earum dominus est, cavere damni infecti, id est, de damno nondum facto, sed quod tu factum iri speras: quandoquidem si hac cautione tibi non prospexeris, plerumque eveniet, ut ædibus illis in tuas prolapsis, nulla tibi de damno dato, nisi ex magna causa, in eum detur actio, *l. 6. h. t.* Postulanti a. tibi cautionem damni infecti, prætor ex decreto, ut ipsemet ait in edicto C *l.7. h. t.* jubet vicinum, ad quem pertinent ædes vitiosæ, tibi caveri damni infecti, hoc fere modo: quod earum ædium loci operisve vitio quandocunque tibi damnum contigerit, ejus rei nomine, quanti ea res erit, tibi heredive, successorive tuo, eive, ad quem ea res pertinebit, tantam pecuniam recte præstari. Et hæc formula cautionis damni infecti. At si huic decreto prætoris non pareat dominus vitiosarum ædium, id est, si neque fulciat aut reficiat ædes suas, neque tibi caveat damni infecti, pœnæ causa & cautionis vice ex alio decreto prætor mittit te in possessionem earum ædium, vel ejus partis ædium, ex qua damnum times, *l. si finita 15. §. si quis damni, hoc tit. l.1. inf. quibus ex causis in possess.* Qua quidem missione contrahitur jus prætorii pignoris, *l. 23. de pecul.* id est, ex eo decreto tibi ædes vicini pignori esse incipiunt, tu incipis esse custos earum D ædium pignoratitius, non possessor proprie. Neque enim dominus earum ædium possessione expellitur: sed simul cum eo jubet te prætor esse in possessione, ut saltem tædio ejus rei extorqueas ei cautionem damni infecti, *d. l. si finita 15. §. si quis autem.* Aliud est esse in possessione, longe aliud possidere, *l. 10. de acquir. poss.* Id vero decretum quo te prætor mittit in possessionem, e tribus secundum est, quod ex hac causa interponitur, at quantum ad possessionem attinet, primum est. Quod si post hoc decretum adhuc vicinus perseveret non cavere, tunc prætor ex tertio decreto, quod similiter quantum ad possessionis causam attinet, est secundum, & ita appellatur in *d. l. si finita, §. Julianus,* expulso domino vitiosarum ædium, ut ait *d. lex si finita, §. ubi autem*: plane jubet te solum eas ædes possidere, & per continuationem possessionis earum ædium, eas tibi usucapere E permittit, *d. l. si finita, §. Julianus, §. si de vectigal. lib. in fin. l. is, cui pignor. 12. l. damni 18. §. pen. l. cum postulassem 44. §.1. hujus tit. l.3. §. ult. de acquir. possess.* Hic est ordo, qui servatur in causa damni infecti. Et duas quidem res priores interdum prætor vel præses mandat magistratibus municipalibus, vel delegat, nempe cautionem & missionem in possessionem, puta ut jubeant magistratus municipales cavere damni infecti ei, quem ea res contingет: & nisi ei caveatur, quem ea res contingit, quia ex ea retinet damnum, ut eum mittant in possessionem ædium, quæ ad ruinam proclives esse videntur. Et hoc est quod ait *l.4. §.1. hujus tit.* duas res prætorem vel præsidem injungere magistratibus municipalibus, cautionem, id est, ut habeant & curent caveri damni infecti prætoria stipulatione, & possessionem, id est, missionem in possessionem ex primo decre-

 to:

to: cetera prætorem vel præsidem suæ jurisdictioni reservare, ut si post primum decretum possessionis nolit cavere, ex secundo jubeat actorem ædes ruinosas jure dominii possidere, & reficere tanquam suas, atque etiam usucapere, vel ut missum in possessionem, si qua causa justa id suadeat, jubeat discedere de possessione, ut *d.l.si finita, §.item videamus, l. de die 28. §. tutor, Qui satisd. cog. l. 6. §.ult.ut in possess. legat.* Unde recte Paul. *in h. l.5.* prætoris officium esse, ut missus in possessionem, ex primo decreto scilicet, etiam ex secundo decreto eam rem possidere, & per longi temporis spatium usucapere possit. Prætoris, inquam, vel præsidis, non duumvirorum, quoniam hoc postremum decretum prætor suæ jurisdictioni reservare solet: quanquam & id quoque si vellet, mandare posset, quia ei jure magistratus competit, & *possidere*, inquit, & *usucapere*, quia prætor dominum facere non potest, *l.qui usumfruct.si ususfruct. pet.* sicut nec heredem facere potest, *§. quod.a. Inst. de bon. possess.* sed potest facere tantum possessorem jure dominii: possessorem vice domini possessorem ejus conditionis, ut jure civili per usucapionem dominium adquirere possit: usucapio, non prætor dominum facit, usucapio, quæ a ll. proficiscitur non a prætore, ut M. Tull. ait, non a patre relinquitur, & in *d. l. si finita, §. Julianus, & §. seq. & l. 1. de dam. infec.* dominum constitui secundo decreto, id est, dominum possessionis, non dominum proprietatis, sive possessorem jure dominii, ut ait *l.7. de usufruct. & d.l. si finita, §.illud quæritur.* Et ibidem alienationem fieri, alienationem possessionis scil. non proprietatis citra usucapionem. Et in *l. 5. communi divid. Si jussi sumus* (hæc sunt verba legis) *eas ædes possidere, ut ex hoc dominium earum nancisceremur*, id est, si ex possessione nobis a prætore data, eaque continuata legitimo tempore jure usucapionis dominium earum nancisceremur. Et quod summe notandum est, in *l.3. §.1. de reb. eorum, qui sub tut.* cum dixisset, ex primo decreto a prætore vicinum, qui damni infecti sibi caveri velit, recte mitti in possessionem rerum pupillarium, quod deinde subjicit, *ut procedat*, juberi etiam possideri poterit: eo loco deest vox *usucapio*, ut Basilica ostendunt, quæ pro, *ut procedat*, habent, *ἐπὶ τὸ διαθεῖναι*. Et hæc sententia manifesta est post missionem in possessionem, post primum decretum, ut procedat usucapio, opus esse secundo decreto, quo qui missus est in possessionem, jubeatur possidere. Secundum decretum probat usucapionis causam. Itaque nihil supradictis ll. juvantur Joan. Bulgarus & Accurs. qui prætorem dominum facere posse, & vere facere secundo decreto contendunt: nihil etiam juvantur *l. 2. in fin. si ex nox. causa agatur*, quia non prætoris jussum in ejus legis specie, sed noxæ deditio aut abductio servi indefensi, qui noxam nocuit, quæ quidem est a l.12. tab. sicut usucapio, dominum facit eum, qui noxæ deditum accipit, vel qui eum indefensum abducit jussu prætoris, *l. elect. 26. §. ult. de nox. act. l.5. & 6. de Pub. in rem act.* Ductio pro noxæ deditione est. Denique sola lex dominium facit non prætor: prætor possessorem tantum facit, vice domini tamen, quem & ipse tuetur quasi dominum. Nos in hac re Jacobi sententiam tuemur, Obser. xxi. cap. 36. adversus illos, quos & Accurs. refert in *h.l.5. & aliis plerisque locis.* Cetera, quæ sunt in hac l. paucis absolvam. Quæ sequuntur in h.l. sunt de primo decreto possessionis. Initium est de secundo, cetera de primo.

AD *d. §.si plures, &c.* Sententia hujus §. hæc est, si plures sint domini ædium vitiosarum pro indiviso (sic enim intelligere oportet) singuli specialiter cavere debent, pro partibus sui dominii, quod in iis ædibus habent, non in solidum: vel si unus tantum pro sua parte caveat, alter cesset, in cessantis tantum parte mittitur vicinus, qui sibi cavere desiderat, neque enim singuli debent obligari in solidum, sed pro sua parte tantum, *l.27. plures, l. ex damni 40. §.3. hoc tit. l.6. §. si damnum, communi divid. l. qui servum 20. §. ult. de interrog. in jur. fac.* At ex contrario si plures sint domini, qui sibi caveri desiderent, quorum ædes sint diversæ, & aliæ pretiosiores aliis, vel si unius domus plures sint domini, ex disparibus partibus, unus ex majore vel pretiosiore, alter ex minore, qui sibi caveri desiderabant,

A Paul. eleganter ait, nisi eis caveatur æqualiter, omnes esse mittendos in possessionem ædium, quæ damnosæ inveniuntur, non pro magnitudine dominii cujusque, quod in propriis ædibus habet; id est, non ut cujus domus, cujusve pars pretiosior est, is quoque mittatur in possessionem ampliorem vitiosarum ædium, sed ut omnes mittantur ex æqualibus portionibus, etiamsi inæquales partes dominii habeant. Et ratio differentiæ hæc est, quia si hæc proportio servanda esset, nunquam exacte servari posset, cum plures sibi caveri desiderant, aut plane ea res nullum aut perdifficilem haberet exitum, *d.l.si finita, §.ex hoc edicto h.t.* Et expeditius est, ea ratione non inspecta de suo quemquam damno stipulari, quod extimescit sine adjectione partis, propter rationem *d.l. plures*, quæ subtilissima est, ne specialiter & nominatim stipulando in partem, videantur etiam stipulari in partem suæ partis, quia singulas partes indivisas habent, quæ intellectu, non corporis sensu percipiuntur, & vel minima quæque portiuncula ædium, vel minimum quodque tignum aut cœmentum inter eos commune est. Melius est igitur non adjecta parte ἀορίστως, de suo quemque damno, quod quandoque cuique contigerit, stipulari, quod vi quidem ipsa certe est stipulari in partem, sed non figura verborum. Vicino autem non promittente, omnes simul pro æqualibus partibus in possessionem mitti, quamvis ex inæqualibus partibus domini sint, post tamen concursu partes facturi, vel damno dato, si eis cautum sit, acturi ex stipulatu in partem pro suo quisque damno, non in solidum, *d.l.ex damni, §.ult. d.l.si finita, §.si plures, & §.eum autem, & d. l. plures.* At ex contrario eum plures sint domini vitiosarum ædium, qui vicino cavere debent, non est difficile vel anceps in partem stipulari nominatim & promittere, aut in partem mitti in possessionem, idque ita fieri oportere prætor in Edicto significat his verbis: *eum cui non cavebitur in possessionem ejus rei ire jubebo, l.7 h.t.* Ubi *ejus rei* sic accipit Ulp. *l. 4. §. 1.* sive tota res sive pars rei sit, cujus fabrica urgeatur in lapsum, cogatur in *labinam*, ut Hieronymus loquitur. Aliquando domus tota vitium facit omnibus pluribusve partibus præpetibus ad ruinam. Quod *convitium* dicitur in antiqua inscriptione Veronensi, quæ est in ostio curiæ pauperum. Et ita se habet; Magistri illi, quorum scilicet nomina in ea inscriptione ponuntur, convitium refecerunt. Aliquando una pars vitium facit, & vitium est veluti parietis vetustas, venter, ut Alphenus loquitur in *l. si quando 17. si servit. vindic.* Aut hians ruina. Ovid. in Metamorph. lib. 4. fab. 4.

D
Fissus erat tenui rima quam duxerat olim,
Cum fieret, paries domui communis utrique.
Id vitium nulli per secula longa notatum, &c.

Hoc casu cum pars tantum ædium vitium facit, ex ea vel in eam partem tantum missio fit, vel etiam in domum totam, ut declarat *d.l.si finita, §.ex hoc edicto, & l.emptor 38.§.1.h.tit.* Postremo subjicit Paul. dominum vitiosarum ædium, quem dixi supra pluribus proprietatis dominis, qui sibi caveri desiderant, cavere debere, subjicit, eundem etiamsi unus sit dominus proprietatis, alter dominus ususfructus, qui sibi caveri desiderant, utrique caveri debere, puta unicuique pro damno futuro, quod cuique contigerit. Idemque est, si unus sit dominus soli, alter dominus superficiei, *l.13. §. superficiarum, l. inter quos 39. §. damni, h.tit.* pluribus E præstitam cautionem non onerare dominum vitiosarum ædium, quia non plus cuique præstat, quam quod ejus interest, præstat scilicet non idem duobus, sed suum cuique damnum seorsim, *d. l. plures*, sibi scil. damnum contigit: nam antequam damnum contigerit, non pro portione ejus damni nominatim, quod cuique contingere potest, sed ut dixi supra, ἀορίστως, de suo quisque damno sibi cavet, & cuique cavet dominus vitiosarum ædium, vel si non caveat, omnes æqualiter & in solidum mittuntur in possessionem, *d. l. si finita, §.cum autem,*

Ad L. XIX. De in jus vocando. *Satisque pœnæ subire eum, si non defendatur, & latitet, certum est, quod mittitur adversarius in possessionem bonorum ejus. Sed si aditum ad se præstet, aut ex publico conspiciatur, recte in jus vocari eum, Julianus ait l.21. Sed & si is, qui domi est, interdum vocari*

in jus potest: tamen de domo sua nemo extrahi debet.

Ad L. *Sed etsi is XXI. eod. L. Qui vetante prætore CIII. de reg. jur. L. in honorariis XXXV. de oblig. & action. L. Filiusfam. si volente VII. de administrat. rer. ad Civit. pert.*

CErtum est, neminem invitum de domo sua in jus vocari posse, vel (ut fieri solebat) olim, si vocantem non sequeretur, extrahi & rapi adstricta cervice, obtorta gula, quod Græcis est τραχηλίζειν, vel ut est in Phormione, *pugnis in ventrem ingestis:* hic erat mos vocandi in jus adversarium, nec erat opus vocanti præcepto judicis. Et ita quidem vocabatur ab adversario is, cum quo ei res erat, cum quo acturus erat, si forte eum offenderet in publico. Nam de domo sua in jus vocari non potuit. Et rationem hanc esse Cajus ait *in l. 18. h.t.* quia domus tutissimum cuique refugium atque receptaculum sit, ut Cic. pro domo sua: *Domus est*, inquit, *profugium ita sanctum omnibus, ut inde neminem abripi fas sit.* Et propterea eum, qui inde in jus vocaret adversarium, Cajus *in d. l.* 18. ait, vim inferre videri. Ideoque eo nomine & de vi accusari, puta si domum ejus domino invito introiverit, eo, inquam, nomine & de vi accusari, & injuriarum act. conveniri potest, quasi imminuta dignitate patrisfamil. cujus domum eo invito vel inscio introjerit. Idque confirmat *l. qui in domum 23. de injuriis.* Ob eam ergo rem injuriarum conveniri potest: Sicut & eum, qui vocatum in jus, & satis offerentem, sive fidejussorem idoneum offerentem judicio sisti, nihilominus manu injecta rapit in jus, constat teneri act. injuriarum, *l. 5. §. ult. qui satisd. cog.* Et eum quoque, si Porphyrioni & Acroni credimus, qui non antestatum in jus vocat & ducit, in illum locum Horatii, sat. lib. 1. 9.

— Quo tu turpissime? magna
Inclamas voce, & licet antestari? ego vero
Oppono auriculam, &c.

Paulus itaque ait in l. 19. eum, qui domi suæ abditus est, qui domi suæ latitat, etiamsi inde invitus in jus vocari non possit, non ideo actorem facere quicquam damni, & illum satis pœnæ subire, quia si boni viri arbitratu non defendatur, adversarius mittitur in possessionem bonorum ejus rei servandæ causa: pœna debitoris domi latitantis est missio in bonorum ejus possessionem, *l. Fulcinius 7. ff. quib. ex caus. in poss. eatur.* Recte autem dicitur, invitum ex domo sua non vocari ex *d. l. qui in domum*, puta domo ejus vi, aut fraude introita; nam si ipse ultro creditori vel adversario suo præbet aditum in domum suam, tunc recte Paul. ait, *eum inde in jus vocari posse*, dicente creditore: *eamus in jus, veni, sequere me ad tribunal.* Potest etiam ex domo aliena, in qua diversatur aut demoratur, videlicet si in eam creditori pateat aditus, vel ex domo principis, cujus rei est exemplum apud Tacit. 2. & 4. Annal. de Urgulania, quam amicitia Augustæ extra modum extulerat. Ea ob creditam pecuniam in jus vocata a Lucio Pisone sequi noluit, & Pisone contempto, perrexit in domum Cæsaris: unde Piso non destitit eam excire, spreta Augustæ potentia, quoad pecunia quæ petebatur, ad eum Augusta deferri juberet. Idemque esse Paul. ait, *si quis in domo sua ex publico conspiciatur, e fenestra, scilicet, e conspectu in jus vocari potest*, potest etiam ex janua, aut vestibulo domus suæ, si in eo consistat. Et ita in *l.* 20. ubi ita scriptum: *sed etsi a binea*, pro a vinea. Græci in Basil. habent, ἀπὸ πυλῶνος, id est, *a janua*, quod ego valde probo. Nam & a vinea cur potius diceret in jus vocare licere, quam ab alio quocunque genere agri? sed etiam *a vinea*, inquit, *& balneo, & theatro, nemo* dubitat in jus vocare licere. Rectius Basilica ἀπὸ πυλῶνος καὶ λουτροῦ καὶ θεάτρου, *a janua*, vel ut veteres loquebantur, *janea*, quibus & *Janitor Janius* apud Festum. Supra dictis 2. casibus in jus vocari de domo sua debitor potest, puta si aditum ad se præbeat, si in fenestra domus suæ, si in janua conspiciatur: vocari, inquam, non etiam extrahi & abripi obtorto collo, ut fiebat, ut idem Paulus adjicit in *l.21.* quæ repetita est in *l. 103. de reg. jur.* A magistratu quilibet domo extrahi potest, hoc est certissimum, ut in oratione pro Cluentio, a Triumviro Oppianicus domo latitans extrahitur, sed non etiam a privato, nec si cum eo in jure experiri velit, quæ lex est etiam apud Quintil. 7. c. 8. *de domo sua in jus deducere, ne liceat.* Quid vero, inquies, hæc pertinent ad edictum de

A damno infecto? Sane plurimum. Nam si absit dominus vitiosarum ædium, vel quod idem est, si domi latitet, nominatim edicto comprehensum est, quod jubeat prætor ei domum denuntiare, vel libello postibus affixo, ut postulanti vicino sibi caveri damni infecti, in jure de ea re agenda adsit, *l. 4. §. prætor, de dam. infec.* quem in locum Ulpia. annotat, verecunde prætorem denuntiare jubere, verecundiam prætorem desiderare in eo, qui denuntiat: verecunde, inquam, denuntiari jubere debere, non extrahi de domo sua. Hæc sunt verba Ulp. ex *l. 1. ad edict.* Proculdubio igitur ad idem edictum referuntur atque pertinent verba eadem, quæ Paulus æque usurpat *l. 1. ad edictum*. Porro eodem edicto datur actio in factum adversus magistratum municipalem, qui cum ab eo postularet is, qui periculum verebatur ex vitiosis ædibus vicini, uti curaret sibi caveri damni B infecti, id non curavit, nec eum misit in possessionem earum ædium, quæ actio competit in id, quod actoris interest, rem enim persequitur, non pœnam, *d.l.4. §. in eum*. Sed datur tantum, ut significavi, ei, qui a magistratu municipali, sedente pro tribunali ex edicto prætoris postulavit cautionem damni infecti, *d. l. 4. §. hæc autem*. Qui locus aperte ostendit, magistratus municipales tribunal habuisse. Quod notandum etiam est, nec enim omnes, qui jurisdictionem habent, tribunal habent, sed unam quandam sellam tantum, *l. 1. de jurisdict.* quin & lictores magistratibus municipalibus præibant cum fascibus aliquot, *l. duumvirum 53. C. de decurion. lib. 10.* At illa actio in factum perpetuo datur in magistratum municipalem, qui postulanti non curavit caveri damni infecti: datur & heredi ejus, qui postulavit, & in heredem magistratus non temere, sed causa cognita, *l.6.* C *de magistrat. conveniend.* quam conjugi velim cum *d. l. 4. §. ult.* Et hæc omnia, ut Ulpianus tractavit *lib. 1. ad edictum*, verisimile est etiam eadem tractasse æque Paulum *lib. 1. ad edictum*, & ad illud idem edictum de damno infecto: & vero inde rapta occasione, quia, ut dixi, ea actio perpetua est in magistratus municipales, eodem libro 1. Paul. tractavit generaliter, quæ actiones prætoriæ essent perpetuæ, quæ temporariæ, *l. in honorariis 35. de oblig. & actio.* Et quia actio in factum, quæ ob negligentiam eorum in magistratus municipales datur, non datur etiam in Rempublicam, id est, in municipium, cujus vice fungitur magistratus, quia scil. ex propria culpa & delicto magistratus venit, cum nec detur in heredem ejus, nisi causa cognita, *d. l. 6.* Adjecit Paul. in *d. l. 35.* ex contractu tantum magistratuum municipalium, sive duumvirorum in Rempublicam perpetuo actiones D dari, veluti ex locatione, ex venditione, ex mutuo, deposito scil. magistratu, & re versa in utilitatem Reipub. *l. civitas 27. de reb. cred. l. 3. §. in eum, de administ. rer. ad civit.* Culpæ autem nomine, quam in eo officio gerendo admisit magistratus municipalis, tantum abest, ut Respub. teneatur iis, quibus ea res fraudi fuit, ut in eum magistratum potius, & in fidejussores, qui pro eo intervenerunt & caverunt Rempub. salvam fore, eo nomine Reipub. experiri liceat, si quid culpa ejus Reipub. nocitum sit. Et huc pertinet ex eod. li. Pauli *l. 7. de administr. rerum ad civit.* cum qua conjungi velim, quod proponitur *in l. 6. eod. tit.* ex Ulp. lib. 1. ad edictum, quod æque lib. primo annotasse Paulum credibile est, *magistratus municipales non tantum dolum, sed latam negligentiam, & hoc amplius, diligentiam Reipub. præstare oportere.* His verbis etiam diligentiam ostendit in adminiE stratione Reipub. & levem culpam magistratus municipales debere Reipub. præstare, ut in *l. contractus 23. de reg. jur.* Quosdam contractus (ii sunt commodatum, mandatum, tutela, negotium gestum) non tantum dolum & culpam recipere, sed & diligentiam, id est, etiam in iis contractibus, quod commodatarius, procurator, gestor, tutor, levi aut levissima culpa fecerit, quo quid abesset commodatori, mandatori, pupillo, vel domino negotiorum, venire atque præstari: diligentiæ ex adverso respondet culpa levis & levissima, *l. ult. in fine, C. de pact. convent. tam sup. dot.* Huic vero sententiæ consequens est, quod proponitur *in d. l. 7.* ut si quis filiusfam. cum esset in duumviratu, male gessit, ita ut ob eam rem aliquid Reipub. absit, ipse quidem teneatur Reipub. in solidum, ut ex ceteris omnibus causis certum est, filiumfamilias, tanquam patremfamilias teneri in

solidum, *l. 30. de oblig. & act. l. 6. §. si filiusfam. de act. empt.* & vel carcere coerceri posse, si non habeat unde solvat, *l. pen. & ult. C. qui bon. ced. possunt.* Pater a. ejus de peculio tantum, non in solidum, si eo nolente filiusfamil. magistratum municipalem gesserit, cum uterque esset decurio. Sumebantur enim magistratus municipales ex ordine decurionum, *l. 3. §. ult. de pecul.* At si volente patre duumvir filius factus sit, & pater ipse in solidum tenetur Reipubl. quasi fidejussor pro filio. Voluntas & consensus patris, etiamsi non intervenerit stipulationi, pro fidejussione, & pro stipulatione est, *l. 2. ad municipal. l. si filiusfam. de tutel.* Et hactenus veluti in unam lineam contuli ex lib. 1. Paul. ad edictum leges 9. quæ omnes sunt de magistratibus municipalibus. Et pertinent ad edictum de damno infecto, etiam l. 5. eod. quam heri exposui: nam etsi nominatim non loquatur de magistratibus municipalibus, quod tamen ait, *prætoris officium est, ut missus, &c.* sic exaudiri debet, prætoris vel præsidis officium, non etiam magistratuum municipalium, *l. 4. §. si forte, eod. tit.* ut missus in possessionem videlicet a se vel a magistratibus municipalibus, ex 1. decreto, etjam secundo decreto a prætore vel præside jubeatur eam rem possidere & usucapere permittatur. Aliæ leges 8. hæ sunt, *l. ult. de jurisdict. l. 19. & 21. de in jus voc. l. 35. de obligat. & act. l. 25. & 28. ad municipal. l. 7. de administr. rerum ad civit. l. 103. de reg. jur.* Ceteræ, quæ restant ex hoc lib. 1. an etiam pertineant ad magistratus municipales, vel quorsum pertineant, explicabimus die crastina.

Ad L. II. Si quis in jus vocatus non ierit. *Ex quacunque causa ad Prætorem vel alios, qui jurisdictioni præsunt, in jus vocatus venire debet: ut hoc ipsum sciatur, an jurisdictio ejus sit.*

Ad §. Si quis *in jus vocatus non ierit, ex causa a competenti judice mulcta pro jurisdictione judicis damnabitur: rusticitati enim hominis parcendum erit. Item si nihil intersit actoris, eo tempore in jus adversarium venisse, remittit prætor pœnam: puta quia feriatus dies fuit.*

Hæc tituli verba, *si quis in jus voc. non ierit*, sunt Edicti verba, quæ in h. l. 2. Paulus interpretatur. Hoc vero edicto coercetur is, qui in jus vocatus, vocantem, ut debet, non sequitur: sed statim se alio proripit, ne ducatur in jus, nam ire debet & sequi illico (ut & l. 12. tab. sancitum est, his verbis: *si in jus vocatus est, atque eat*, id est, *protinus eat*) etiamsi forte vocetur ad magistratum incongruum & incompetentem, cujus jurisdictioni suppositus non sit, ut vel hoc ipsum apud eum exploretur, an ejus jurisdictio sit. Et eleganter Ulpian. *in l. 5. de judic.* ait, *eum qui ex aliena jurisdictione vocatur, ad prætorem venire debere: prætoris esse causa cognita existimare, an sua jurisdictio sit, vocati esse non contemnere prætorem, ad quem vocatur.* Nam etiam si privilegio fori sit munitus, venire debet, ut id privilegium alleget, notumque faciat prætori, ad quem vocatur, & revocet domum. Ac Paulus hoc loco indistincte ex quacunque causa ad prætorem vel ad alios, qui jurisdictioni præsunt. Ergo si ad magistratum municipalem, in jus vocatum venire debere, ut hoc ipsum sciatur, an jurisdictio ejus sit, quo genere ne dicas, ut Accurs. *eum sibi jus dicere*, nec frustra & inepte utare distinctione, qua utitur Accurs. nec enim qui existimat, vel arbitratur, vel statuit, an sua jurisdictio sit, sibi jus dicit, non sibi jus dicit, aut rei suæ familiari, sed tuetur auctoritatem majestatemque publicam. Asconius Pedianus in prætura urbana, *eum, qui potestatem suam non defendit, imminuti magistratus veluti majestatis reum esse.* Et *l. item apud §. idem ait eum qui, de injur.* magistratum injuriam factam sibi, dum præest jurisdictioni, factam honori, quem sustinet potius quam sibi, ipsum ulcisci, nec tamen ideo sibi jus dicit. Alia est persona ipsius, alia est civitatis, quam sustinet. M. Tull. proprium magistratus esse; inquit, intelligere, se gerere personam civitatis. Illo a. veluti anteloquio præmisso subjicit Paul. in *h. l. 2.* sententiam edicti, quæ est hujusmodi: *eum, qui in jus vocatus non it, & se subtrahit statim, ne sibi manus injiciantur, ex causa a competente judice mulcta pro jurisdictione judicis damnari. A competente ju*dice, inquit, quia non omnes judices mulctæ dictionem habent. Prætores, præsides, atque etiam magistratus municipales dictionem mulctæ habent, *l. 2. §. ult. de jud. l. aliud est fraus, §. ult. de verb. sign.* non defensores civitatis, *l. 5. C. de defens. civit.* non procuratores Cæsaris, *l. 2. C. de modo mulctarum*, non curatores Reipub. *l. 3. C. eod.* Et *pro jurisdictione judicis*, inquit, quia non in omnibus magistratibus, qui jus mulctæ dicendæ habent, idem servatur modus, sed alii majorem, alii minorem mulctam infligere possunt, ut ostendit titul. *de modo mulct. & l. 5. C. quando provocare non est necesse, & lex un. de via publica*, quæ est Græca. Et ideo ait *pro jurisdictione judicis, secundum jurisdictionem judicis, secundum jus potestatis, quod a lege habet.* Rursus ait: *ex causa mulcta damnari*, id est, causa cognita. Basilica: *τοῦτο δὲ μετὰ διαγνώσεως.* Et hoc quidem, inquit, *adhibita cognitione causæ*, quia ut subjicit, *rusticitati hominis, qui in jus vocantem non sequitur, venia datur*, & tamen ex edicto superioris tituli *de in jus voc.* rusticitati hominis ejus, qui in jus vocat, quem non vocare debet sine venia prætoris, veluti parentem, aut patronum, non parcitur, *l. 2. C. de in jus voc.* quia reverentia, quæ his personis debetur, jure naturali debetur, cujus ne rustici quidem ignari sunt. Est enim hujus juris cognitio diffusa in omnes, & ea quoque irreverentia punitur in omnibus, & quemadmodum puniatur, superiori titulo ostenditur, *l. 12. & ult. & penult.* non hoc tit. Ideoque quod additur in *h. tit. sive quis cum vocaverit, quem ex edicto non debuerit*, proculdubio in superiorem tit. referendum est, ut ille sit de in jus voc. & *si quis eum vocaverit, quem ex edicto non debuerit.* Hujus vero tituli sunt hæc tantum prima edicti verba: *Si quis in jus voc. non ierit.* Cur etiam dixerit *ex causa*, alia ratione Paulus declarat, hoc loco, nimirum, quia si in jus vocatus die feriato non ierit, quo nihil interest actoris adversarium in jus venisse, quia eo die, ut Plaut. loquitur Alcedonia sunt apud forum, nulla ei mulcta ob eam rem irroganda est, qui etsi venisset, frustra venisset. Mulcta his irrogatur tantum, qui congruo loco & tempore vocantur, neque eunt. Et adjicitur in Basil. inter hanc l. & seq. ex *l. 2. C. de annal. except. eum, cui non est bona copia in jus vocandi adversarium, vel quia abest, aut infans, vel furiosus est, nec procuratorem, aut tutorem, aut curatorem habet, vel quia potens est dignitate, gratia, pecunia multa, atque ita conventu difficilis, si velit interrumpere præscriptionem temporis, & jus quod in illum habet, servare incorruptum, idipsum debere contestatione complecti apud præsidem provinciæ vel Episcopum.* Hanc contestationem vim habere interruptionis. Possis & in extremo hujus l. quo loquitur de die feriato, addere, quod eodem lib. Paulus scripsit *l. 4. inf. de feriis*, ferias solemnes, veluti messium & vindemiarum, secundum consuetudinem cujusque loci præsides provinciarum statuere debere, non magistratus municipales, *ut l. si in aliquo 7. de officio procons.* de his Statius libro 4. sylv.

Certe jam Latio non miscent jurgia leges,
Et pacem piger annus habet, messesque reversæ
Dimisere forum, nec jam tibi turba reorum
Vestibulo, querulique rogant exire clientes.

Minutius Felix in Octavio: *ad vindemiam*, inquit, *Feriæ judiciariam curam relaxaverant.* Et ea de re Theodos. Imp. ad Senatum in No. *ne decuriones ad Senatoriam dignitatem aspirent. Nos*, inquit, *otio quodam vos frui quodam tempore* (tempus illud vindemiarum & messium intelligit) *patimur, ne labore videamini defatigari continuo.*

Ad L. I. In jus vocanti ut eant. *Edicto cavetur ut fidejussor judicio sistendi causa datus pro rei qualitate locuples detur, exceptis necessariis personis. Ibi enim qualemcumque accipi jubet, veluti pro parente, patrono.*

Aliud edictum idem Paul. eod. lib. 1. proponit in *l. 1. in jus voc. ut eant.* quo scil. is, qui vocatur in jus, & fidejussorem dat judicio sistendi causa, ne eat in jus statim, & ne mulctam subeat, jubetur assiduum & locupletem fidejussorem dare pro rei qualitate, *l. 5. §. 1. qui satisd. cog.* pro rei qualitate *πρὸς τὴν ὑπόθεσιν*, pro magnitudine rei, quam actor petit, *l. 234. de verb. sig.* Cum hac tamen exceptione, nisi is, qui vocatur (apagete a Joannis & Accursii interpretatione) nisi, inquam, is, qui vocatur,

vocanti sit ex necessariis personis, puta pater, patronus, patrona, qui quæve vocatur cum venia Prætoris uti oportet, vel ex liberis ejus, qui vocat, vel uxor ejus, vel nurus, vel pronurus, *l. 2. hoc tit.* vel quia ab iis personis Prætor hoc edicto qualemcumque, id est, etiam non locupletem fidejussorem accipi jubet, qualemcumque ab iis oblatum pro locuplete habet, *l. 3. hoc tit.* Imo in eum, qui ab iis oblato fidejussore, eo non contentus, eos in jus ducit, qui oblato qualicumque fidejussore judicio sisti eam sibi necessitudine conjunctam personam in jus ducit, actio in factum, sive judicium pœnale 50. aureorum datur, *l. 2. hoc tit.* Perinde atque si eum in jus vocaret sine venia, & hac, & illa causa pœna 50. aureorum infertur, & persolvitur ei, qui in jus vocatus est, quia querela, injuria, indignatio ejus est, *l. 12. & l. ult. sup. de in jus voc.* Et observa necessariis personis annumerari liberos nostros, sive sint emancipati, sive in potestate nostra. Nam & eos, qui sunt in potestate nostra, nonnunquam in jus vocamus, maxime si castrense peculium habent, aut quasi castrense, *l. 4. de judic. l. si quis uxori, §. sed si filius, de furtis.* Et ab iis quoque non desideramus locupletem fidejussorem judicio sistendi causa. Neque enim tam amare & severe agendum cum illis est, qualicunque fidejussore contenti esse debemus. Et bis adde parentes & liberos patroni vel patronæ ex *l. 2. §. prætor, inf. qui satisd. cog.* ubi hoc edictum latius exponitur. Nam & cum patronis, parentibus & liberis eorum, nobis quædam conjunctio, necessitudo, cognatio est, *l. cum tale 72. de condit. & demonst.* illo loco: *libertum conjunctum patroni liberis.* Et in l. ult. quæ Græca constitutio Justini est, *C. de bon. lib. videntur*, inquit, *liberti cognati esse patronorum, δοκοῦσι συγγενεῖς εἶναι.* Non dubito quin ad hæc Paul. adjecerit etiam, quod Ulp. notat *lib. 1. ad edict. si judicio sisti detur fidejussor non subjectus jurisdictioni illius, ad quem quis vocatus est, pro non dato haberi, l. 1. sup. si quis in jus vocat. non, l. 6. inf. qui satisd. cog.* nisi ut additur in *l. 1.* suo privilegio, id est, præscriptioni fori specialiter renuntiaverit, *l. 7. inf. qui satisd. cog.* Ex quo intelligitur, fidejussorem judicio sisti non alibi posse conveniri, quam in foro, in quo reus sisti promisit. Idcirco desiderari, ut ex eo foro sit.

Ad L. IV. de Petit. hered. *Si hereditatem petam ab eo, qui unam rem possidebat, de qua sola controversia erat: etiam id, quod postea cœpit possidere, restituet.*

His addam ex eodem lib. Pauli, quod est in *l. 4. de petit. hered.* cujus verba hæc sunt: *si hereditatem petam, &c.* crediderim hæc verba P. referenda esse ad magistratus municipales, qui etsi de re majori jus dicere non possint, nisi inter convenientes, *l. ult. de jurisd. l. 28. ad municipal.* tamen si apud eos actum sit de petit. hered. de re quadam hereditaria minima, quam possidebat is, cum quo agebatur: petitio enim hereditatis datur etiam adversus eum, qui vel rem minimam ex hereditate possidet pro herede, vel pro possessore, *l. 9. & 10. hoc tit.* quamvis igitur apud magistratus municipales petitione hereditatis actum sit de re quadam minima: si tamen post judicium acceptum reus ejusdem hereditatis alias res possidere cœperit, & hæ quoque res officio judicis actori restituendæ sunt, etiamsi omnes coacervatæ excedant modum jurisdict. ejus. Et ratio hæc est, quoniam petitio hereditatis formatur ex persona actoris, non ex persona rei sive possessoris, nempe hoc modo: *si paret heredem non esse*, quod ubi constiterit, damnatur ut heredi id omne restituat, quod possidet ex hereditate rei judicatæ tempore, *l. item veniunt, §. pen. l. si quo tempore, hoc tit.* Et ad eundem modum sæpe fit, ut qua de re magistratus jus dicere non possit, neque adiri ab initio, cognitione suscepta alterius rei, quæ ad ejus jurisdictionem pertineat, si & in eam cognitionem res illa inciderit, de qua principaliter adiri non possit, ut de ea jus dicere possit, ut in *l. 1. C. de ord. judic. l. 3. C. de judic.* Notanda est ratio, quam attuli ad hanc *l. 4.* quia petitio hereditatis formatur ex persona actoris, non ex persona rei: secus si actio formaretur ex persona rei, veluti actio aquæ pluviæ arcendæ, *si paret te opus fecisse, quo aqua pluvia mihi noceret*: sane in hac act. venit tantum id operis, quod tum factum habuit, non quod post litem contestatam fecit, *l. Antæus 14. §. ult. de aqua & aq. plu. arcend.* Et ita est accipienda *l. 23. sup. de judic.* quam huic l. 4. objicit Accurs. neque ab ea se expedivit, non animadversa diversa ratione formandæ actionis, modo ex persona actoris, modo ex persona rei.

Ad L. II. de Pop. act. *Si plures simul agant populari actione, prætor eliget idoneiorem.*

Quod attinet ad hanc l. 2. quemadmodum Ulp. lib. 1. ad Edict. inter cetera proposuit Edictum, *si quis jus dicenti non obtemp.* quod patet ex *l. un. si quis jus dicenti non obtemp.* quæ ex eodem lib. sumpta est, ita & Paul. de eod. edicto egisse probabile est. Quæ autem ex eo edicto datur actio pœnalis in actorem vel reum, qui magistratui urbano vel provinciali jus dicenti non obtemperat, jus, inquam, dicenti non obtemperat in eo, quod extremum jurisdictionis ejus est, in extrema linea jurisdictionis, in executione ultimi decreti sui, puta dum jubet rem restitui, de qua agitur, & qui damnatus est, eam restituere detrectat, vel eam non patitur auferri vel abduci sibi: Quæ, inquam, in eum nec obedientem ex illo edicto datur actio in factum pœnalis, non perpetuo quidem, sed intra annum, & in eum tantum, non in heredem ejus, *d. l. un. §. ult.* ea actio videtur quidem fuisse popularis, quoniam pertinet ad vindictam publicæ Majestatis, quam reus vel actor contempsit in extremo articulo jus dicentis, in eo scil. quod rei caput est, & publice interest omnes cives ad defendendam & vindicandam causam publicam, ad defendendam Rempubl. admitti, *l. 4. de no. op. nunt.* Qua ratione certum est, actionem etiam albi corrupti esse popularem, *l. 7. de jurisd.* id est, permitti cuilibet ex populo agere volenti. Nam quod dicitur ex illo edicto: *si quis jus dicenti non obtemp.* actionem esse annuam & non dari in heredem, *d. l. un. §. ult.* id Ulp. eod. lib. generaliter ita se habere definit in omnibus popularibus actionibus, *l. ult. hoc tit. omnes*, inquit, *populares actiones, neque in heredes dantur, neque in annum extenduntur.* Quod confirmat etiam *l. 5. §. quæ autem, de his, qui dejo. vel effud.* Et omnes actiones, inquit, recte. Nam interdicta popularia quæ habemus sunt perpetua, ut interdictum *de lib. homine exhib.* quod est populare, perpetuum est, quia tuendæ libertati nulla præscriptio temporis obstare potest, *l. 2. C. de præscript. long. temp.* pro libertate & adversus libertatem. Itemque interdictum de via publica, ne fiat deterior: quod est populare, *l. licet, de procurat.* & perpetuum tamen, quia jus viæ publicæ tempore amitti non potest. Longeque est alia ratio actionum popularium, veluti sepulchri violati, quæ finitur anno, vel ex edicto de ejectis vel effusis, si quid transeunti nocitum sit, quæ est annua. Et similiter actio de albo corrupto, & actio ex illo edicto, *si quis jus dicenti non obtemp.* quod idem dicitur in *d. l. un. §. ult.* eam actionem non concludi ad id, quod interest actoris, sed ad meram pœnam, id est, quanti ea res est, pro modo contumaciæ, quantique ad eam rem æquum esse videbitur: etiamsi nihil intersit actoris, veluti agente quolibet ex populo vindicandæ tantum contemptæ majestatis gratia, non quod ad rem ejus familiarem quicquam ea res pertineat. Illud idem obtinet in plerisque actionibus popularibus, ubi certa pœna lege vel edicto definita non est, ut in actione sepulchri violati, *l. 3. de sepulc. viol.* & in actione de ejectis vel effusis, *l. 1. de his, qui dejec. vel effud.* Nec tamen in omnibus judiciis popularibus. Nam interdictum de via publica deteriore facta datur in id, quod actoris interest, nimirum quia nullus est de populo, cujus non aliquid intersit viam publicam non deteriorem fieri. Illius vero actionis causa, quæ competit ex edicto, *si quis jus dicenti non obtemperaverit*, impulit Ulp. non tantum, ut eo lib. annotaret, quod est in *l. ult. hoc tit. populares actiones non extendi in heredem, nec ultra annum*, sed etiam, ut de iis actionibus generaliter annotaret, sive ex causa edicti, *si quis jus dicenti, &c.* sive ex alia causa actum sit

fit ab aliqua ex populo, poſt rem judicatam, ſi aliqua A ex eodem populo ex eadem cauſa experiri velit, obſtare vulgarem exceptionem rei judicatæ, *l.3. hoc tit. que ut ord. lib. Ulpian. Ab initio quidem patere omnibus ait actionem populorum vel publicum, ſed eum, qui occupavit agere, & qui peregit rem, excludere ceteros, niſi per collusionem cauſam egere, & ejus collusionem alius probet, qui denuo agere velit eadem cauſa. Leum quo, & in populorum die iuregor. l. 3. §. 8. tamen poſſeſſ. de libr. hum. ad hoc. Quinque extra hunc cauſam, non amplius, quam ſemel, poſſunt agere ſuo nomine, §. 8. Quod ſi ab initio fint plures ex populo, qui populari actione agere velint, quid fiet? Arbitrio judicis ſeu prætoris, quod divinatio dicitur, delectu prætoris opus eſt, qui ex dignitate, diligentia, fide, conſilio, auctoritate, utrumque cuiuſque arbitretur, uter agere debeat, ita tamen ut primum eligat unum, ad quem negotium ex re pertinet, id eſt, cujus maxime intereſſ. l. 3. §. 6. tamen. de libr. hum. ad hoc. Etſi enim principaliter intereſſ, cujus maxime intereſſ. §. 3. ſi autem. de minoril. l. 3. quæ regio. §. 8. reſſeret. de leg. l. 1. tale. de collat. leg. 7. l. 10. C. de libr. cauſa. Debet igitur eum prætor præferre ceteris omnibus, cujus maxime intereſſ, quod & Ulpian notat in l. 3. hoc tit. Illo autem ceſſante vel deficiente ex ceteris habetur ratio, l. 3. l. 12. cauſa cognita prætorem eligere debere idoneiorem ad faciendum magnitudinem cauſæ, ut d. §. 8. tamen plures: & plures, inquit Paulus, plures agent, d. §. 8. agere volent populari actione, præter eligat idoneiorem, videlicet, & deficiat, cujus maxime intereſſ. Et ita eſt hæc interpretanda, & ſtatuenda edicta, Si quis ius dicenti non obtemperaverit.*

Ad L. II. de Verb. ſign. *Urbis appellatio nomen, Roma autem continentibus edificiis finitur, quod tenuit pomerium. Cujus pomerii dimi major pars eſt horarum ſeptem primarum dies, non ſupremarum.*

B JAm ex ſuperioribus II. libris ſolorari fumus, ſtile primo Paul. tradiſſe de iuriſd. & conſequenter de magiſtrat. bus, qui iuriſdictioni præſunt, & de editis ad eorum juriſdict. pertinentibus, & generatim de officio eorum, quod quidem latius patet, quam juriſdictio, l. 1. de juriſdict. Et ſane quod in hac l. 2. proponitur de definitione urbis & Romæ & magiſtratu partis illius, ad magiſtratus urbanos, puta, ad Tribunos plebis pertinet. Nam tantum vero aut vix? ſemper hoc: quæ legi vetuſtiſſima ſanctum erat, *ne uribem quis adiret urbari*, vel quod idem eſt, *permittere urbi poſſent, neve intendio abeſſe nemo ſine cauſa*. Appian. D 2. de bello civili: *non licet*, inquit, *tribunis extra mœnia exire*. Dio lib. 39. *urbanos vinum in vie vetuit: Tribuno plebis nullum noctem ab urbe abeſſe licebat, quod ſolus wim feri ceteri, affiduitate ejus, & profanibus ocuis ſacroſanctus plebis* Halicarn. *ſi magiſtratuum vis inaugurationem. Circumſcribebat*, inquit, *pomerium urbis Romæ, ut urbe urbem eis permittere fas eſt, ubi magiſtratui ſuo, aut ſacerdotio ſtipendiis functi ſunt*. Dionyſ. ſeruarum *Lactantium cauſa*, de quibus in l. 2. de Orig. ius quæ in urbe Roma ſolebant celebrari ſolebant, aliquot diebus interveniebatur omnibus magiſtratibus urbanis. Refte autem ibi, *non poſſe Tribunum plebi. admittere ad urbe extra urbem, extra muros, extra continentia urbis*. Idemque Servius in illum locum Virg.

Tityrus medios nos humida cuſſus,

ſcribunt, diem civilem fuiſſe Romæ ab media noctie E incipere, illa re juris indicari, quod *urbem* Romam eſſe quæ ſit, absolvere ab urbe non liceret, licebat tamen extra urbem, ſed non procul, ne neceſſitem reverti. Et ita quoque invenio apud Livium lib. 7. *Annius dudi edictos unum manere extra urbem noctes poſſe, nihil adverſo valetudo emercuſſiſſet*. Quo etiam cafu nec ultra binoctium abeſſe potuit, ut Cor. Tac. *annal.* Recte igitur omnes illi *extra urbem*, vel *extra muros*. Et impropriæ Gell. 3. cap. 3. qui *trium dierum ſpacio deinde Roma nullum diem potuiſſe abeſſe*. Roma pro urbe impropriæ. Aliud enim eſt urbe, aliud Roma. Urbis appellatio oſtenditur eſſe in *h. l. 2.* urbior: Roma latior, quia ut ait Paul. in *h. l.* urbs muris finitur: Roma continentibus ædificiis, ſuburbiis, quæ ſane funt extra

urbem: id oſtendit *l. pen. §. pen. de extruf. tut & in hoc ipſo de verb. ſig. l. ad Laberium. de libr. & lib.* Quæ in continentibus urbis agitur ſinitur muris, Roma continentibus ædificiis, *l. 4. §. penult. pen. leget. 1. qui Roma. §. de leg. 3.* Idque in legem commixtæ tribunus plebis, qui perſtat, five abſodat in ſuburbiis, id eſt, qui totam noctem manet in ſuburbiis, qui extra urbem pernoctare videtur. Et qui in ſuburbis pernoctat, licet non pernoctet extra Romam, pernoctat tamen extra urbem. Vis videre quam hoc exemplum conveniat huic loco, conferis cum h. l. *urbana fruitio 166. §. 1.* quæ explicata urbis appellatione, & inde urbana familia, deinde explicat quid ſignificet verbum pernoctare. Quo fine? nil quia reſpicit ad illam l. qua tribunus plebi extra urbem pernoctare non poſſit. Quia autem hoc loco fubiicit Paul. quam diutumus eſſe majorem partem diei, *videlicet in ex d. urbana. §. pernoctare*, licet alia mens videatur fuiſſe Servii in *d. l. 166. §. 1.* tamen in illis fuiſſe ſatiam differentiam inter diem & noctem, quod liceret tribuno plebi. ne minimum quidem partem noctis abeſſe urbe; at interdiu non liceret abeſſe majorem partem diei; ceteram partem licuerit. Quod late vere verba, *majorem partem diei*, inter notas Diaconi notara fuit ſingularibus literis tribus, id argumentor eſt, ex verbis eſſe ex formula legis actionis, quam interpretatur Paul. hoc loco definiens majorem partem diei, naturalis ſcilicet quæ conſtat horis 12. tam æſtate, quam hyeme, fed hyeme brevioribus. Quatuor enim horibus Diaconi, inquam, partem diei eſſe 7. horarum primarum, non ſupremarum. Romani olim, imo & hodie plerique civitates Italiæ a Romanis profectæ horam 1. deinde 2. 3. 4. 5. & deinceps. Atque ita fexta hora die eſt meridies, hora autem 12. ſuprema tempeſtas, id. eſt, veſpera, major pars diei. Ergo 7. horarum primarum non ſupremarum, quia mane homines integriores funt ad negotia omnia. Et quia illa hora potiſſimum foro & negotiis feſtinantibus accommodatiſſima, quam in hunc locum adducit Alciatus, *Sexta quæ hora Leffis, ſeptima ſora erit*. Addatur balneo quoq; conve. *Plin. lib. 3. epiſt. 1. ubi hora balnei habetur octava, & nona*. Spartian. in Adriano: *nemini mortuus eſt, ſi quem in publico lavare paſſum non fuit*. Idem *Martialis, Impones exercitio ſenegre nona thoros*. Cor. Tac. *annal.* Ideoque prætor pars diei eſt horarum 7. non ſupremarum. Sane ita eſt. Nam & melior eſt ratio horarum 6. primarum, non 6. poſtremarum, qua de cauſa & ſacta melior pars diei, id eſt, debita præſentiari, quos tenet & Varro loquitur, ſuo inſtituto ſomno diffindere licet, *a meridiem ſexta diem libet*. Item qui diarias operas promiſit, ſed non a mane, ſed ea parte prædi, quæ ſexta horis, id eſt, a meridie, totius diei nomine tenetur, prendie ac ſi *ad meridiem. l. 2. de amic.* qua dicit meliori parte diei. Quanquam & non liberari quis a mane, qui eas præſtiterit a diluculo usque ad ſextam tantum, *l. 3. de oper. libert.*

Ad Legem IV. de Verb. ſig. *Nominis appellatione vem ſignificari, Proculus ait.*

HÆc verba, quo referenda ſint, non tam facile eſt dicere. Quæ enim verba quadamtenus conferet? Nihil nos iuvant interpretationes doctiſſimarum, nihil aliud agunt in hunc tantum ſcripſiſſe melius, quam in nullam aliam partem diffideret, quam in aliis omnibus. Et alle vero autoritis errans perpetuam legit in h.l. *pecunie, pro nominis*, ac ad verba h.l. pertinuit, quæ funt de nominis non pecuniæ appellatione. Poſſunt quidem meo judicio ea verba non improbabiliter referri ad edictum ante relatum, quo prætor jubet eum, qui in ius vocatus eſt, judicio ſiſtendi cauſa locupletem ſiduſſorem dare pro qualitate rei, quæ ſit *de qua agitur. l. 1. §. 1. ut ſur ſuo. de exact. l. 5. §. 1. qui ſiſtendi. eo. ubi* proculdubio eſt, ut appellatione non tantum contineri corpora, quæ actor petit, ſed etiam nomina, id eſt, debita & obligationes, quæ conſtat in jure, non in corpore conſiſtere, res incorporales, non corporales eſſe, *l. 1. §. ult. de pecul. de adimit.* Et ita rem accipi conſtat in Ulpiano, rem pupil. ſalvam fore, id eſt, non ea tantum, quæ in patrimonio ejus ſunt, ſed etiam nomina, *l. 9. non pupil. fore.* Et cum agitur de inſtitione in poſſeſſionem rei fervandæ cauſa: Rei enim ſervandæ, id eſt, debiti ſervandi cauſa. ut *l. 1. §. 1. ut ſur ſuo.* Nov. 53. debiti ſervandi cauſa. Et *de qua* apud Plaut. *res ſalvam*, id eſt, debitum ſalvum. Et *res* non *ſalva eſt*, reſte in Curculione, & alibi ſæpe, & in alio loco vexato Ciceronis, in eo decreto, *ſolum ex ſenatu*, ubi perperam *Salmaſius Salvius* ſcripſit. Nihil mihi ſolidius videtur, quam dicere, *rem ſalvam fore, vel ſalvam eſſe rem*, id eſt, diſſolvere obligationem: recunze debitæ, ſiſtam per numerationem: at ut in hoc edicto rei appellatione nomen nomine contineri, hæc regula pertinere poſſit? Verum alia eſt cognitio cauſæ, quæ ſpectat ler, aut Senatuſconſ. aut conſtitutionibus principum pertexi, vel conſuli, vel poſſeſſorii interdicti, ut *Salmaſius* ſcribit, quo notio five cognitio de domino in familia oritur, ad quam omnino pertior defideratur, nec a prætore hoc notio alii cuiquam mandari poteſt, quia ei legi datur, non ei qui ius juriſdictione competit. Et lege ſpeciali datur, quæ ſolum alteriusnotionem effe, quam prætoris, *l. 1. §. 8. de Familia, de aſſeſſ. tit. 4. mand. l. 1. C. de Senatuſ. cognitio* autem ſicarios, vel qua alia quæſtio & cognitio pretors pertinſſa, qui ſolepne quærere proxumere dicitur, legibus publicorum autem judiciorum & hanc auctoritatem five notionem publici judicii alii delegare, vel mandare non poteſt, *d. l. de offic. pret. ex senat.* Et ex oratione D. Marci cognitio tutelaris ad conſules devolvitur, quæ non venire permittitur iis, quibus alimenta relicta ſunt, fed cauſa ſi cognita a prætore ipſo, non alias, cui eas cognitiones mandare poteſt, quia non eam mandat poteſt, quia non habet a lege ſpeciali, non a lege, nec jure magiſtratus ſui, *l. cum is, 3. fed ne mandet. de mandat.* Item ex oratione Severi cognitio tutelaris ad conſules devolvitur, prædictis nimirum, quam 25. annorum, quæ etiam mandari non poteſt, *l. 2. de offic. pret. C.* Hæ notiones omnes alii mandari non poſſunt, quia ex lege ſpeciali, non ex lege juriſdictionis magiſtratus propria. Adde ex l. Elia Sentia cognitionem vel probationem cauſæ, quæ etiam mandari non poteſt, manumittendi, *l. 1. §. 1. de lib. minor.* ut, ante vicefimum annum certe vult, vel etiam manumittendi ſervi minores 20. annorum, quem major ætate dominus vindicta manumittere vult, *l. 1. §. 1. de lib. minor.* Et hæc notio non eſt fine conſilio, & cognitio cauſæ manumiſſionis fit, aut fieri poteſt a prætore ſolo in urbe, vel a conſule, & in provincia a præſide ſolo adeundo ſacrum, quod in templum conſulum in urbe: Ulpianus noſter & Ulp. lib. ſing. reg. dicitur conſtitiſſe ex decem: prætore fedente in medio. Sextus igitur loco. *Liv. lib. 40. Lentulus prætor in medio ſedens*. M. Tull. pro *Cluentio. Ego Leſt Quinto Naſo, cui tum in hoc ipſo loco ſedenti id eſt, in medio*. In provinciis autem, ut idem Theoph. & Ulp. docent, præſides prædictæ notionis & adeo cognitionis ad se & ad ſuos officiales, quorum alia de re duumviri conſultabant, ut indicat ſcriptio Neapolitana, in qui ita habetur: *Ius apud eum ante ſedem ejus dicentur, & cum duumviris, qui in conſilio ejus ſedent: Putcolis dium non minus 20. aſſeſſi, ubi extitit Corneſtor Iapidum*, qui ſcripſit effe legendum, *duumvirum*, non *duumvirum*. *Ejus*, pro *eorum*, ut *ejus* ſententia *Ejus* pro *eorum* ſæpe. Et *ejus* pro *mortuis agenda: Curialis*, inquit, *pauper vix ejus loci duumvirialis. Duumviralitas*, ut *prætorius*, & *quinquennalitius* in antiquis inſcriptionibus. Sed ad rem. Adde ſuperioribus, ex Senatuſc. Turpil. judice ſedente pro tribunali dari, præberi accuſatori poſſulanti abolitionem, id eſt veniam omittendæ accuſationis, quæ ante præſidi vel prætore alii mandari non poteſt, *l. 1. §. adolitio, ad Senatuſc. Turpil.* Adde cognitionem tutoris ex inquiſitione dandi lege Atilia, vel lege Julia & Titia, quæ cauſio, & notio

natio etiam mandari non poteſt, & omnino defideret præ-
tores vel præſides curare & intervenium, l. 8. de test. &
ſenatuſcul. Addit cognitionem indulgendæ creditoribus de-
functi, & creditoribus heredis, vel indulgendæ inter hos
& illos ſeparationis bonorum, quæ notio, ut ait l. 1. §. de
ſeparat. ſolemn. Et pretatis vel præſidis, & nullius al-
terius, inquit. Omnino igitur & ea notio prætorem vel
præſidem deſiderat. Et ad hæc nimirum genera cognitio-
num hæc rej. pertinet, abſentque caſus cognitio eſt, ubi præ-
tor deſiderator. Nam ad eam cognitionem, ut prætori ſuo
jure competit, velut de damno infecto, omnino prætor
non deſideratur, quia eam dumtaxat poteſt mandare, vel
aliis quibuſcunque. Quod cum Paulus oſtenderit hoc lo-
bo, ſubiicit, ubi tamen cauſæ cognitio eſt, tributa ſcil. præ-
tori ſpecialiter lege, aut Senatuſcul. nec conſtitut. ubi, in-
quam, cauſæ cognitio propria eſt, non poteſt mandari. Et
ea cognitio lege, non jurisdictionis, ibi prætorem deſiderat
deſiderare, prætoris notionem & nullius alterius, ut ait d.
§. De his autem prætorem dicimus vel præſidem, quem
conſtat in provincia vice prætoris & omnium magiſtra-
tuum jurisdictionem fungi, l. 1. in nilipotem in fin. de offic. pro-
conſul. Et ne ea mandatio quidem eſt ea quæ tribuitur no-
tionibus, quorum exempla ſunt multa jam expoſita: ne no-
mandatio quidem ad eas ſe abhibere magiſtratuum muni-
cipalem poſſe. Et ita hæc regula eſt explicanda.

JACOBI CUJACII J. C.
In Lib. II. PAULI AD EDICTUM,
RECITATIONES SOLEMNES.

Ad L. XII. de officio proconſ. Legatus, mandata ſibi
jurisdictione, judicia dando jus habet.

UT primo, ita ſecundo libro tractavit Paul. de
jurisdict. Neque enim omnia ei tractanda aut
libro comprehendi poteſt. Tractavit de officio
præſtari proximum eſt, etiam de cauſis cognitionum
ſibi, de qua egerat libro primo, ut patet ex l. 1. conſ. de
ſpe. aut. ac. caus. &c. pro quo ſcio, ſi nullus, hoc adjuto
de deſiderabo: nullus ſcilicet, qui ſciat, quæ ſint cauſæ
cognitionum datæ magiſtratibus ſolis, quem ex edicto prætoris ido-
neum dare oportet, §. 1. pro Iurisdict. pro qualitate rei,
quam actor reſtituendam eſſe petit, l. 1. in rem ver. ut
eam. Et ex illis quidem tribus legibus, quas hodie ex-
plicaturus ſum, l. 1. de offic. proconſ. l. ſequitur, inquit, man-
dantis jurisdictionem, dando judicia jus habet, de legato
proconſ. loquitur, qui ante mandatam ſibi jurisdictionem
jus dandi judicia non habet: poſt mandatam ſibi juri-
dictionem jus dandi judicia non habet: ſed habet jus
prætoris ex l. de judic. Ideoque per ſe mandata jurisdi-
ctione Legato, non ideo & jurisdictione dare Legatus poteſt,
ſed hæc an in lege mediæ ſit condictio magiſtratuum
urbanorum. Nam in cæteris quoque ordinis ſint, prætores,
Conſules, proconſules, præſides, hoc jure ſive lege
ſpeciali jus dandi judicia habens in ſingulis cauſis, l. 1.
ubi inſt. poſt. & ſi quis appell. l. 2. de offic. proconſ. ſive vel quod
idem eſt, more majorum, & propter ſolum imperium,
l. 1. non prætor, §. item bi. de public. propter vim imperii,
id eſt, magiſtratus jure. Et ita ſcribit Ulpianus in l. 1. de
offic. ejus qui mand. judicis dandi poteſtatem habet, qui
ſine poſſunt, quia eam jure ſuo magiſtratus habent. Et
vero mandata ab eis jurisdictionis, ea quoque pars ju-
riſdictionis mandata videtur.

Ad L. VI. de Jurisdict. Et quia nec principaliter ei jurisdictio data eſt, nec ipſa lex deferr, ſed conſtituta mandatum jurisdi-
ctionem: ideoque ſimpliciter mandando jurisdictionem, adtexiſſe
videtur, nec mandatum jurisdictionem, adtexiſſe cauſa cognitionis, nec
autem quem ea eſt, qui mandata eſt jurisdictionem, ſimpliciter mandando
jurisdictionem mandare videtur, ſicut in reliquis cauſis.

A CErtum eſt tum, cui mandate eſt jurisdictio, eam alii mandare non poſſe, §. hoc tit. Inſt. de offic. ejus cui eſt mand. Quæ ſit ratio hujus ſententiæ: h. l. oſtendit, quia nimirum ei, cui mandata eſt jurisdictio, non præ-
judicat data eſt, mandata, non data jure directo & perpe-
tuo. Principaliter data eſt magiſtratui, cujus beneficio
eam habet, nec ipſa lex, ut ait, vel ipſum jus, quod eſt dire-
ctum, ei jurisdictionem defert, ut magiſtratui, cum ne-
magiſtratus ſit, nec mandata jurisdictione magiſtratuſue, ſed
mandatum ſibi a magiſtratu conferret. Quæ duæ magi-
ſtratui principaliter deferuntur ex quo mandatum acci-
tur, aut datur, ſed confirmatur. Et jurisdictionem quoque
eum non habere hoc jure, ſed beneficio, id eſt, benefi-
cio magiſtratus, quem vice fungitur, Iohan, l. 6. & 1. 7. de offic.
ejus cui mand. ut apparet ex eo, quod mandata vis
præſidis, id eſt, legati Cæſaris, qui mandavit ſuam juriſdi-
ctionem, finiri poteſt, quo contingat in re integra, id eſt, ante
quam pro jurisdictione ibi mandata quisquam agere coepe-
rit, mandatum diſſolvitur, & jurisdictionem habere deſinit,
aut cum non poteſt exercere, nili alieno nomine: Et quo no-
mine, qui deſinit eſſe in rebus humanis nihil agere poteſt, eſt
eſt certiſſima regula juris, mandatum re integra finiri mor-
te mandatoris, quæ obtinet non tantum in mandato negotii
cujuſque (qui contrarius eſt huic §.d.) ſed etiam in mandato
jurisdictionis, itemque in juſſu parris vel domini, l. 8. per
epiſtolam, & ex epiſtor. hered. & in ceſſione ſuris, quæ morte
cedentis extinguitur, ut Ulpian. ſcribit l. ult. ſoluto. Deni-
que mandatum omne, quodcunque mandato proximum
eſt, re integra diſſolvitur morte mandatoris, l. 1. mandatum,
C. mand. Secundum hanc rectæ rationis regulam l. 8. qui ma-
dat, de offic. ejus cui mand. eum cui mandata eſt jurisdictio,
proprium ſibi habere: ſed ejus, qui mandavit, jurisdictio-
ne uti, & quidem ante expiratum vicarium quem. Ab
hac ſententia excipi tantum volo legatum proconſulis:
quia l. 13. de offic. proconſul. ex contrario probet argumen-
tum, quod probabile eſt, & ita ſcribit Paulus, probabile
eſt, ut Ariſto. definit, contraria de contrariis diſtis eſſe pro-
babilia: ex contrariis, inquam, d. l. 13. offendit legatum
proconſulis mandatam jurisdictionem non retinere mandatum,
ſed quodammodo proprium jurisdict. habere, quia ait, le-
gatum proconſulis nihil habere proprium, niſi a proconſu-
le mandata jurisdictione. Et diverſum ergo, ſi a
proconſule ei mandata jurisdictio fuerit, proprium aliquid
habet. Cur hoc ſit exceptum in legato proconſulis cauſa
fuit eſt, quia ſcilicet non ſibi delegit proconſul. Prætor aut
præſes ſuo arbitrio delegit, quem velit ex albo judices
in iure dicundo, proconſul non item, ſed ei datur lega-
tus, cui mandata jurisdictio, Senatu vel populo, ut ſcri-
bit proconſulis a Senatu Pompejum legatum datum ejus provin-
cias ſcribit to the bello civili, & Capitolinus in Gordiano,
Gordiano proconſuli Africæ, legatum eſſe ſibi a Senatu da-
tum. Et Vopiſcus Probum Imperatorem permiſiſſe Tacito,
ut proconſules crearent, & legatos darent proconſulib. M.
Ad id ſpectat quod ait Ulpian. proconſulis, alia omnia, & adver-
ſores negotiorum publicorum Romæ, eſſum dare: quod ſcilicet le-
gatus ſibi data proconſul mandare ſibi conjicit ſuam juriſdi-
ctionem, hæc ſcribuntur, & eſt verum. Ne turbet, quod ait
lex ſolemn. de offic. proconſ. mandare vel non mandare juriſ-
dictionem eſſe in arbitrio proconſulis, quia nec etiam
mandare poteſt, cui eumque voluit eam mandare, ſed ſi
velit eam mandare, aut, ut utrumque meo ſit, ſi velit
diſtringere maximoris negotiis & urgentioribus, procul-
dubio negotium eum, cui mandare, nec enim alii cuiquam,
quam legato eam mandare poteſt. Proprium aliquid
habere legatum proconſulis, cui mandata eſt juriſdi-
ctio, & quod juriſdictionem proprium, argumento eſt,
quod & adhibere poteſt, quos comites dicuntur, comites
ſcil. ſedendi, l. 6. §. ult. D. de patris. Et in quibuſdam etiam
partem, ut legatus legatum lictores, & ſatores, & ſtellam cur-
ſus Senatus. Quod item ab eodem legato proconſulis ipſe pro-
conſul poſſidetur, quod alias, l. 2. qui & quo appell. Et
tamen ab eo, qui mandata prætoris poteſtatis, id eſt, le-
gati Cæſaris jus dicit, prætor vel præſes non appellatur, ſed ma-

B jore majeſtate, quia idem ab eodem appellari vide-
retur, propterea quod jus dicit vice prætoris vel præ-
ſidis, non ſua, l. 1. §. ult. quis & a quo appell. legatus autem
proconſulis ſuam habet propriæ jure jus dicit potius,
quam vice proconſulis, quamquam non ante jus dicere
poſſit, quam ei aliunde fuerit proconſul mandata ju-
riſdictione. Ideoque & amplius jure conſtitutionis
principum legato proconſulis datur, quam aliis, qui-
bus mandata eſt juriſdictio, qui nec legatorum nomen
habent, nec & legatus proconſulis ex ceſſione Dom.
Marci tutorem dare poteſt, l. 1. de tut. & curat. datis: &
judicem, ut habentur in l. 12. de offic. proconſul. Quod
autem non poſſit ei, cui mandata eſt juriſdictio-
nem, quia præſides provinciarum ſuo jure, judicis da-
tionem non habent, ſed ex lege ſpeciali, ut dixi ex d.
l. 12. Quemadmodum igitur mandatum jurisdictionis
& officio & partibus fungitur, omnes præſides provin-
ciarum, etiam proconſules, l. 1. conſ. de offic. proc. l. 1. §. fin. C.
de offic. præfect. Qua comparatione Arſtonius ait, Politic. ait:
Præſides provinciarum, qui ſub in provincia ſuarum
non obtinent, ſunt veluti ſtationarii, qui vota publicata
erant, audore Politice, variis ultimis ipſa, ut & præſides fi-
militer variis officiis, & muneribus, & functionibus variis,
nempe omnium magiſtratuum urbanorum. Sed ut illi vari
non omnes ulla præſunt, ſic nec ſine exceptione ulla, &
ſua vi, ſuove jure omnia præſides habent, quos omnes una-
ſpiritus urbani: Certe non judicia dationem, nili ex lege,
d. l. non prætor. Dominus vice & ſure ſuo fungitur, ſed non
poſſunt omnia tamen quo omnium vice fungantur, qui in
eorum vicem mandata ex parte veniunt. Datur etiam quo-
doque legatus proconſulis, & ei mandata ſit juriſdictio, quæ
non datur ei, cui pretor vel præſes juriſdictionem mandat-
vit, judicis publici, judicis criminalis diſceptatio, l. 1. de
offic. proconſul. l. 1. C. eod. Quæ ex Græci interpretes redi-
ſine ad d. l. 11. colligunt, legatum proconſulis juriſdictio-
nem habere, non tam in ſua, quam in Principis provin-
cia, quo nomine & nonnunquam criminale judicium
exercere poſſint, ſicut & lege nonnunquam ei datur ius gla-
dii, ut Capitolinus ſcribit Gordianum, Africæ Gordianum,
ſium etiam legatum eſſe datum a Senatu cum jure gladii.
Et hoc argumento fortiter defendi poteſt, mortuo proconſu-
le, legatum, cui mandata eſt juriſdictio, manere, quia
tum ſit proconſul re integra, id eſt, antequam legatus ju-
riſdictionem exercere cœpiſſet, legatum non amittere
poteſtatem, quam habebat, quia ſcilicet ſuo jure ha-
bet, magis quam mandati jure. Ita ut plane hoc l. 6. C
intelligenda ſit de iis tantum, quibus a prætore vel
præſidibus provinciarum, id eſt, legatis Cæſaris mandata
eſt juriſdictio, qui legatorum nomine donati non ſunt, non
etiam de legato proconſulis, ita ut mortuo proconſule
re integra, non ſtatuer juriſdictio mandata legato.

Ad L. I. de Receptis & quis arbit. Compromiſſum ab Emperatore, ſicut & ab Imperatore, ſicut & ab Imperatore, ſicut & ab Imperatore.

COmmodiſſime videtur referri, hæc lex ad cauſionem,
ſive ſatisdationem judicio ſiſti cauſa, quam ex edi-
cto prætor ab eo exigit, qui vocatur in jus, aut qui
in jus rapi velit, obtorto collo, de qua ſatisdatione ut etiam
di ſi initio hujus rectiſſime, ſtudioſe egerit libro 1. Ad eam
inquam, ſatisdationem, quæ vocatur in jus, ſatisdi-
mento (nam ex l. 9. C. ex quib. cauſ. infamia, intelligimus
ſervum qui quali legatum ſimilitudine judicio ſiſti, ſub per-
na ipſi dari, ubi Dominus ſervum ſuum ſiſti in jus
judicio, non teneri ponæ nomine ex ſatisdatione, quam
ſuſſerunt ejus, quia ſervus in jus vocatus, ſine domini
permiſſu venire non poteſt, l. 1. §. 1. de in jus vocand. Do-
minum eſt, ſi ſervus, qui cum libero ſine domini
ſciente, & permiſſu

aliena, non etiam usumfructum, qui a proprietate separatus fuit, quia vere pars proprietatis non est: at ut videamus tamen, quibus casibus ususfructus habeatur pro parte fundi, vel rei cujusque, sive pro parte proprietatis, aut dominii, non pro servitute, licet reipsa nihil aliud sit ususfructus, quam servitus, quam res aliena homini debet. Multos vero Paulus dicit esse casus in hac *l.* 1. & nos etiam multos proferamus. Heres, a quo fundus legatus est, si ejus fundi ususfructus alienus sit, vel ipsius heredis, non nudam proprietatem, sed & usumfructum, idest, plenum dominium legatario præstare debet, quia ususfructus totius fundi emolumentum continet, & ideo pro parte rei habetur. Hæc est ratio *legis Mævius*, §. *pen. de leg.* 2. Certe parum mihi proficit proprietas rei, nisi reipsa utar fruar. Denique ususfructus totius rei emolumentum continet: & ideo pro parte rei habetur. Item ab eo, qui fundum debet, recte accipitur fidejussor in usumfructum fundi, *l. si a reo*, §. *si reo, de fidejuss.* Quia fidejussor & in partem rei accipi potest, *l.* 9. *cod. tit.* & ususfruct. pro parte rei est, quia ut ait *d.* §. *si reo*, jus rei, jus fundi est, ubi jus fundi (longe cave interpretari servitutem fundi) nam & in servitute fundi, veluti viam, vel iter, a debitore fundi inutiliter fidejussor daretur, & acciperetur, quia alia res est fundus, alia via ad fundum, & in aliam rem fidejussor inutiliter accipitur, & ususfructus quoque non est servitus fundi, sed servitus hominis, sive personæ, *l.* 1. §. *quoties*, *de servitut.* servitus in fundo, *l.* 2. *hoc tit.* quæ scil. homini debetur, non servitus fundi: nam servitus fundi ea est, quæ fundo debetur: hæc personæ debetur, non fundo. Jus illo loco est emolumentum & utilitas omnis fundi, ubertas, bonitas, fertilitas, commodum & perceptio fructuum, *l. quid aliud, de verb. signific.* Sequuntur alii casus, quibus ususfr. etiam pro parte fundi est, ut si stipuler fundum, deinde usumfructum, non novandi causa, posteriore stipulatione nihil ago, quia similis sum ei, qui post totius stipulationem, frustra partem stipulatur, non novandi animo, *l. qui usumfructum, de verb. obl.* Ususfructus, ut recte hoc loco Rogerius dixit, similis est parti fundi, non pars fundi: est similis parti fundi, quia ususfruct. ut dixi, omne emolumentum fundi continet seu amplectitur: emolumentum ab eo, quod fruges emolantur, ut apud Persium, *& granaria fas est emole.* Satyr. 2. & apud Cæs. 1. de bello civili, *sine magno commeatu & emolumento*, commeatus & emolumentum idem sunt. Præterea si petiero fundum, nec obtinuero, postea petenti mihi usumfruct. obstat exceptio rei judicatæ [illegible] *de except. rei judic.* Si pactus sum de fundo [illegible] & petam usumfructum, mihi [illegible] *unus*, §. *item si pactus*, *de* [illegible] ditor evicto ususfruct. ejus fundi [illegible] quasi evi[illegible] ne ex empto mihi tenetur evictionis nomine pro bonitate, & parte fructuum quos fundus ferre solet, *l.* 1. *l.* 15. *l. vacca emptor, de evict. l. in vendendo, de cont. empt.* Item si mihi fundus legatus sit, quia legatum pro parte adimi potest, mihi ejus fundi ususfruct. adimitur recte, *l.* 2. *de adim. leg.* [illegible] alia ratio est acceptilationis [illegible] debito ex stipulatu non fit recte in ususfructum [illegible] pra dixi, quia acceptilatio [illegible] actus solemnis [illegible] *de reg. jur.* cujus verba adamussim respondere [illegible] obligationis verbis in totum, vel ex parte. Legatum autem ademptio fit nuda voluntate [illegible] proprietatem ullam verborum.

AD §. *& extat quod*, &c. Sequitur in hac [illegible] *vel præsens, vel ex die* [illegible] *l. unica*, §. *item si ex* [illegible] *Statius, de jure fisci*, testamentum [illegible] non [illegible] non valere, testamentum [illegible] igitur [illegible] constat inter prudentes, quod [illegible] pure, vel ex die dari posse, adde vel [illegible] *d.* §. *item* [illegible] *puto*, §. *usufruct. fam. ercisc.* [illegible] diligenter hæc Paulum [illegible] ususfruct. [illegible] servitutum prædiorum [illegible] rum vel [illegible] in multis casibus pro parte [illegible] mini habetur, vel pro parte fundi: servitus nullo casu, [illegible]

cum filius, §. *dominus, de leg.* 2. *leg.* 25. *de verb. signif.* ususfruct. ex die, & ad diem potest constitui ipso jure, ut & dominium, *l. Seja, de mort. causa donat. inf. l. ult. C. de legat. l.* 2. *C. de donat. quæ sub modo*, servitus prædii non item. His addamus paucula quædam, quæ idem Paulus proponit in *l.* 1. *de oper. serv.* his verbis: *Opera in actu*, &c.

Ad L. I. de Oper. serv. *Opera in actu consistit; nec ante in rerum natura est, quam si dies venit, quo præstanda est: quemadmodum cum stipulamur, quod ex Arethusa natum erit.*

REcte hanc l. aptamus superiori, quæ est de ususfruct: nam in ususfructu servi sunt operæ, & retro fructus servi consistit in operis, aut mercedibus operarum, *l.* 3. & 4. *hoc tit.* Multum tamen interest, quo respicit hæc lex prima, ususfructus servi legetur, an operæ. Opera in actu consistit, ut ait initio hujus legis, & ususfructus quoque in actu consistit, & in facto, *l.* 1. *in princip. quand. dies ususfr. leg. ced.* Sed opera in actu consistit ejus, qui operam debet: ususfruct. autem in actu vel facto ejus, cui ususfruct. debetur. Unde oriuntur multæ aliæ differentiæ inter usumfructum & operas servi. Ususfructus, fructuario non utente fruente per modum & tempus, amittitur, quia deficit actus, in quo consistit: nam capitis deminutione fructuarii ususfructus amittitur, quia is, in cujus actu consistit per capitis deminutionem tollitur e medio. At operæ, omittente vel capite deminuto eo, cui debentur, non amittuntur, quia is, in cujus actu consistunt, puta servus, idem manet, *l.* 2. *hoc tit. l.* 2. *de usufr. leg.* Eademque ratione legatum ususfruct. ad heredem fructuarii, vel legatarii non transmittitur, quia cum persona, cui cohæret, extinguitur: operarum legatum transmittitur, si modo supervivat servus, in cujus actu operæ consistunt, *d. l.* 2. *de usufr. leg.* Item ususfruct. legati dies cedit statim ab adita hereditate, & ab eo die peti ususfr. potest, intelligiturque esse in rerum natura, etiam antequam messium aut vindemiarum, aut fœnisicii, aut olivitatis, aut mellis messionis maturitas advenerit, *l. unica*, §. *dies, quan. dies ususfruct. leg. cedat. l.* 2. *quand. dies leg. ced.* Operarum vero dies non cedit statim ab adita hereditate, quod Glossa scripsit male. Operarum dies non cedit, antequam is dies venerit, quo præstandæ sunt, & exhibendæ legatario, quia, ut ait in hac *l.* 1. nec ante sunt operæ in rerum natura, *l. operæ, de oper. libert.* sicut (qua comparatione utitur Paulus hoc loco) nec si legetur, quod ex ancilla natum erit, ante dies legati cedit, quam ancilla pepererit, *l. cum ita, in princ. quan. dies leg. ced.* nec ante etiam id esse in rerum natura notissimum est, quia quid sit paritura est incertum, *l. ubi autem*, §. *illud, de verb. oblig.* Et operæ similiter sunt incertæ, antequam edantur, præstentur, exhibeantur, vel indicantur, & petantur, *l. interdum, eod. tit.* Addam & alias differentias. Servo usucapto ususfructus non perit, ut dixi ad legem superiorem, operæ pereunt, ut ex contrario significat *dict. l.* 2. *de usufruct. leg.* quia servus dominum mutat. Iterum, ususfruct. divisionem recipit, *l.* 5. *de usufruct.* operæ sunt individuæ, *l.* 1. §. *sed operas*, [illegible] *leg. Falcid.* Et ideo recte in *l.* 5. *hoc tit.* operis servi legatis usum datum intelligi. Usum dicit, non usumfructum, quia usus cujusque rei individuus est, sicut operæ, [illegible] *de usu & habit.* At ususfructus est dividuus: fundo pro parte frui, pro parte non frui possum, [illegible] demetendo partem fructuum tantum: at fundo uti pro parte non possum, & pro parte non uti: non possum per partem unam fundi ambulare, quin videar per totum ambulasse; qui usum [illegible], naturam ejus corrumpit. Cum igitur [illegible] differentiæ inter usumfructum & operas, [illegible] *in fine, usufr.* [illegible] non [illegible] imitari usumfructum, ut *d.* [illegible] operas legare [illegible], non esse [illegible] *sed operas* [illegible] *l.* [illegible] in legato [illegible] neque usum, neque usumfructum esse, [illegible] sed proprium jus quoddam, ut de [illegible] *pen.* [illegible] Quamobrem & proprius [illegible] *de operis serv.* separatus a titulo de usufr. & a titulo de usu & habitat.

Ad

Ad L. VI. Depositi. *Proprie in sequestro est depositum, quod a pluribus in solidum certa conditione custodiendum reddendumque traditur.*

SCiendum est, tria esse genera depositi, imo quatuor, si respiciamus ad jus antiquum, quo fiducia erat in usu, unum scilicet genus depositi. Est præterea depositum quasi diu positum, quo datur custodiendum aliquid in longum tempus. Hodie igitur primum est genus depositi, quod diu datur custodiendum. Secundum genus est, quod dicitur servandum datum, quod ad breve tempus custodiendum datur. Et hujus differentiæ inter depositum & servandum datum, auctor est Paulus 2. Senten. apud Licinium Rufinum. Est & tertium depositi genus, quod dicitur sequestro depositum. Dico *sequestro* per adverbium, quod quidem a deposito, & servando dato hoc distat, quod deponere, aut servandum dare, tam plures, quam unus possunt. Unus potest deponere, vel servandum dare; sequestro autem deponere non nisi duo, vel plures possunt, *l. sequester, de verb. signif. l. licet, l. pen. h. tit.* nam tunc fit sequestro depositum, quum inter duos, vel plures de re aliqua mobili lis aut controversia est. Eam enim rem, vel, ut in *l.* 4. & 5. *C. eod. tit.* instrumenta ad eam rem pertinentia, vel ultro, vel auctore judice deponunt apud tertiam personam, cujus fidem sequuntur, eligunt, & quasi apud mediam litis manum, ut Fabius loquitur. Item, quæ est alia differentia, cum duo, vel plures deponunt apud alium veluti rem communem, non singuli eam in solidum deponunt, sed pro sua quisque parte, & pro parte dominii, quod in ea re habent, & singulis quoque depositarius tenetur pro parte tantum, nisi aliud actum sit, ut vel unus totam rem tolleret, vel ut uni tota res redderetur, *l.* 1. §. *sed si duo, d. l. licet, hoc tit.* At apud sequestrum unusquisque in solidum rem, de qua agitur, videtur deposuisse, ea scilicet lege & conditione, ut ei, qui vicerit, in solidum reddatur. Et finita lite, id est, re judicata: victori quoque in solidum datur actio depositi in sequestrum, quæ appellatur actio depositi sequestraria, *l. in Asia*, §. *cum sequester, h. tit. l.* 9. §. *Labeo, de dolo.* Et recte igitur Paulus hoc loco ait: proprie in sequestro depositum esse, quod a pluribus in solidum certa conditione custodiendum, reddendumque traditur. Conditio illa, est conditio rei judicatæ. Plautus Aulularia, *Ego servabo*, inquit, *quasi sequestro detis, neutri reddibo, donec hæc res dijudicata fuerit.* At præterea rei depositæ proprietas & possessio, quia depositarius eam tenet nomine deponentis, apud deponentem remanet: rei autem apud sequestrum depositæ possessio plerumque ad sequestrum transit, quoniam id plerumque agitur inter partes, ut interim pendente conditione neuter eam rem possideat, neuter usucapiat, sed ut possessio sit apud sequestrum, denique ambo dimittunt possessionem apud sequestrum. Potest quidem id agi, ut possessio non transeat in sequestrum, ut sequester custos tantum sit, non possessor, quo casu medio tempore usucapio victori processisse intelligitur. At plerumque utraque pars apud sequestrum possessionem dimittit, *d. l. licet, h. tit. l. interesse, de acq. pos.* ait autem hoc loco Paulus, *proprie in sequestro est depositum.* Proprie, nam improprie etiam sequester dicitur, qui a Græcis dicitur *ἀντιθηκοφύλαξ*, *qui garde les gages*, id est, custos pignoris positi, quasi apud arbitrum, ab iis, qui aliqua de re inter se sponsione contendunt, ut apud Macrob. 3. cum Cleopatra Antonium sponsione provocaret, se insumere posse in unam cœnam sestertium centies, & contra vicissim contenderet sponsione Antonius, id eam præstare non posse, tunc electo ejus rei veluti arbitro, ut ait digno sculna Numantio Planco, sculnam dicit veteri vocabulo quasi *sequlnam*, pro *sequestro*. Sic vero Lactantius, sive Luctatius in 7. Thebaidos, *sequestrum esse eum, qui certantibus medius intervenit, apud quem cujuscumque certaminis futuri pignora deponuntur.* Verum improprie, ut dixi, quia quod unus pro sua parte pignus deponit, id etiam alter non deponit, sed aliud & seorsum quisque quasi suum, non fit unius ejusdemque rei depositio, sed duarum: denique apud illum duo vel plures eandem rem singuli in solidum non deponunt, sed duas. Ideoque in illum victori non est actio depositi sequestraria, sed quasi de novo negotio actio præscriptis verbis, *l.* 18. §. *ult. de præscript. verb.* Proprie autem, ut ait, sequester est, apud quem duo pluresve eandem rem, de qua inter se litigant, vel controversantur, singuli in solidum deponunt ea lege, ut ei reddatur, qui vicerit, qui causam obtinuerit. Et hoc fortasse Paulus scripsit, cum tractaret de cautionibus judiciariis, veluti judicatum solvi, vel rem pupilli salvam fore, vel eam rem recte præstari. Quæ cautiones si non præstantur, & possessoris, id est, ejus, qui rem possidet, qua de agitur, suspecta persona sit, ex qua cautio desideratur, arbitrio judicis res mobilis, de qua agitur, apud officialem judicis sequestro deponitur apud acta, donec cautio præstetur, vel lis finem accipiat, *l.* 7. §. *ult. qui satisd. cog. l.* 11. §. *pen. ad exhib.* Sequestro deponuntur res mobiles tantum, vel se moventes, non res immobiles, non fundi, non agri, non vineæ, sed fructus agri quidem, ex causa sequestro deponuntur; fructus agri, de quo agitur, si forte periculum sit, ne forte possessor agri eos fructus devastet & depopuletur. Hoc casu solent fructus apud sequestrum, vel sequestros deponi, *l. Imperatores*, §. *ult. de appellat. l. postquam*, §. *sed nec si ipsi*, *ut leg. nom. cav.* Et ex simili causa, quæcumque res mobiles etiam sequestro deponi possunt, vel auctore judice, & consentiente utraque parte, *l. ab executione*, *C. quorum appellat. non recip. l. ult. C. de ord. cogn. l. ult. C. quib. ad libert. proclam. non lic.* Solent & res dotales constante matrimonio ob dissolutos mores mariti, ne ab eo dissipentur, sequestro deponi postulante muliere, *l. si cum dote*, §. *si vero dotem, sol. matrim.* Imo vero & in interdicto, quo agitur de liberis exhibendis, qui ab aliquo detinentur, si is controversiam faciat actori, & litis longior mora futura videatur, apud notæ auctoritatis matronam sequestro deponitur puella, de qua exhibenda agitur, vel etiam puer prætextatus, *l.* 3. §. *ult. de lib. exhib.* vel etiam puella, de cujus nuptiis inter aliquos disceptatur (Græci *ἐπίδικον* appellant) *cap. cum locum*, *ext. de spons.* Hoc fit quotidie. Sola pecunia numerata certa, quæ petitur actione si certum petatur, vetatur sequestro deponi, *l. unica*, *C. de prohib. seq. pec. l.* 1. *Cod. Theod. si certum petatur de chirographis.* Et ratio evidentissima hæc est: quia qui certam pecuniam petit, non petit certa corpora nummorum, sed certam quantitatem, puta 100. Quantitatis autem nullum subest corpus, quod corrumpi, aut interverti possit. Periculum rei corrumpendæ, aut perdundæ exigit, ut sequester eligatur: nullum periculum subest, quum de quantitate certa agitur. Genus perire non potest; quantitas autem debetur in genere, ergo quantitas perire non potest, nihil est igitur periculi. At res corporales, sive sint mobiles, & inanimæ, sive animales, quæ in litem deducuntur, corrumpi interim, & vitiari, dum lis pendet, & interverti possunt. Et ideo ex causa consultius est, eas res interim apud sequestrum deponere.

Ad L. VII. De rescind. vendit. *Si convenit, ut res, quæ venit, si intra certum tempus displicuisset, redderetur, ex empto actio est, ut Sabinus putat: aut proxima empti in factum datur.*

IN hac l. probatur hæc pactio sive lex emptionis venditionisque, *ut si res vendita & tradita intra certum tempus emptori displiceat, venditori reddatur & inempta fiat.* Idemque est si non sit adjectum certum tempus, quo tamen casu, nisi aliud suadeat justissima causa, emptor non potest resilire ab emptione venditione eo prætextu, quod sibi res displiceat, nisi intra 60. dies, nisi nominatim convenerit: nam & hæc conventio valet, ut emptor in perpetuum, quandocumque ei res displiceret, eandem rem redhibere posset. Et apud Plautum in Mercatore dixit, *se redhibere si non placeat*, & in *l. quod si nolit*, §. *si quid ita, de ædilit. edict.* Et ideo si res emptori displiceat, ait Paulus hoc loco ex Sabino, emptori adversus venditorem competere actionem ex empto, ut eam rem recipiat, & pretium reddat actione ex empto redhibitoria, *l. pen. C. de ædilit. action.*

Verum

Verum addit Paulus quodammodo corrigens Sabinum: *Aut proxima empti, in factum datur*: ex empto, inquit, actio ut Sabinus putat, id est, actio præscriptis verbis, quæ proxima, vicina, finitima, similis est actioni ex empto. Omnis actio præscriptis verbis est similis alicui actioni ex iis, quæ civile & proprium nomen habent, *l. naturalis sup. de præscrip. verb.* Ex hac causa si agatur in factum sive præscriptis verbis, quæ appellatio non est proprium nomen actionis, atque adeo actio omnis præscriptis verbis nomine vacat proprio: similis tamen erit actioni ex empto, quæ proprium nomen habet. Tutius autem est ex ea causa agere præscriptis verbis, sive in factum, quod est narrato facto, & narrata pactione, nec expresso ullius actionis proprio nomine. Tutius, inquam, est ita agere in factum, id est, *διηγηματικῶς*, narrative, ut Theop. interpretatur, quia agitur in hoc, ut finiatur & resolvatur emptio. Et dubitari potest, an in id recte agatur directa ex empto actione, *l. ex empto, §. is qui vina, de act. emp. l. si fundus, de leg. commiss.* Igitur dubitationis tollendæ causa, scrupuli eximendi causa, melius est agere præsc. verbis, sive in factum civili actione, omissa actione ex empto directa. Addamus etiam breviter quod subjicit Paulus in *l. 15. de tut. & curat. dat.*

Ad Legem XV. de Tutor. & curat. dat. *In omnem rem curator dandus est in ejus tutoris locum, qui Reipub. causa absuit.*

IN omnem rem, inquit, curator dandus est in ejus tutoris locum, qui reipub. causa abest. In omnem rem, id est, in omnem utilitatem pupilli, non in lites tantum: In negotia omnia pupilli, in universum patrimonium pupilli. Et curator, inquit, ut in *§. item si Reipub. Institut. de excus. tut.* Curator, non tutor, si strictam juris rationem sequimur, quia tutorem habenti tutor dari non potest; & tutorem habet, qui habet absentem Reip. causa: nec enim desinit esse tutor, sed excusatur tantum ad tempus ab administratione, *l. seq. hoc tit.* Sed placet etiam stricta juris ratione insuperhabita, & in locum tutoris absentis reip. causa tutorem dari posse: neque enim illa regula est perpetua, sed perdit in plerisque causis suum officium, & vitiatur. Idque demonstrat *l. 3. §. si absuturus, de suspect. tut. l. si tutor. reip. de tut. & rat. distrah. l. quæsitum, de tutel. l. 1. C. in quibus caus. tut. hab. tut. det.* Loquor de absente reip. causa, nam in locum tutoris absentis alia ex causa, forte suæ rei causa, neque tutor, neque curator datur. Et ita est accipienda, quæ videtur huic obstare, *l. 11. hoc tit. curator*, inquit, *pupillo, vel pupillæ non datur, si tutor eorum absuerit, videl. non Reipub. causa.* Forte hoc scripsit Paulus ad tractatum de stipulatione judicio sisti, quæ si reus, qui promisit judicio [illegible] abesse cœperit reip. causa, neque in eum committi[illegible] in fidejussorem ejus, *l. 6. sup. si quis caut.* ut [illegible] ostenderet idem esse in stipulatione rem pupilli [illegible] fore, quæ a tutore interponitur, nec committi [illegible] si aliquo tempore absuerit reip. causa; nec tutelam eo tempore [illegible]gerit, sed de eo, quod gestum fuerit eo tempore, pup[illegible] est actio, cui tutor vel curator dat[illegible] in locum [illegible] tutoris absentis reip. causa.

Ad Leg. LXVIII. de Verb. oblig. *Si pœnam stipulatus fuero, si mihi [illegible]: certa est & utilis stipulatio. [illegible] fuero, pecuniam te mihi crediturum [illegible] stipulatio: quia id venit [illegible]*

M[illegible] an incerta, qua[illegible] actio. Ex [illegible] stipulatu, [illegible] incerta [illegible] nostro, [illegible] & securior [illegible] tam [illegible] vel ob[illegible] stipulatione certa, [illegible] parum ut [illegible] rationem venit, vel quia difficile est actori probare, quanti sua intersit, *§. ult. Instit. eod.* Utriusque stipulationis certæ & incertæ exempla ponuntur in hac lege. Si certam pecuniam, puta 100. stipulatus fuero, si pecuniam, quam spem faciebas te mihi crediturum, mihi non credidisses in negotia mea, certa est stipulatio pœnalis in centum, & valet, quia neque turpe, neque incivile est, oblata officia pœnæ vinculo constringere: at si hoc tantum stipulatus fuero, te mihi pecuniam crediturum, incerta stipulatio est, quia si pecuniam mihi non credideris, mihi non competit ex illa stipulatione petitio ulla pecuniæ, aut pœnæ certæ, quam intendam mihi dari oportere, sed petitio ejus, quod mea interest, creditam mihi pecuniam non esse: cujus probatio & æstimatio difficilis & incerta est, quia in facto consistit, sive pendet ex facto, sive ex qualitate negotii, quo de agitur, quæ plerumque in obscuro est, *l. ult. de præt. stipul. l. quatenus, de reg. jur.* Stipulatio illa (*te pecuniam crediturum*) est in faciendo concepta, & in omnibus in faciendo conceptis stipulationibus venit id quod interest, *l. 72. infr. hoc tit.* ubi, inquit, si quid fieri stipulamur, si non fuerit factum, pecuniam dari oportere, id est, æstimationem ejus, quod interest actoris; denique litem pecunia æstimari oportere, ut quum quis a patre stipulatus est filiam in matrimonium sibi datum iri, ea uxore non data, ex Servio Sulpitio Jurisconsulto Gellius refert lib. 4. c. 4. litem pecunia æstimari, & quanti interest eam uxorem dari, patrem stipulatori damnari, quia scilicet ea stipulatio in faciendo consistit. Et hæc est sententia hujus legis, quam existimo Paulum adjunxisse iis, quæ hoc libro scripserat de stipulatione judicio sisti. Quæ certa est, si certa pœna adjecta sit, ni judicio statum esset, ut apud Livium 3. *Sisti reum, & triginta millia æris, nisi sistatur, populo dari.* Incerta autem est, si nulla pœna adjecta, ita simpliciter concipiatur (*judicio sisti se, vel alium, pro quo quis intervenit*) incerta, inquam, est stipulatio, quia in eam venit, quanti stipulatoris interest reum sisti, *l. ult. si quis in jus voc. non ierit, l. pen. si quis caut. l. 81. hoc tit.* Et quod refert ex prætoris edicto Ulpianus in *l. 2. §. ult. qui satisd. cog.* in fidejussorem, qui non expressa certa quantitate aliquem judicio sisti promisit, quanti ea res erit, actionem dari, recte interpretatur, referri ea verba ad veritatem, id est, ad id, quod revera actoris interest, id est, quod actori ob eam rem abest, vel non abest, ad quantitatem æstimatam jurejurando actori præstito in litem; referri, inquam, ad quantitatem veram, non ad quantamcumque quantitatem ex actoris libidine & affectu, alioqui pœnalis esset actio, *l. 1. §. ult. si quis jus dic. & l. pen. §. 1. D. ne quis eum, qui in jus voc. est vi exim.* Eam igitur actionem, quæ datur in fidejussorem, judicio sistendi causa datum, quanti ea res est, rem persequi, non pœnam. Quod & similiter dicitur de actione in factum, qua tenetur magist. municipalis, qui postulanti non curavit caveri damni infecti, *l. 4. §. in eum, de dam. infec.* Observamus igitur ex hac *l. 68.* stipulationem, *tot pœnæ nomine dari*, esse certam, quod & de qualibet stipulatione certæ rei vel summæ dici potest, quæ modo sit in dando concepta, *l. ubi autem, §. ult. hoc tit.* Idemque dici potest de stipulatione, *te mihi 100. crediturum esse*, vel 100. *te mihi mutuaturum*, vel 100. *te mihi daturum*, quoniam id agitur, ut 100. dentur: nec enim est credita sive mutuata pecunia, nisi quæ datur, id est, quæ fit accipientis. Et inde etiam mutui nomen, ut Paulus noster paulo subtilius, *ποιχώτερον*, interpretatur. Stipulatione autem non expressa certa quantitate, ita simpliciter concepta, (*spondes te mihi pecuniam [illegible], vel mutuaturum, vel daturum mutui nomine*: nam non est, cur Glossa inter hæc differentiam statuat; spondes te mihi pecuniam crediturum, vel daturum, vel mutuaturum ad expedienda negotia mea, vel ad illam rem mihi emendam, stipulati[illegible], inquam, illam, quia in ea non est expressa certa pecuniæ quantitas, esse incertam; & quia ita in faciendo, non in dando consistit, quum id, quod dandum est, certo non demonstr[illegible]. Si igitur in negotio illo meo, [illegible] juveris tua pecunia, tanti mihi competit actio incerti, quanti mea ob eam rem interest, quod non feceris, quod te [illegible]turum pro-

promiseras & receperas. Ad hæc notandum, quod Accursius in hac l. obiter significat, eum, qui pecuniam credidit, nulla solutioni die prædicta, statim pecuniam repetere posse, non esse verum, quia alioqui nullus fuerit pecuniæ creditæ usus, nulla utilitas, si statim pecuniam creditam reposcere liceret. Commodatum statim repeti non potest, *l. in commodato, §. si quid, commod.* mutuum quasi commodatum est. Illud mutuum est ad usum, hoc vero commodatum ad abusum, *l. item legato, §. 1. de leg. 3.* Ergo intervallo aliquo justo & moderato opus est, quo, qui accepit, utatur vel abutatur, & abusus deinde conquirat quod reponat. Et ita Bartolus recte hoc loco. Potest etiam ad cautionem judicio sisti referri *l. 5. de verb. significat.*

Ad Legem V. de Verb. signif. *Rei appellatio latior est, quam pecuniæ; quoniam etiam ea, quæ extra computationem patrimonii nostri sunt, continet: cum pecuniæ significatio ad ea referatur, quæ in patrimonio sunt.*

Ad §. Opere locato, *conducto: his verbis Labeo significari ait, id opus, quod Græci ἀποτέλεσμα vocant, non ἔργον, id est, ex opere facto corpus aliquod perfectum.*

POtest etiam ad cautionem judicio sisti referri hæc lex, quia certum est, ex edicto Prætoris, eam cautionem, sive stipulationem, si non sit expressa certa pœna, vel actionem, quæ ex ea competit, concludi quanti ea res est, vel quanti eam rem esse paret, *l. 2. §. ult. l. 3. qui satisd. cog. l. pen. si quis caut.* Plus dixit Prætor rem dicendo, quam si pecuniam dixisset, quia ut ostendit hoc loco, latius patet rei, quam pecuniæ significatio. Pecuniæ significatio refertur tantum ad ea, quæ sunt in bonis nostris, in patrimonio nostro, ut in *l. 12. tab.* Paterfam. uti legassit super pecunia, tutelave suæ rei, ita jus esto: & in alia lege, ut qui prodigus existeret, ei prætor causa cognita bonis ejus interdiceret, inque ipsius pecunia agnatorum gentiliumque potestas esset. Rei autem significatio refertur non tantum ad ea, quæ sunt in bonis nostris, in dominio nostro, sed & ad ea, quæ sunt tantum ex bonis nostris, veluti ad rem locatam nobis, vel pigneratam, vel a nobis bona fide possessam justa ex causa, vel ad eam, cujus ususfructus ad nos pertinet. Et ita explicandus est hic locus, Glossa circumscripta ex *l. 2. §. in hac actione, vi bon. rapt.* Hæc sunt extra computationem nostri patrimonii: nec enim res locata, aut pignerata nobis, aut fructuaria, aut bona fide possessa, dominii nostri est: Et hæc tamen si petituri sumus, hæc si in litem deducamus, recte agimus eorum nomine ex stipulatu judicio sisti, quanti ea res erit: nam & rei appellatione illa continentur, quæ tamen non continerentur pecuniæ appellatione: proinde augendæ orationis gratia in *l.* Falcidia scriptum est, *quas pecunias, quasque res*, itemque in definitione bonorum possessionis, *l. 3. de bon. possess.* persequendi patrimonii sive rei. Sequitur in hac lege §. 1. *opere locato vel conducto*; videtur hic locus accommodari posse edicto, *quod quisque juris*, de quo Paulus tractavit libro sequenti, & Ulpian. quoque, & Caius prioribus libris ad edictum de eo tractarunt. Ac forte, ut in Cod. Theodos. & in Cod. Justinian. evenit sæpe, ut inscriptioni legis respondeat prima pars tantum legis, non extrema, & e converso, ut inscriptioni extrema, non prima: ita sæpe deprehendimus in his libris ad edictum, primam partem legum respondere numero inscriptioni præfixo, extremam vero partem non esse ex eodem libro, sed ex sequenti, vel ex alio. Ita vero commodissime hic locus de opere locato conducto referri potest ad edictum, *quod quisque juris statuerit*, in quo, ut ait *l. 1. §. ult. eod. t.* verbum *statuerit*, significat rem perfectam & consummatam, injuriam, inquit, non cœptam, quod idem dici potest fere de omnibus verbis juris, ut cum dicitur, libertum Latinum jus Quiritium consequi, si Romæ domum ædificarit, apud Ulp. *lib. reg. tit. 3.* eod. verbo significamus consummatum ædificium, quod jam in usu esse possit, *l. ædificia, inf. hoc. tit.* Et similiter, ut ostendit hoc loco, cum locatur conducitur domus construenda, vel quod aliud quodcumque opus faciendum, his verbis significatur consummatio operis, *ἐντέλεια*, sive ut ait *ἀποτέλεσμα*, id est, ex opere facto corpus aliquod perfectum, non *τὸ τυχὸν ἔργον*, veluti impositio unius, vel alterius cæmenti, opus inchoatum, imperfectum, informe. Et eleganter illa lex, *si is, qui quadringenta, §. ult. ad leg. Falcid.* non videri eum opus fecisse, qui ei propriam formam, quæ ex consummatione contingit, non dederit. Et huic loco convenienter, *l. ea lege, §. ult. loc.* opere locato conducto, universitatem consummationis ad conductorem pertinere, ubi Basilica habent, *τὸ ἀποτέλεσμα τοῦ ἔργου πρὸς τὸν μισθωτὴν φέρεσθαι.*

Ad Legem VII. de Verb. signif. *Sponsio appellatur, non solum quæ per sponsus interrogationem fit, sed omnis stipulatio, permissioque.*

PUto etiam ad cautiones judiciarias pertinere hanc legem, quæ est ex eod. libro. Sponsio, inquit, appellatur non solum, quæ per sponsus interrogationem fit: sed omnis stipulatio, promissioque. Inter stipulationes judiciarias una erat, quæ specialiter sponsio dicebatur, qua reus actorem provocabat, lacessebat, stipulando certam pecuniam, quam amitteret, nisi probaret intentionem suam, ut Asconius declarat 3. in Verrem, & vicissim actor reum provocabat, æque restipulando ab eo certam pecuniam, ni vinceret, & plerumque stipulabantur tertiam, ut in oratione pro Roscio Comœdo, aut frequentissime decimam partem litis æstimatæ, ut in *§. hæc autem, Institut. de pœna temere litig. l. 2. §. antiqua, C. de jurejur. propter calum. dando, & Novella* 112. Ad hanc cautionem, quæ sponsio dicitur, & mutua sponsio est, Paulus notavit, etiam generaliter sponsionem dici, omnem aliam quamcumque stipulationem & promissionem, nedum illam, qua adversarius adversarium provocat initio litis calumniæ plectendæ causa, quæ, ut ait, per sponsus interrogationem fit, nimirum hoc verbo, *Spondes, spondeo*. Unde ex sponsu dicitur actio: ergo & quæ fit hoc verbo, *promittis*, vel *fide promittis, fidejubes*, vel *dabis*, aut *facies*, vel *dari, fieri, sisti*, sponsio dici potest, quæ per *sponsus* interrogationem fit: Sic enim recte Florentini scriptum habent, & per sponsus, id est, per interrogationem ejus, qui vicissim roget, & rogetur pecuniam certam, ut in stipulationibus, aut in sponsalibus futurarum nuptiarum, quoniam utrinque fit stipulatio, sive restipulatio potius. Et hoc significari sponsus nomine demonstrat Varro 5. & *6. de ling. lat.* his verbis: sponsus contra sponsum rogatus.

Ad Legem CVI. de Reg. jur. *Libertas inæstimabilis res est.*

HÆc lex potest etiam bellissime referri ad stipulationes illas judiciales, si servum, de quo noxalis actio erat, judicio sisti promisero, & sine facto meo manumissus fuerit, non teneor ex stipulatu, ne in æstimationem quidem, quia liberi hominis, id est, manumissi nulla æstimatio fieri potest: libertas res est inæstimabilis, libertas res est sine pretio pretiosa, res quæ pecunia lui aut reparari non potest, *l. 9. §. pen. de statuliberis*: sed noxa manumissum sequitur, *l. pen. si ex noxali causa ag.* Jam si quis procurator alieno nomine libero homini faciat controversiam status, in stipulatione rem ratam haberi liber homo comprehendere debet certam summam, quam procurator amittat, si dominus rem ratam non habuerit: certam, inquam, summam, alioqui non adjecta certa summa liber homo nihil ex stipulatu consequeretur, quia libertatis, de qua periclitatus est, infinita æstimatio est. Quæ est sententia *legis procurator, §. ult. rem rat. hab.* qua ratione, ut opinor, etiam qui ex testamento libertatem accipit, nec præterea legatum aut hereditatem cepit, nullo fideicommisso onerari potest, quia libertas quam accepit nullam æstimationem recipit, *l. planè si filium, §. ult. de leg. 1.*

JACO-

JACOBI CUJACII J.C.

In Lib. III. PAULI AD EDICTUM, RECITATIONES SOLEMNES.

Ad L. IX. de Jurisdict. *Si familia alicujus absens corruperit, non familiae hic edictur, ut in furto, aut ut religuae actiones, si tantum dominus, cum familiae corruptae, sumitur non praesiderit, quantum liber praestare, forsan[e] quia hic C[ujacius] magistras praetoris vindicatur, & plura falla sunt; non in furto unum. Observatus hic quoque dominus locorum-dam sit: sed hoc paroli dici, & dicta mutatione verterim, ut ab alio dominum corrumpetur: quia tunc unum consilium fit, non plura falla. Idem Pomponius libro decimo octavo.*

SATIS perspicuum est, hanc legem pertinere ad edictum de alio corrupto, quod etiam Ulpianus propositit *lib. 3. f. 7. hoc tit.* Ille edictio non tantum liber homo continetur, qui corrupit album praetorius sed etiam servos & familia, qui quave id fecit: *Familia*, ait ille, *apte dicemus, si plures sub uno domini potestate sunt*. Verum eo nomine pro servis noxalis actio alio corrupto in dominum non competit, sed fia domino non defendantur, in ipsos fecerit haec actio extra ordinem, infinita & irrogata poena corporali, non pecuniaria in servos non cadit, *l. 7. hoc tit.* Cur vero ex hac causa non est in dominum actio noxalis? Ait quod Ac- C cursius, qui profecto rationem hujus legis non previdit, tenant in *l. 3. 9. penultede fap. vulg.* Jan agitur, ut ille tenet, quia de alio corrupto nequit actio dari, quod eft verum, non actio privata; & in privatis tantum actionibus, quae oriuntur ex privatis delictis, videtur adjici noxalis actio, ut fulcior habeatur, quae cum agitur, vel subeat litis aestimationem pro servo, aut servi, vel eos in noxam dedat? An igitur haec eft ratio, propter quam haec actio non agit contra eum, qui dominum eius, qui corrupit, noxalis actio? Minime, nam alias noxalis edictio de deperdit & effusis, proculdubio eft popularis, fi fervus infidente domino fecerit. Deinde noxalis eft, ergo & popularis actio noxalis eft, nempe privata, *l. 1. 9. 2. 3. 5. proinde ait, de his qui deiecerint vel effud.* Si inquam, ut hoc explicem folertius, & verbolius, fervus ex D cenaculo, in quo dominus habitat, aliquem vel effudit aliquid, quod exadtum nocuerit, vel etiam, fi quid fervus ibi poluerit, un fortuitum habuerit, cuius actio periculosa fit, in dominum eft haec actio, non etiam, fi fervorum a domino fervus habitarit, & ex cenaculo, in quo fervi habitant fervum quidam alia parte urbis alius dejecerit vel effudit aliquid, non ipfe fervus, eo fcilicet nomine non eft in dominum noxalis actio, quia cum fervi habitant, & noxa in eo eft, nullum factum, non potest de eo in dominum noxalis actio effe: fed quia tamen in ea re veritur cuipeni, qui id fecerit: fervos enim ejus dominus fibi caveri, patra ordinem officio judicis coercebit, *l. 1. 5. cum fervi ex dejec. vel effud.* Et haec qui- E dem ita fe habent in actione praetoria, quae ex delictis & effusis. At alia eft actio popularis de fepulchro violato, quae tamen, fi fervus in fepulchro aliena habitaverit, vel aedificaverit habitandi causa, vel in fepulchro, in dominum non eft noxalis, fed in ipsum fervum datur actio, quia ex majore delicto, actio fepulchri violati, *l. 3. 9. penult. fep. vul.* ut fcilicet in eum pus torqueatur ob eam rem: quod Graeci notant in hoc loco, ὅτι κομιζεται ἐκεινο οὐκεν ποιῆ τὸ δουλον, *ut a fervo corrigatur, castigetur, l. 1. 5. cum fervus*] dicunt, inquam, eo nomine actio in fervum, extraordinaria fcil. ut in cor- F *rum fervo nulla de re quod ex quarto, fi quis tabernaculo, l. 44.*

A *de judiciis*. Extraordinaria poteft effe, non tam in fervum, quam in eorum fervile. Quo fenfu etiam actiones quaedam, quae funt ex privatis delictis, & privatae, non populares, dicuntur in fervum dari, id eft, in fervicium pati extra ordinem, veluti de damno in turbo dato, *l. 4. 9. per eos hoc tit.* Et de damno dato ex intentio, rapto, rapinis, iure, aure expugnati, *l. 1. 5. 2. de incend. ruin. & naufr.* Ex his caufis dicuntur dari actiones, extra ordinem fcilicet, in fervum, & in familia. Uno tamen cafu actio fepulchri violati, quae in fervum datur, quae ex noxalibus, tam in ipfum fervum, qui cafus proponitur in *l. 1. 5. pen. de fep. viol.* puta fi in fepulchro fervus neque habitat, neque aedificavit, fed domunculum, ut ait ille locus (quamvis Grammatica exigat, ut potius domuncilum dicamus) fed, inquit, domunculum ibi habeat, neque in ea habitet ne- B mo. Aliud eft habitare, aliud domunculi: *cubiculum eft ubi dormimus, domuncula eft lepos*: videlicet effectus domuncula, adhuc nec fenn offenus. Et fi domunculam, inquit, ibi habeat, fi modo habeat paffe utilitatem. Haec funt verba. Placet valde exemplio illa five *παροιμιωδης*, *modo habere poffe videatur*, quia ipfe tunc nihil propterea fine fervus habere potest, fed habere tamen non nunquam videtur, veluti fumo conservimbus oculis domini, ut *ait lex 4. 9. de manumiss.* cum permittente domino quafi ordinatorem facit, apud Plinium l. epift. Servo ex ea *l. 2. 9. peculiaribus*, actionem fepulchri violati, quae eft popularis, regulariter non effe noxalem, & illo uno cafu effe noxalem. Videndum nobis illud eft, cur actio- C nem popularem illo fenfu fint noxales, in dominum fcilicet, ut de deiectis & effusis, & illo cafu de fepulchro violato: aliis non fint noxales in dominum, fed in corpora ipfa fervorum fervile, vel fi album Praetoris corruperit, non ut de alio corrupto, & renalitiser de fepulchro violato. Cur item ex privatis actionibus, quae ex privatis delictis nafcuntur noxales, quae non potest effe noxales, quaedam non fint noxales, fed ex quae in corpora fervorum exercentur, veluti de furto, de incendio, ruina, naufragio. Ratio videtur haec, ne fervitor abfolvam, gratia de deiectis, quibus actiones proditae funt: pro qualitate admiffi, five noxiae, Praetoriae vifum eft, alias fuerre noxales, alias non fuerre. Illa ratio veritatis quaerenda eft, ne- que enim ulla eft actio noxalis, nifi quam edicto nominatim praetor noxalem fore edixit; non arbitratu, aut interpretatione prudentum actiones fuere noxales, de qua haec res pendet ex edictis. Igitur fi fervus album Praetoris corruperit, nec dominus eum defendat, corpus ferri torqueatur, &c. Ita autem dominus eum defendat, pro eo inferre debet pecuniam edicto comprehenfam, quingentorum aureorum, *l. 7. hoc tit.* At quid fi plures fervi eiufdem domini, quid fi familia album corruperit, & dominus familiam defenderit? Videmus quinque dominos tenetur, an fatis eft, eorum femel inferre quingentos aureos, quamvis fint fi unus tantum fervus deliquiffet, non plures? Quod poffet tenuari hac ratione, quia familia, cum fub unius poteftate fit, unius perfonae vice fungi videtur, quorum eadem vinculo poteftatis vinciente omnes, & faciente unum corpus, & quafi unum hominem ex multis. Quia ratione & pater una cum filiis plurib. qui in eius poteftate funt, unus homo eft cenfetur, una perfona, unum corpus. An vero fi familia album corruperit, & dominus eam defendere paratus fit, an pro fingulis fervis, dominus debeat inferre aureos quingentos, veluti pro tribus tribus & quingentos aureos, quamvis nullis? Et Paulus offendit in hac *l. 9.* quot funt fervi, qui eos defendit, pro numero eorum ex edicto debere poenas depondere, quia fecuritate opus eft in majeftate Praetoris vindicanda, & quia revera plurium plura facta funt. Plures igitur poenae exigunt, plura remedia: nam poena funt remedia delictorum. Nam & ita *l. 8.* familia injuria privato hominis fecerit, quot funt perfonae injuriam facientium, tot injuriae, tot facta funt, & toties inferre dominus debet litis aftimationem, *l. fi plures, de injuriis*, fi eos noxae dedere nolit: nam actio injuriarum noxalis eft. Verum oftdar & tur-

turbet, quod habetur in edicto, *fi familia furtum feciffe dicatur*, fi familia furtum fecerit, fatis effe a domino praeftari poenam femel dupli vel quadrupli, quae praeftanda foret, fi unus tantum furtum fecifiet. Cur non idem fervatur, quum familia corrupit album Praetoris, vel quum privato homini injuriam fecit? Dico, quod & veriffimum eft, illo edicto, *fi familia furtum*, Praetorem fignaliter (& edicto datur fpecialis tenus) damni praeftari effe, ne fervi, quibus hoc ingenium eft, ut furaces fint, unde & fervile probrum pro furto apud Cornel. Tacit. Annal. *Servilia, inquit, probra ne furtiva eft, tamen in furtum fervorum in contrario Cicero dixerat: ne*, inquam, fervi dominos everrant omnibus fortunis fuis, vel unum tantum furtum fecerint, fortunis omnibus, id eft, ne fervos tantum in patrimonio habet, vel pro fingulis eandem litis aftimationem offerre, & damni praeftare fuos, fi illorum furtum fecerit, quamvis una tantum fit res, quae fubripitur, quia plures funt perfonae, quae furtum fecerunt, fed benevole edicti Praetoris habita ratione dominorum, unum factum tantum effe intelligitur, ut unam tantum poenam domini pro fervis eiufmodi. At rurfus turbat, quod eft certum, fi familia damnum injuria dederit alii, fatis effe a domino praeftari, quod praeftandum foret, fi unus tantum damnum dediffet, *l. 1. 9. de fam. fuis. fac. dic. Iulian. l. ult. de noxali. Quod ait Ulpianus, quae ratio eft edicti, fi fam. fura. fac. dicatur*: in actione furti eadem verbatur, & valet in actione damni injuriae dixit ex lege Aquilia, ne dominum, quod ani ne fervi, quibus ea res, damnum dare, quod ani ne fervi, quibus ea res, damnum dare, quod ani ne fervi, quibus hoc loco? *fi familia damnum dederit, fi familia feciffe dicatur*, veluti familia furtum fecerit, vel fi album Praetoris corruperit, non unum factum, fed fi furtum fecerit. Admittit Paulus, quod eft in illo edicto, unum factum effe intelligi, fi unus tantum fecerit: & eft non admittit, fi familia damnum dederit. Sed & hoc cafu vult plura effe facta, ficut plura funt facta, fi familia album corrupit. Vel ut rectius dicam, plura funt facta, fi familia album corrupit. Hoc vero ita explicandum effe cenfeo. Refpicit Paulus hoc loco ad id, quod in re eft, in veritate, quia unum tantum damnum dederit, plura fuerint facta, ut familia eft res, ullumve edictum, quae quodve hoc fpecialiter caveat, licut in furto, ut pro uno fafto habeatur; fi familia furtum fecerit, quia unum tantum damnum dederit, quod edicto cautum eft: fi familia damnum dederit, id non habetur pro uno fafto, quia id nullo edicto cautum eft. Benigne igitur interpretatione recipiendi eft, ut fi unus tantum damnum dederit, dominus fubvenatur, quia ut dixi, eadem ratio intervenit in damno dato, & in furto fafto, & quia, ut *gal. l. ultim. de noxali*, plerumque damnum ob delictum, quod ex lege Aquil. venit, in lex ic verfatur aeque confifit, & non eo dolo, fed ex culpa, quae in damno dato habetur

vinciarum, aut Senescalli, quibus curæ magis sunt arma, quam leges, ex iis pauci jurisperiti reperiuntur. Atque ideo adeffores fibi quærat, quorum in jure dicendo consilio utantur. Juris imperium jurisdictionis penes se habet verat, sed adhibere in consilium debet certum numerum adsessorum. M. Tullius in orat. pro Plancio: *In magistratibus, inquit, fi quæ est arrogantia. Rom. facile patitur, fin minus, non tam eorum & innocentia contempta est. Quamvis enim quisque diserte, quamvis jualiter jurisperitus est*. Significans plane ex magistratibus paucos esse jurisperitos, nisi qui juri dicundo præerant. Quamobrem, qui datur actio in fallum adversus eum, qui per imprudentiam male judicavit, *L. fin. de extraord. cognit.* non ideo tamen eam dari adversus magistratum, qui non debet præstare peritiam juris, si fallaci adversus judicem datum, quæ & in fidem, qui dabantur a Prætore vel Præside, ex quibus nonnisi jurisperitum eligit. Ideoque ut eft in Nov. 82. judices dati, id eft pedanei, præstare debent scientiam, *virum vel virtutem vitæ conmendatum & rectum meditationem* ejus forensis. Igitur judices dati præstare debent scientiam legum, & scientiam illius rituræ forensis. Ab hoc effato tranfacimus ad edictum de edendo.

Ad L. II. de Edendo. *Si legatum petatur, non jubet prætor nec testatorem cogi edere. Idem fortasse dicendum, si hæres solent hæredem exponere testamenti*.

A Dedictum de edendo pertinet ex eod. libro Pauli ex *L. 87. D. de V. S.* ejusdem tituli: ex iis quæ ibi tres explicaturus sum. Porro ex edicto aut ex actu pure proma, qui adversus alium acturus eft, ante omnia ei debet edere gestus actionis, qua experiri instituit, l. 2. *in principio. hac tit. l. edita, C. eod. tit.* Igitur ex actu pure reti ex etiam ei debet instrumenta litis futuræ, quibus in litigando uturus eft, veluti chirographia, vel tabellas, & authoritates prædecessorum, si quibus acceptis desenfi, ut l. 5. *C. eod. tit.* non quidem ipfas authenticas, B sed, originalia edere debet, fed exempla eorum, five *autypha* ut eft *Græcis*, five *tabellionum*, l. 11. *tit. quod eff. l. 2. hac tit.* & confule: ergo exempla non authentica: nam authentica non ederentur fine jussu Principis, quem non peedet ratio *l. 3. h. tit.* quæ eft Paul. Sententiarum lego eft. legatarium, qui vult agere ex teftamento adverfus hæredem, hoc edicto non poffe hæredem compellere, ut edat fibi teftamentum, quo fibi legatum relictum eft, non poffe, inquam, legatarium hæredem cogere, dendere legatario agente adverfus hæredem ex teftamento, hoc edicto hæredem non cogi edere verba teftamenti, quia hæres, inquit, habet folet exemplum teftamenti, de causa maxime, qui defiderat fibi ed quod habet. Qua autem debet, fe claritatem caufa id non defiderant. Quod *eum, inquit, ex negotio, hoc tit.* fi poffulet fibi edi, quod fideicommiffum relictum eft, quia fruftra etiam defideri, vel edi teftamentum, quia exemplum ejus folet hæres apud fe habere. Vix enim unquam ne vix quidem quæ quam aditi hæreditatem, antequam teftamentum aperiat, infpexerit, defcripferit. Et hæc eft fententia legis 2.

Ad L. V. de Edendo. *Spatiumque ad perficiendum eas tribuendum eft*.

Ad L. VII. Eod. *Rebus ſi peregre habitis, quod primum edi- tum eſt, diceſis: vel minus plene edita eſſe. Nec tamen, quas cauſa majore, non vero negligentia perdiderit: non ea fine cauſa omiſit, eas ignoſci debeat, ne integro edi jubebit*.

Ad §. Hæc vox iterum *duas res ſignificat, alterum quæ demonſtrentur tempus ſecundum quod Græci δύνηρος dicunt: alterum qua ad ſuſpenſionis quoque tempora pertinet, quæ Græci dicitur τόπος: quod tria accipere quoque quis prædicet, Num poſſit fieri ut hi editum fibi rationem*

A Lio vero parte edicti Prætor ſuppetias, five *remedium* fert, ſi non calumniæ cauſa poſtulare, rationes edere, quo ad eos perſinent (& quodammodo eorum inſtrumenta ſunt rationes) puta authenticis ipſis rationum, codicis ipſius rationum, five exemplis rerum adjectio die & conſule, ut *l. 4. in princ. hac tit.* Et cur edat, aut edere cogatur argentarius inſtrumenta rationum adjecto die & conſule, nec tamen inſtrumenta litis edat adjecto die & conſule, ſi ſcire aves, adi ſi placet obſervat. to. *cap. 14.* Hoc igitur parte edicti Prætor jubet argentarium edere rationes ita ut rationes cauſa eas conſerunt: unde illi ſe inſtruent, & component, vel ad agendum adverſus argentarium, vel adverſus alios, ſive ipſi argentarii ad- hoc faciunt argentarium, ſive deferunt facere, eoque nomine prætor in argentarium, faceſſerifve ejus poſſi- licetur aliquem in fallum in id, quod intereſt, *l. 4. 6. 9. 5. 16. D. t. to. hac tit.* Argentarii non ſine magno qualis in foro reſpondent, ſcientiæ, cautionis, memoriæ, vigilantiæ, exercebant, occupabant, & omnes actus fui ra- tionibus conficiebant, quas edere compellebantur ii, quo- rum intereret, qui fidem erroris, quafi publicam ege- gerunt, vel fecuti erant. Etinde *L. 10. hac tit.* officium argentariorum, atque etiam miniſterium publicum hæc- tenus cenſim, & hunc principalem eorum operam eſſe, ut actus fui rationem diligenter conficiant, ut fcilicet præſcribant, quas cujus pecunias, quo die, quo conſule exceperint, crediderint, fenore occupaverint, quarum- que pecuniarum acceptum ferrint cum aliis, quas ſol- verint, quas receperint ſe foluturos pro aliis. Quod & Demoſthenes oſtendit aperte in oratione *περὶ τῶν* C *τραπεζῶν*, &c. Illa autem actio in fallum, quæ datur in ar- gentarium, qui derreftant edere rationes, poſtulantibus & iurantibus ipſis, in argentarium mendatur illo in loco, quo officium illud fuum adminiſtraverint, qui ar- gentarium exercuerunt, eo fcilicet loco cognitor codices rationum edere debet, *l. 4. hac tit.* & eo nomine conveniri poſſe, ut eo loco, quo menſum argentarium fecerat, ſe menſu- rum argentarium in foro poſitum habuerint, ac ſi forte ra- tiones in aliam provinciam tranſtulerit, cognitus fuis ſumptibus eas in illum locum referre, quo argentarium fe- cerunt, quo menſim argentarium in foro poſitum habue- runt, *l. hac tit. 5. 1. d. argentarium, infr. de judic.* At ſi quid ac- ceptum argentarius rationibus ſuis, quam quo officium ſuum adminiſtraverint, ubi actus ſui rationes habent, non com- pellitur ad edendum, qui incognito loco cum his agi- tur, nifi forte alibi ſuas rationes fuis ſumptibus, & ſine peti- lo in eum quo agit locum rationes perferre, & actus fui ſumptibus ibi eatum exemplum edi, *l. 3. §. ult. h.t.*

Ad L. V. de Edendo. Cujus verba ſupra poſita ſunt. Quo caſu Paulus ibidem in *l. 5.* omninodo dandum eſſe argentario dilationem ad perferendas rationes aloco, in quo confeciſſet illas, ubi eſſet argen- tarius, ubi exercetur, ubi *κεφαλαιοῦται*, in eum locum, quo agitur, illo, inquam, caſu, quo alibi petitur ra- tiones eſſe, quam ubi confeciſſe. Item, non temere ejuſdem eſt dilationargentario, qui eas tranſtulit in alium locum, fed cauſa cognita, *d. argentarium*, qua plerunque ar- gentarii fruſtrandi & fraudandi cauſa ſimulare ſe alibi co- dices rationum habere, vel etiam dolo malo eos in alium locum tranſferunt, quibus non eſt æquum ullam dilatio- nem dari. Et ſane ſi quid ex edendis rationibus, quæ ſunt in quod intereſt, quia & in hoc maxime deliquerunt, quod ea ra- tionum inſtrumenta tranſtulerint, quam quo loco eas con- ficiſſent. Ita Paulus vetus edicto Prætor declarat, ſe non ſufrum edi iterum rationes menſis argentarii ei, cujus ſemel edite fuerint, niſi ex juſta causa, *l. 6. §. ult. hac tit.*

Ad L. VII. Eod. tit.

Uſta cauſe exempla tradit Paulus in *l. 7.* Si peregre ha- beat exemplum, quod ſibi primum editum eſt, quo nunc habeat non ſuppetat: vel id caſu majore, vel tempeſtate Manilius loquitur ſforte mogiſtra amiſerit, veluti incendio, five ruina, aut naufragio, non culpa ſua, vel etiam ſi prior editio

In Lib. III. Pauli ad Edictum. 38

A infra ait, ex hac clauſula edicti, non datur actio in factum? nempe, quia in his competere ſunt propriæ & ſpeciales actiones: in procuratorem actio mandati in geſtorem, qui procurator & amicus voluntarius dicitur, actio negot. ge- ſtor. in locum actio pro ſocio: in tutorem actio tutelæ: in curatorem utilis actio negot. geſtor. nullis vero earum ali- unam in argentarium congruit aut competit: non mandati, non neg. geſtor. quia non eſt geſtor neg. nodter. fed omnium negotiorum, quæcunque pertinent ad eos, qui illorum ope & miniſterio utuntur, ſive ad eos, qui ſolent illorum ope uti non eſt ſcius ejus, qui cum eo contrazit: non tutelæ, quia non eſt tutor, non utilis nego. geſt. quia non eſt curator. Videbatur autem non impropriæ, neque propre in argen- tarios, quaſi in procuratores dari poſſe actio mandati, quia mandato noſtro argentarii, vel procuratores rationes B habent conficiendas, *l. 4. h. t.* Sed & hæc actio non locum dati huic negotio, quod adminiſtrat argentarius, apta non eſt, nec convenientes, quia non ut procuratoris, ita argen- tarii privata fides eſt, fed publica, *l. 6. hac. l. 8. §. ult. l. 10. eod. l. 2. ult. pof. ad leg. de peculat. cod.* nec argentarius procu- rator eſt ſingulorum: fed publica perſona, ut hodie tabel- lio, qui inſtrumenta ſingulorum accipit & confidit. Quæ ſingulorum procuratorum non eſt, fed publica perſona. Et hæc quidem rationæ dicimus, neque propria, neque apte in argentarium, ut rationes edat, quafi in procuratorem agi poſſe mandati actione. Aptam cauſam negotii geſtorum ac- tur, & propoſito commentorem eſſe oportet, *l. 2. C. de furt. & inspectus. Inepta* aliunde agitur fruſtra, *l. falſi inſtar. de neg. geſtis, l. 2. l. 3. de rebus feſt. eod. C.* nec tantum ineptæ actum fit, ideo conſumitur vel amittitur, quæ negotio proprior C & aptior eſt. Licet enim ad eam rem *Lex condictio de eod. l. ult. D. C. de condict. ex leg.* Ideo, quamvis actio ineptæ erat actio mandati, propriam in eum actionem de edendis, & reddendis rationibus proponi oportere vilum eſt Cæcinæ, ut ſi ſuo nomine agat, quæ de mandato ſuo- bus funt, eodem loco inſtituendæ ſunt, eo fcil. loco reſti- tuendi quoque ratio eſt, quo & adminiſtrata eſt, ſubnoxa enim perfidiæ, *l. 1. §. 1. hac tit.* Ratio mentis agentium, quo loco arrazantes contrazit, & argentarium exercuit, *l. 4. §. ult. h.t.* Ratio utcie, quo loco turela eſt geſta, & ſimiliter quæcunque alia res eſt, *l. 3. §. 1. l. 4. §. 1. l. 5. l. 7. Argentarium 45. de judiciis, l. 1. Cod. de tutor. ag. op.*

PErtinet hæc lex ad edictum Prætoris de edendo, ficut & multæ aliæ, quas fupra expofuimus. Ex eo edicto datur actio in factum adverfus argentarium, vel nummularium, vel menfularium, qui rationes noftras mandatu noftro confecit, fi poftulantibus nobis rationes edi, quæ ad nos pertinent, & hoc ipfum decernente Prætore, eas dolo malo non edat & exhibeat. Et competit hæc actio in id, quod noftra interfuit eas rationes edi eo tempore, quo id decrevit Prætor, & quo nos poftulavimus, etiamfi poftea noftra intereffe defierit, ut inferius explicabitur. Ideoque pœnalis hæc actio effe videtur, quia & ei competit, cujus intereffe defiit, ac propterea nec poft annum datur, neque in heredem ex dolo defuncti argentarii, vel nummularii. Nam ex dolo proprio etiam heres ejus tenetur, qui rationes, quas penes fe habet, edere detrectat. Quæ omnia comprobantur *l. 6. §. ex hoc edicto, & l. 8. & l. 10. §. ult. & l. ult. de edendo*. Itaque, fi quis litem, quam cum alio habuit, amiferit, ob non editas rationes & exhibitas fibi eo tempore, quibus prolatis caufam fuam tueri & tenere potuiffet, rem amiffam & fumptus in eam rem factos ab argentariis hac actione in factum confequetur, videlicet, fi nunc is, qui litem amifit, vel argentario nunc edente rationes, vel alio modo eas rationes nactus, vel aliis inftrumentis, [illegible] teftibus, quos litis tempore non habuerit in manu, [illegible] vincere potuiffe, fi rationes habuiffet, fe tunc juftam [illegible] habuiffe litigandi. Id exigo, ut nunc, quum [illegible] adverfus argentarium [illegible] quod fua interfuit, probare poffit, fe potuiffe vincere. Nam fi nunc id probare non poteft, nec in factum agere poteft adverfus argentarium, quia non apparet quantum interfit, vel fi [illegible] id probare potuit aliis probationibus, nec probarit, & ob id litem amiferit, de fe queri debet, non de argentario, vel etiam fi tunc id probarit, nec judex ullam probationem [illegible] habuerit, de judice queri debet, non de argentario, quia damnum quod patitur, eft a judice, non ab argentario, [illegible] §. *ult. de edendo*. Ubi etiam oftenditur, quod omnino pertinet ad hanc legem 40. eandem rationem obfervari, chirographo mihi fubrepto, nec intereft quo chirographo, chirographo obligationis, aut folutionis: nam & apocha dicitur chirographum folutionis, *l. creditor, de act. emp.* dicitur [illegible] chirographum prædii, pro inftrumento emptionis prædii, pro tabulis auctoritatis, *l. pen. de leg. 3.* Eandem igitur rationem fervari quocumque chirographo mihi fubrepto, verbi gratia, chirographo creditæ pecuniæ, quo pecuniæ mihi debitæ probatio continetur. [illegible] ita demum mihi competit condictio furtiva, [illegible] ut dupletur quantitas chirographi, fi ante [illegible] mihi chirographum effet interceptum, probare [illegible] deberi pecuniam, aut me pecuniam foluiffe, & ob id [illegible] & ob id lite cecidi: nunc vero id poffum probare [illegible] probationibus, vel teftibus, & fignatoribus chirographi [illegible] aliqua ex caufa uti non potui, quia [illegible] intereffuiffe non fubripi chirographum: nunc vero defiiffe intereffe novis probationibus emergentibus, & nihilominus ratione damni præteriti mihi competit actio furti, & condictio furtiva. Eodemque modo chirographo mihi corrupto & deleto, ita ut legi non poffit, ita demum mihi competit actio legis Aquiliæ de damno dato, fi ante deleto chirographo, cum agerem de credita pecunia, probare non potui, quanta mihi pecunia deberetur, & ob id victus litem amifi: nunc vero id probare poffim, *dict. l. 10. §. ult. l. quidam procurator, de furt. l. 41. §. 1. & l. 42. hoc tit.* quia quo tempore fubreptum aut deletum chirographum fuit, potuit teftibus, vel menfæ fcriptura, ut ait *l. qui tabulas, de furtis*, vel aliis probationibus docere, quantum fibi deberetur, ejus nihil interfuiffe videtur, chirographum non fubripi, aut non corrumpi, quia nihil damni fecit, qui perdidit chirographum, fi ei fuppetant aliæ probationes idoneæ, *d. l. qui tab. §. inde poteft, & §. feq. de furt.* Qui vero id tunc probare non potuit, & ob id litem amifit, ejus maxime interfuit non fubripi, aut corrumpi chirographum, ac proinde ei competit actio furti, vel actio legis Aquiliæ, quamvis poftea ejus intereffe defierit, repertis novis probationibus, quæ illo tempore abditæ erant & occultæ. Et ita fi pecunia mihi pure debita fuerit, quæ chirographo continebatur. Quid fi mihi debita fuerit fub conditione, & pendente conditione fubreptum fit mihi, vel deletum chirographum? & tunc probare teftibus poffim, quantum mihi debeatur, qui poffint mori pendente conditione, quid fiet? aut qua ratione mihi confulam, ut mihi fit falva probatio debiti, vel ut mihi fit falvum id, quod mea intereft? An ftatim agere poffum ex lege Aquilia adverfus furem chirographi, eumque, qui chirographum corrupit, aut interlevit? Quod non videtur, quia antequam conditio exftiterit, mea nihil intereft, quia nihil mihi debetur, nihil interim quafi debitum petere poffum. Imo nec debitum iri certum eft. Poteft enim deficere conditio obligationis. Imo & interim aliquatenus intereft, quia fieri poteft, ut exiftentis conditionis tempore idem per eofdem teftes probare non poffim, vel per alios, ut puta, fi pendente conditione teftes vita decefferint, & eatenus intereft mea, nec conditionale chirographum mihi corrumpi. Diuturnior eft fides chirographi, quam teftium. Et ideo hoc etiam cafu, antequam conditio exftiterit, adverfus eum, qui chirographum delevit, poffum agere ex lege Aquilia: fummatim, ut ait, re expofita judici, & periculo fcilicet amittendæ probationis, fi & teftes ipfi interim perierint, ut ob hujus cafus, & periculi fufpicionem commotus judex interim teftes interroget, qui adhuc vivunt: & reum etiam condemnet in futuri damni æftimationem, ut Græci ajunt ὡς τὴν μέλλουσαν συμβήσεσθαι ζημίαν, condemnet, inquam, non tamen exigat judicatum antequam damnum contigerit .i. antequam exftiterit conditio æris alieni teftib. jam ante defunctis: nam fi conditio defecerit, vel fi exiftentis conditionis tempore fuperftites non fuerint, quibus æs alienum fatis abundeque probare poffit, nulla condemnationis, five judicati executio eft, nulla pœna ejus, qui delevit chirographum, qui damnum fecit, quia & id judicatum factum eft præmaturius, non tam rei judicandæ gratia, quam probationis confervandæ & conftituendæ gratia. Hæc eft fpecies fane elegantiffima hujus legis, quæ proponitur etiam in *l. quidam 32. de furt.* Quod ad hanc legem Græci tractant, de argumentis, quæ τεκμήρια vocant, quafi in hac lege, quod ait, *judicem ad fufpicionem adducere*, vel fi fummatim re expofita ad fufpicionem judicem adducam, quafi, inquam, judicem ad fufpicionem adducere, fit argumentis rem probare, & indiciis indubitatis: id longe alienum ab hac lege eft. Neque enim fufpiciones, & argumenta idem funt. Livius 38. *fufpicionibus magis, quam argumentis reum pecuniæ capite damnari.* Et Ulpianus in *l. abfentem, de pœnis* non debere reum damnari ex fufpicionibus: qui tamen damnari poteft ex argumentis, *l. ult. Cod. de* [illegible] *§. ult. de teftib. l. 5. §. a Barbaris, de re milit.* [illegible] *de quæftionibus*. Verum hoc loco, judicem ad fufpicionem adducere fummatim re expofita, puta chirographum fibi effe deletum, fupereffe adhuc teftes, quibus probari poffit, quantum fibi debeatur, fed eos teftes

ftes mori poffe antequam exiftat conditio, antequam petitio pecuniæ competat. Id, inquam, eft movere judici fufpicionem mortalitatis teftium, fufpicionem ejus, quod humanitus teftibus evenire poteft pendente conditione, fufpicionem damni, quod fi teftes interim moriantur, actor facturus eft per inopiam probationis, ut proinde judex non expectato conditionis eventu teftes interroget, & fummatim de re cognofcat ac judicet, & fi res ferat, etiam ex delicto condemnet reum, nondum tamen ab eo exigat judicatum, ficut fit in *l. 3. §. duæ autem, de Carbon. edict.* Ubi oftenditur, cum mortuo parente filio impuberi, vel nepoti, vel pronepoti fit controverfia ftatus & bonorum, plerumque differri cognitionem in tempus pubertatis, data puero interim Carboniana bonorum poffeffione, ut habeat unde fe tueatur & alat. Interdum tamen cognitionem repræfentari ftatim, fi forte teftes, qui veritatem infinuare poffunt, dilata controverfia in tempus pubertatis, interim morituri videantur: facito eos effe jam defeffa ætate, gravi & mala valetudine. Qua ratione receptum eft in civilibus caufis μεταφρὰς, abfente altera parte, teftes produci, & examinari poffe ante litem conteftatam, qui regulariter non interrogantur, nifi poft litem conteftatam, & judicium acceptum, *cap. ult. extra, ut lite non conteftata non procedatur ad teft.* fummatim autem hoc loco eft fummo tenus, non fubtiliter, ut *l. 1. C. ut in poff. leg.* non fubtiliter caufam examinari poffe, id eft, fummatim examinari, *l. 3. §. 1. D. eod. tit.* παχυμερῶς in Nov. 53. Unde & locus communis Græcis interpretibus *περὶ παχυμερῶς καὶ ἀκροδιῶν ζητήσεως, de quæftione fummaria*; translatione fumpta a computatione rationum, quæ fit per fummas fummarum, ut Plautus loquitur in Trucul. act. 1. fc. 1. non per minuta æra, minutas æris. Acc. in *l. 3. §. interdum, ad exhib.* plures alios cafus enumerat, quibus lis agi, res exponi, & caufa cognofci fummatim folet, quod tamen femper fit fedente judice pro tribunali, non de plano. Imo contraria loquuntur interpretes, qui pro eodem dicunt. *fummatim*, & *de plano*. Et nihil eft præterea. Tranfeundum ad librum 4. ex quo quæ fumptæ funt leges, fragmenta funt & reliquiæ.

JACOBI CUJACII J.C.

In Lib. IV. PAULI AD EDICTUM,

RECITATIONES SOLEMNES.

Ad L. I. de in jus voc. *In jus vocare eft juris experiundi caufa vocare.*

Ad L. V. eod. *Quia femper certa eft, etiamfi vulgo conceperit: pater vero is eft, quem nuptiæ demonftrant.*

Ad L. VII. eod. *Patris adoptivi parentes impune vocabit. Quoniam hi ejus parentes non funt, cum his tantum cognatus fiat, quibus & agnatus.*

LIBRO IV. ad edictum propofuit Paulus pœnalia quædam judicia, quæ ex edicto Prætoris in eos dantur, qui aliter quam oporteat, vel quo in loco, quibufque cafibus non licet, adverfarium fuum vocaverint, & adduxerint in jus. Ex iis judiciis alia funt communia, ut actio injuriarum: alia propria, quæ fpecie fua continentur, ut pœnales quædam in factum actiones. Actio injuriarum datur in eum, qui de domo, quæ cuique eft perfugium ita fanctum, ut inde neminem in jus abripi fas fit, eam tamen ingreffus invito domino, eum inde in jus abripuit, ut ex hoc libro proponitur in *l. 23. de injuriis*. Eadem actio injuriarum datur in eum, qui non anteftatum, qui inteftatum in jus vocaverit, & duxerit, fi credimus Porphyr. & Acroni in illum locum Horatii fat. 9. lib. 1. *licet anteftari? Ego vero oppono auriculam, rapit in jus, &c.* Eadem quoque actio datur in eum, qui vocatum in jus, & pro rei qualitate offerentem idoneum fidejuff. judicio fifti in diem locumque certum,

nihilominus manu injecta eum in jus ducit, quia fane, ut ait *l. 5. §. ult. qui fatifd. cog.* non levis, non minima injuria eft, duci & abripi in jus, qui fatis idoneum fidejuff. offert & dat. Quod & hoc libro videtur fcripfiffe Paulus, cum ex eo fit *l. 4. eod. tit.* quæ de fidejuff. loquitur, judicio fiftendi caufa dato, quem liberari docet, fi reus intra diem, quo fidejuff. judicio fiftere, & exhibere debuit, vita decefferit fine culpa fidejuff. Quo cafu, ut ait, nec Prætor jubere debebit eum exhiberi, jam homine defuncto, qui jam eum præftare, & exhibere non poteft, nec quanti ea res eft, eo nomine actori præftare, vel fi hoc jufferit Prætor, forte per ignorantiam, aut forte fi poft juffum Prætoris, quo juffit fifti reum, ante diem quo fifti debuit reus vita decefferit, fidejuffor ex ftipulatu non tenetur, quia in eo non fuit mora, nec ulla culpa fidejuff. in ea re verfatur. At fi poft diem exhibitionis, id eft, poft diem, quo fidejuffor eum exhibere debuit, is vita decefferit intra fex menfes, quod Juftin. addidit noviffime in *l. 26. C. de fidejuff.* quæ femel nata eft in fidejufforem ex ftipulatu actio, non exftinguitur mortuo reo, morte rei, quia contingit poft moram fidejuff. Idemque erit, fi reus civitatem Rom. amiferit: nam peregrinitate veluti deportatione in infulam, rei quidem obligatio tota folvitur, *l. fi debitori, de fidejuff.* fed non etiam fidejuff. obligatio, cujus dies jam cefferat, antequam reus ad peregrinitatem redigeretur. Quæ eft fententia *dict. l. 4.* Actio autem in factum, pœnalis in 50. millia feftertium, id eft, in 50. folidos, datur in eum, qui parentem, aut patronum non impetrata venia in jus vocavit & duxit, *l. 12. l. pen. & ult. de in jus voc.* quam partem edicti etiam hoc libro 4. Paulus attigit. Et eadem quoque actio pœnalis in 50. folidos datur in eum, qui patrono, vel parente in jus vocato, uti oportet, impetrata edicti venia, & ne ducatur offerente fidejuff. judicio fifti, cum fidejufforem accipere recufat, quafi non idoneum, non locupletem, & nihilominus in jus ducit parentem, vel patronum, *l. 2. in jus voc. ut eant.* Quod & hoc lib. attigit Paulus addita hac ratione in *l. 3. eod. tit.* quia qualifcunque fidejuffor, id eft, etiam non locuples, a parente, vel patrono, & aliis quibufdam neceffariis perfonis oblatus, pro affiduo accipi debet & locuplete, nec honefte ab eo defideratur locuples fidejuff. filius vel nepos, vel libertus qualicunque fidejuffore contentus effe debet. Eft & alia actio in factum pœnalis, quanti ea res, qua de agitur, ab actore æftimata fuerit, etiamfi vera actoris æftimatio non fuerit. Et ideo pœnalis eft actio, quæ datur in eum, qui in jus vocatum, & fequentem, vel tractum, vi eximit actori, aut dolo facit, quo magis vi eximatur. De qua actione etiam hoc lib. Paulus agit *l. 2. & 4. ne quis eum, qui in jus, &c.* At fciendum eft, priufquam hæc omnia traderet Paulus de pœnalibus judiciis, quæ ex iis caufis defcendunt, propofuiffe eum quod eft in *l. 1. de in jus voc.* in jus vocare, effe juris experiundi caufa vocare. Quibus verbis non definivit quid effet in jus vocare, aut fane perperam definit, nempe vocare, per idem verbum vocare, & in jus per caufam litigandi, vel quod idem eft experiundi juris, cum tamen certo certius fit, his verbis non caufam vocandi fignificari proprie, fed locum ad quem vocatur adverfarius, in quo eft fella curulis, in quo eft tribunal prætoris vel præfidis, non pedanei judicis, nam qui ad pedaneum judicem, qui plano pede de caufa cognofcit, vocat adverfarium, in jus eum non vocat, ut aperte oftendit *l. 3. §. pen. ne quis eum qui*: pedaneus judex, nec jurifdictionem, neque tribunal habet, nec poteft igitur, nifi inepte locus, in quo de caufa fibi delegata cognofcit, jus appellari. Denique in hoc fermone in jus vocare, juris nomine locus fignificatur, ut illo, *in jure confiteri, in jure interrogari* proprie dicitur, non caufa, vel lis, non item perfona jus dicentis. Quamobrem integrior fermo hic eft, *ad prætorem in jus vocare, ad prætorem in jus ducere, ut lege 2. tit. feq. Ex quacunque caufa ad prætorem,* inquit, *vel alios, qui jurifdictioni præfunt, in jus vocatus venire debet.* Et l. Servilia ex 12. tab. *ad judicem in eum annum, qui ex hac lege factus erit, in jus ducito.* Et apud Varron. *Quæftorem ad prætorem in jus vocari poffe, Ædilem Curulem ad Prætorem a privato in jus effe ductum.* Unde recte efficies Inftitut. §. *ult. de pœna tem. litig.* ubi vulgo ita fcri-

scriptum est, *in primis adversarius in jus vocandus est*, id est, *ad eum, qui jus dicturus sit*, esse legendum, *in primis adversarius in jus vocandus est ad eum, qui jus dicturus sit*, circumscribendus articulus (id est) Nam juris verbo locus, in quo jus dicitur, non is, qui jus dicit, intelligitur, vel causa, vel lis significatur, sed locus, in quo jus dicitur iis, qui agunt, *l. pen. de just. & jure*, *l. 4. de in jus voc.* Sed quia variæ & multiplices sunt causæ vocandi in jus, veluti perhibendi testimonii gratia, vel judicandi, vel tutelæ suscipiendæ, alteriusve publici muneris, *l. 2. §. legatis, de judic.* vel litigandi, sive juris experiundi causa, ideo Paulus in hac *l. 1. de in jus voc.* his verbis usus est, *in jus vocare, est juris experiundi causa vocare*. Sed sub hoc tit. de ea tantum vocatione in jus loquitur & agit, quæ fit ultro citroque, juris sui experiundi, disceptandi, obtinendi causa, non de ea, quæ fit ex aliis causis. Nam jus experiri commune est verbum actoris & rei. Ceterum ex aliis causis in jus vocamur a viatore jussu magistratus juris experiundi causa, & ab adversario ipso, qui litem facit, & provocat ad judicem etiam sine jussu magistratus. Atque hic erat mos Pop. R. Ab eodem quoque adversario, si eum statim non sequamur, quum dixit, *in jus veni, sequere ad tribunal*, ut & in laudatione Trajani, neque offeramus satisdationem judicio sisti in diem, locumque certum, testatione hujusce rei præmissa etiam inviti ducimur, trahimur in jus, vel adstricta cervice, vel pugnis in ventrem ingestis. Idcirco invitum parentem, vel patronum eo modo, vel more in jus ducere incivile, imo nefas erat, quia inest in eo injuria & irreverentia manifesta, nisi scil. id prætor postulanti veniam edicti ex causa nominatim permiserit. Venia, quæ hac in re postulatur a prætore, ab edicto, venia est, quia edictum est prohibitorium, *l. 4. h. tit. ne quis vocet eum in jus, qui*. Ut igitur vocare liceat, edicti venia opus est, *l. ult. hoc tit.* si sine venia, inquit, edicti impetrata libertus patronum in jus vocaverit. Macrobius 7. lib. *ab auctoritate*, inquit, *vestra, tanquam ab edicto prætoris impetrata venia, &c.* Ad hoc vero edictum inter cetera Paulus adnotavit, quod est in l. 5. hoc tit. *Nec liberos quidem spurios matrem in jus vocare posse sine venia*: matrem dicit, non patrem, *quia*, inquit, *semper certa est mater, etiamsi vulgo conceperit*. Pater vero is est, quem nuptiæ demonstrant. Spurii sunt, aut intelliguntur esse sine patre filii, maxime si ex stupro nati sint, aut puella vulgari, qui dicuntur etiam publici pueri, quia non ut matrem, ita & patrem naturalem certum habent, *l. vulgo, de statu hom. l. 4. unde cognati, l. dives, de capt. & postlim. l. 5. C. de SC. Orfit.* Et eleganter de hujusmodi puero, Calphurnius Flaccus, *in quo puero*, inquit; *nescio quid sit indignius, utrum patris origo, quod est dubia, an matris, quod certa est*. At spuriis etiam adnumerantur, non quibus natura certus est uterque parens, sed quibus neuter est civilis parens, ut qui ex contubernio nascuntur, quæ conjunctio servilis est, *l. 3. C. solut. matrim. l. 6. C. de suis, & leg. lib. l. 8. Cod. Theod. de liber. caus.* quoniam servi, ut Paulus ait 4. Sentent. neque patrem, neque matrem civilem habere dicuntur. Adnumerantur etiam spuriis, qui ex matrimonio illicito & injusto nascuntur, *§. si adversus, Instit. de nuptiis*. Et aperte Apulejus 6. Apol. *legitimæ*, inquit, *nuptiæ non sint: ac per hoc spurius nascetur*. Ex quo intelligitur, neque injustum matrimonium pro concubinatu haberi, quia ex injusto matrimonio spurii nascuntur, ex concubinatu spurii non nascuntur. Est enim concubinatus, ut Julianus noster loquitur, imitatio justi matrimonii, & consequenter, qui ex concubinatu nascuntur, etiam civilem patrem matremque habent. Ex iis etiam intelligimus, matrem esse semper certam, quod Paulus ait esse natura verum, non jure civili; nam ex contubernio, vel ex injusto & illicito matrimonio jure civili, nec mater intelligitur esse certa. Natura autem patrem esse certum non est semper verum. Certe nonnisi ex matrimonio, vel concubinatu, vel contubernio natura certus est pater, non ex conjunctione vulgari; quin & ex legitimis conjunctionibus utique semper certior est mater, quam pater, quia & partus plerumque multi testes sunt, conceptionis nulli: mater scit certo se esse matrem, pater existimat tantum se esse patrem. Qua de causa filium videmus esse chariorem matri, quam patri, ut Menander ait, his verbis:

> Ἐστὶν δὲ μήτηρ φιλότεκνος μᾶλλον.

Et Homerus Odyss. α.

> Μήτηρ μέν τέ μέ φησι τοῦ ἔμμεναι, &c.

Eadem ratione dicemus, chariores nobis esse fratres uterinos, quam matre diversos, quod illi certi sint fratres, hi tantum esse existimentur. Libanius in Epist. ad Ulyssem, *raram esse fratrum gratiam matre diversorum*. Unde & Helena apud Homerum fratres suos ex eo potissimum designat, & ab aliis distinguit, quod sint cognati eadem matre, Iliad. γ.

> Αὐτοκασιγνήτω, τώ μοι μία γείνατο μήτηρ.

Et item Hom. Iliad. 21. Lycaon Priami filius, & Laothoe, ne ab Achille interimeretur & occideretur, quasi Hectoris frater ob interemptum ab Hectore Patroclum Achillis amicum, monet se non esse Hectoris fratrem uterinum.

> Μή με κτεῖν', ἐπεὶ οὐχ ὁμογάστριος Ἕκτορός εἰμι,
> Ὅς τοι ἑταῖρον ἔπεφνεν ἐνηέα τε κρατερόν τε.

Nec igitur esse certum fratrem. Quamobrem & jure Atheniensium, de quo sæpe Demost. cum germana ex patre eodem, matre alia connubium fuit, non cum uterina sorore, quia certior est hæc, quam illa, soror uterina. Ad hæc notavit Paulus in *l. 7. hoc tit.* etiam patrem adoptivum in jus vocari non posse sine permissu prætoris, sed hoc interesse, quod notandum, inter patrem naturalem, & adoptivum, quod nec patris naturalis parentes in jus vocare possum sine venia, & injussu prætoris, quia & hi mei parentes sunt. Patris vero adoptivi parentes in jus vocare possum injussu prætoris, quia parentes mei non sunt. Et in edicto prætor non ut patroni, ita parentis parentes vetat in jus vocare, sed parentes suos tantum, *l. 4. h. tit.* Ideo autem patris adoptivi parentes, parentes mei non sunt, quia qui me adoptavit, non fuit in familia & potestate parentum suorum: alioquin non potuisset me adoptare, quia per adoptionem id agitur, ut quærat sibi filium, quem habeat in potestate. Et qui est in potestate patris sui, non potest filium proprium habere in sua potestate, *l. 21. ad l. Jul. de adult.* Seneca 3. Declam. *ne tricenario quidem filio adoptare licet; neque enim quisquam alium recipere potest in manum suam, qui ipse in aliena manu est*. Quod si adoptator, si pater adoptivus non est in potestate parentum suorum, igitur nec agnatus iis est: is, qui non est suus, nec agnatus est igitur, *l. de bonis 6. §. 1. de Carbon. ed. l. scripto, unde liberi*. Et is, qui adoptatur, iis tantum parentibus cognatus fit, quibus adoptator agnatus est: iis, quibus adoptator cognatus tantum, non agnatus est, qui adoptatur, neque cognatus, neque agnatus est. Adoptio jus agnationis non cognationis adfert, *l. qui adoptivum, de adopt. l. 7. & 10. §. si filius, h. t. l. ult. in fin. de bon. poss. cont. tab.* Et hæc est ratio ejus, quod proposuit Paulus in *d. l. 7.* ubi adoptivum quoque patrem dicit, non matrem, quia regulariter matris nullus filius adoptivus, nulla mater adoptiva, *ἐπὶ μητρὸς οὐδεὶς ἐκποιητός*: mulieres nulla munera civilia aut publica obire debent, apud Isæum. Præterea notavit idem Paulus in *l. 9.* quod est in edicto prætoris de patrono, *ne quis eum in jus vocet sine jussu prætoris*, id accipiendum esse, non de eo tantum, qui ex servitute aliquem sua sponte & gratuito ad libertatem perduxit, sed etiam de eo, qui debitam præstitit libertatem, veluti ex causa fideicommissi: nam etsi possit in jus vocari, qui debet fideicommissariam libertatem ad prætorem fideicommissarium, ut eam præstet, *l. vix, de judic. l. de libertate, de fideicommiss. libert.* tamen post manumissionem impune in jus vocari non potest, *d. l. 9. & l. 24. de excus. tut.* nam & huic patrono debetur reverentia, qui non gratuitam, sed debitam præstitit libertatem, tametsi nullum videatur beneficium contulisse, qui servum fecit liberum ex necessitate, non ex arbitrio, *l. si servo fideicommissar. de hered. instit. l. proxime, de ritu nupt.* nam non est beneficium quod quis dedit, cum ei non liceret non dare, *l. unum ex fam. §. 1. de leg. 2.* Et nihilominus huic quoque manumissori, qui ex necessitate manumisit, præstanda est eadem reverentia, ne temere in jus vocetur.

Ad

Ad L. XI. eod. *Quamvis non adjiciat prætor, causa cognita se pœnale judicium daturum: tamen Labeo ait, moderandam jurisdictionem, veluti si pœniteat libertum, & actionem remittat, vel si patronus vocatus non venerit, aut si non invitus vocatus sit, licet edicti verba non patiantur.*

SEquitur ex eodem Pauli libro *l. 11.* prætorem in edicto quidem destricte polliceri, se daturum pœnalem actionem, & indistincte in eum, qui parentem, aut patronum in jus vocaverit injussu suo, nec addere, causa cognita, puta se eam actionem daturum causa cognita, sed moderandam tamen esse jurisdictionem, id est, interpretatione moderandum esse edictum prætoris, ut *l. 2. C. de pignor. act.* & si creditor, cui specialiter quædam, imo generaliter universa bona pignerata sunt, edicto prætoris æquale jus habeat in omnibus, & ut ipso jure possit ex rebus sibi generaliter & specialiter pigneratis, quas velit eligere & persequi actione hypothecaria indistincte, jurisdictionem ita esse temperandam, ut si possit suum jus ex rebus specialiter pigneratis servare, abstineat a ceteris bonis. Causæ autem nonnullæ sunt, quibus is, qui parentem, vel patronum in jus vocarit injussu prætoris, absolvi debeat edicti pœna pecuniaria, vel pœnali, ut si filium aut libertum pœniteat, si remittat actionem, si desistat ab incœpto, pœnitentia nocens esse desinit; perfectum delictum purgat pœna, imperfectum pœnitentia in *l. qui cum major natu, §. accusasse, de bon. liber. in l. qui falsam, ad l. Cornel. de fals.* Item si libertus patronum volentem in jus vocaverit, vel etiam si invitum vocarit tantum, non etiam duxerit aut rapuerit, æquum est, ei remitti pœnam edicti, quæ est sententia legis 11. hoc tit.

Ad L. CVIII. de Reg. jur. *Fere in omnibus pœnalibus judiciis, & ætati & imprudentiæ succurritur.*

POrro huic edicto, atque etiam ceteris, quæ sunt de in jus vocando coaptari debet *lex 108. de reg. jur.* quæ est ex hoc lib. 4. *Fere*, inquit, *in omnibus pœnalibus judiciis, & ætati & imprudentiæ succurritur*: ætati, puta adolescentiæ: imprudentiæ, id est, rusticitati. Pœnale judicium est, si quis album prætoris corruperit: in eo judicio rusticitati succurritur, *l. 7. de jurisd.* pœnale judicium est, si quis in jus vocatus non ierit, in hoc quoque judicio rusticitati succurritur, *l. 2. si quis in jus*, quia minoribus ætate, & rusticis jus civile ignorare permissum est. Pœnale item judicium est, si quis parentem, aut patronum temere in jus vocarit vel duxerit, verum in hoc judicio rusticitati non succurritur. Et ideo addit Paulus *fere*, *l. 2. C. de in jus voc.* quia reverentia, quæ his personis debetur, jure naturali debetur, cujus ne rustici quidem ignari sunt: est enim juris naturalis cognitio diffusa in omnes. Extrema clausula erit de actione pœnali ex edicto, *ne quis eum, qui in jus voc. &c.* de qua Paulus in hoc libro in *l. 2. & 4. h. t.* ubi docet locum habere illius edicti pœnam, si vi exempta sit persona, quæ in jus vocari potuit, aut debuit, non si parens, aut patronus, quia si deliquit is, qui patrem, vel patronum in jus temere vocat vel trahit; non delinquit igitur, qui eum trahenti vi eximit & aufert: vel si uterque deliquit, ut Paulus argumentatur, quod potest tentari, quia uterque contra edictum facit, & qui parentem in jus vocat, & qui vi eximit: par tamen est delictum, & ideo quasi in pari delicto onerari potius petitor debet, qui est filius, vel libertus, quam alter, qui vi exemit, juxta *l. cum par, de regul. jur.* Cessare etiam docet hujus edicti pœnam, si quis vi eximit eum, qui alio, quam quo debuerat, in jus vocabatur, & quidem multo magis, quia non potuit ibi in jus conveniri. Fac fuisse forum incompetens, vel locum inhonestum, & non idoneum, quo salvo more majorum, salva majestate prætor jus dicere non posset, justa est & impunita exemptionis causa.

Ad L. IV. Ne quis eum, qui in jus vocatus, &c. *Sed eximendi verbum generale est, ut Pomponius ait. Eripere enim est de manibus auferre per raptum: eximere, quoquo modo auferre: ut puta si quis non rapuerit quem, sed moram fecerit, quo minus in jus veniret, ut actionis dies exiret, vel res tempore amitteretur: videbitur exemisse, quamvis corpus non exemerit. Sed & si eo loci retinuerit, non abduxit: his verbis tenetur.*

Ad §. item si quis *eum, qui per calumniam vocabatur, exemerit, constat eum hoc edicto teneri.*

Ad §. Prætor ait, neve faciat dolo malo, quo magis eximeretur. *Nam potest sine dolo malo id fieri: veluti cum justa causa est exemptionis.*

AC postremo docet Paulus in *l. 4.* prætores in hoc edicto usos fuisse alias *eximendi* verbo, alias *eripiendi*, & latius patet *eximendi* verbum, quam *eripiendi*, quia *eripere*, est de manibus tantum auferre per raptum: *eximere* quoquo modo auferre, ut puta si quis non rapuerit quem, sed moram fecerit eunti in jus, ut interim dies actionis, quæ erat temporalis, exiret, vel ut res, de qua erat controversia, interim deperiret, qui etiam ex hoc edicto tenetur pœnali actione, quamvis reum non tractum aliter vi exemerit, abstulerit, alio abduxerit, sed eo loci detinuerit, ne ultra progrederetur: nec mutari, si per calumniam in jus vocatum exemerit, nam & hunc teneri pœnali judicio, itemque eum, qui dolo malo fecit, quo alius eximeretur.

JACOBI CUJACII J.C.

In Lib. V. PAULI AD EDICTUM, *RECITATIONES SOLEMNES.*

Ad L. IV. de Postul. *Item quibus propter infirmitatem curatorem Prætor dare solet.*

Ad LL. V. VII. IX. XII. & XIV. de his, qui notantur infam.

LIBRO V. scripsit de iis, quibus per edictum postulare non licet: hi sunt infames, quorum integra existimatio non est, qui tamen non prohibentur in totum postulare, ut pueri & surdi, quos edicto prætor excuriavit, sic videtur legendum apud Ulp. *l. 1. §. initium, de postul.* excuriavit, quo etiam verbo usus est Varro, non excusavit, quia nec volentibus pueris aut surdis jus postulandi est pro se, vel pro aliis. At infames pro se, & certis personis postulare possunt, veluti pro parente, patrono, liberis, parentibusve patroni, pro liberis suis, pro fratre, sorore, uxore, socero, genero, nuru, vitrico, noverca, privigno. Hæ sunt certæ personæ, pro quibus infames postulare possunt. Quibus etiam addamus, & eos posse postulare pro pupillo, cujus tutelam administrant: neque enim infames a tutelæ munere repelluntur, & similiter posse postulare pro eo, cujus curatio eis data est, veluti pro adolescente, pro furioso, muto, surdo, prodigo, fatuo: nam his omnibus curatores dari solent, & qui dati sunt iis, postulare pro eis possunt, etiamsi notati sint infamia, *l. 3. de postul.* Quibus adjecit etiam Paulus in *l. 4. eod. tit.* quæ prima se offert ex hoc lib. 5. eos, quibus propter infirmitatem curatorem prætor dare solet, id est, debiles ex morbo, quo levati sunt pronuper, ut in *l. dabimusque in fin. de reb. auct. jud. pos.* debilibus curatorem dari. Infirmitas plerunque morbo diuturnior est. Ad hæc recensuit Paulus hoc ipso libro, quosdam ex iis, quibus ex edicto prætoris inuritur infamia, ac primum quidem iis, qui famoso judicio suo nomine damnati sunt: suo, inquam, nomine, nam alieno nomine damnati famoso judicio, non notantur infamia, ut procurator, defensor, tutor, curator, qui conventus est amici absentis nomine, vel pupilli sui nomine, vel adolescentis, vel heres, qui conventus est nomine defuncti, sive nomine hereditario, non ex sua persona, *l. furti, §. si quis, [illegible], de iis, qui not. infam.* quod & in hoc lib. 5. Paulus comprobavit in *l. 14. eod.* Finge: dominus servi nomine furti, aut vi bonorum raptorum noxale judicium accepit, eoque pendente servum testamento liberum & heredem fecit, & mox vita decessit,

ab

ab eo judicium transferitur in ferum teſtamento ma-
numiſſum, & heredem inſtitutum, qui tamen, ſi eodem
judicio condemnetur, non laborat infamia, quia non ſuo
nomine, ſed defuncti, ſive hereditario nomine condem-
natur, quippe cum ſis in eum conſeſtata non fuerit,
nec in eum conſeſtari potuit, ſed in dominum. Ex qua
ratione Paulus in d. l. 4. non damnari ſuo nomine eum,
qui delictum admiſit, ſi tamen his non conſeſtata fue-
rit, nec damnari poſſe, niſi alieno nomine ex ejus de-
licti cauſa, quod ipſe admiſit, ſi iis in ipſum non fue-
rit conſeſtata, eo tamen tempore, quo in eum actionem
recurrere, ut ſcilicet, in quem iis conſeſtata eſt, ſi alie-
no nomine conſeſtata ſit, pars ſexta nomine, noxali ju-
dicio in dominum, vel quo alio nomine actum abſentis
nomine, ut in procuratorem; ut in eum, inquam, in
quem iis conſeſtata eſt alieno nomine, condemnatio ſit
ſuo nomine: hoc neque damnum, neque ignominiam
eſt: damnatur enim is, in quem iis conſeſtata eſt alie-
no nomine, non ſuo, ſed zeque alieno nomine, & ne-
que tamen ipſe eſt infamis, ſi judicium humanum foret,
quia, ut dixi, non ſuo nomine damnatur, neque is, cu-
jus nomine damnatur, quia in eum iis conſeſtata non
eſt, d. l. 4. quia alienus. Ut ergo damnatus famoſi judicio
fiat infamis, duo requiruntur, ut ipſemet ſuo nomine
damnetur, aque ut in eum iis ſuo nomine conſeſtata
ſit. Et obſerva quod ait d. l. 4. ex eodem judicio dam-
natum hiſce ſervum libertum ſuum, qui ſuo nomine a
domino, qui acceperat judicium noxale furti, ſervi no-
mine, ex eodem judicio noxali, quod inſtitutum fuerat ad-
verſus dominum ſervus conſeſtatus eſt, ſuo nomine,
ſed domini defuncti nomine. Bene, ex eodem judicio, nam
ſi non eodem judicio, ſed diverſo & novo judicio, ii, cui
fortum factum eſt, experiri velit in dominum, ut pe-
reat, l. 15. de noxal. action. §. omnis, Inſtit. eodem. quia nova
cauſa ſequitur, tum plane fuo nomine damnabitur, &
fiet infamis. Ad hec quæri poteſt, an ſervus libertus ſuo
nomine famoſo judicio infamis ſit, ita & infamis ſit, qui
paciſcitur cum actore, & pecunia data de periculo liberat?
Et ſcribendum puto, famoſum judicio alia poteſtate
ex delicto, ut furti, vi bon. raptorum, injuriarum, & dolo
malo, l. 11. l. 8. §. ult. de adde, ſervi corrupti, l. nec
quicquam 56. pro. ſocio. Alii vero proficiſci ex contractu,
vel quaſi ex contractu, ut mandati, depoſiti, venale, pro
ſocio. Et in judicio quidem famoſis, quæ ex delicto profi-
ciuntur, non tantum qui damnatus eſt, ſed & qui turpi-
ter defenſus eſt dato vel recepto præmio, notantur infamia,
l. 1. §. 5. de extraord. Quia ut ait Paulus in l. 5. h. t. qui ex
eod. lib. qui paciſcitur, bonum exiſtimat inſitor: ne dicat
tamen eorum in iure conſtitui negotium: quia & publicum
confeſſione eſt, & pactio fit extra jus, ut ſit: conſequens
eſt, confeſſionem iſtam extra jus factam intelligi: non ergo
qui depoſitus eſt notatur infamia, & ſi non depoſitus
inde ſit turpior, five ſignificatur pœna turpitudo ipſa
enim, qui bonefte paciſcitur, depoſiti dicitur. Dico igitur,
non notari infamia eum, qui depoſitus eſt, quod non pro-
damnato habeatur, quia ea tantum conſeſtata eſt damna-
tione habetur, quæ fit in jure, l. 1. quod ſi in lite, ſi quis
in fraudem patroni. Apud nos ea de re tradit Juſtinian. de
donat. l. 4. §. pen. & l. ult. Manifeſt. l. ult. C. de confeſſis. Nov. 90. ſed cum, qui conventus famoſo judicio ea de
re cum altore depoſitus eſt, dicimus notari infamia fim-
pliciter, quod pro damnato habeatur, quia non intelligi-
tur, non quod pro damnato habeatur, quia non intelligi-
tur in jure eſſe confeſſus. Et male igitur Acc. in l. 5. hac
duo eſſe pariu confeſſo habenti in iure, & famoſo judi-
cio damnato. Ad idem bene, furem, qui rem furtivam reſtituit, quamvis &
id furti intelligatur, non ideo eſſe famoſum, quia pa-
ciſcitur & de pecunia data redimit, turpiter facit: is, qui
pecuniaria actione rem ſubreptam reſtituit, nihil turpiter
facit, imo agit in ea re pequum honeſte & ſanbe, nec
ratione ea turpitua reſtituit, ideo nemini convenit: poteſt tur-
pitudine & damnatione fieri famoſus: fur damnatione
aut depoſitione famoſus fit, non reſtitutione ſola, nili forte
deprimitiali furtis, & conductus rem reſtituere. Reſtitutio

A ſola nullam irrogat pœnam, ſed nec pœna libertat. Equites
mente, de fur. l. pen. vi bonor. l. 43. C. Theod. de haretic.
pœna, inquit, purgatur crimen profectum, non pœnitentia. Senec. de clem. Tractat, inquit, qui voluerunt alie-
quem, licet vulnus ſanaverit, qua ſubripuit aliquid, licet
deprehenſor reddiderit. Et hæc de judiciis famoſis, quæ ex
delicto proficiſcuntur, ex quorum cauſa, ut dixi, non tan-
tum damnatus, ſed & depoſitus notatur infamia. In judi-
ciis autem, quæ ex contractu proficiſcuntur, tametſi dam-
natus notetur infamia, poſti tamen non notantur, l. 7. h. t.
neque eſt in eo ſententia varietas: hic eſt enim, qui
ex his cauſis, quas veniunt ex contractu, cum tum turpi
eſt paciſci, quam ex ſuperioribus. Et ut eſt in Inſt. §. pen. de
pœn. tem. l. 1. quod ſi tutor. intereſt, utrum quis ex delicto,
an ex contractu debitor ſit. Cum hoc enim initius, quam
cum illo agi oportet & bonum eſt. Hæc differentia tu-
tium judiciorum eſt, quod ex delicti intentatur, ut ſervi
furti, vi bonorum raptorum, injuriarum, de dolo malo, &
fraude ſua nomine damnatus pulſatus erit, &c. Sequitur
qui pro ſocio, tutelæ, mandati, depoſiti, ſua nomine, non
contrario judicio damnatus erit, l. 1. Dolo hic, qui non. Non
repetit hoc loco paciſcitur, quia ex his cauſis, qui pulſus
eſt, etiamſi pretium numeraverit, non notatur infamia.
Hinc ſubjecit Paulus, etiam infames eſſe inutiles, quos non
eligunt maritum tempore legitimo, ut l. 2. C. de ſecund.
nupt. non quos non eligunt ſponſos, l. 19. hoc tit. qui eſt
in eodem libro. Paulus ſequitur, inquit, ſuadet Sabinus, ut
ſi ullatur omnino ambiguitas, ea verba à verbis rei pro-
prium ſenſum non ſuperſtruamus: lege interitum, non fu-
gam, ut Varro ait. Interea quoque ait Paulus in quibuſdam
luſtibus eſſe, maritus non ſuget uxorem. Cur ſponſi mu-
lus ſit luctus, non eſt ea ratio, ſpuam adfert Accurſius in
hac quæſtione ſponſi non verearur turbationem fugiti-
vis, quæ nunquam fuit, vereantur. Quam eſt l. 1. h. t. §. 3.
dicat ſolere viros elugeri propter turbationem fugitivis,
ne fur fugiſſet dubius fugivus, & genus incertum poſt mor-
tem viri patroni, ex hiſtoria cum ſit, ſed ſponſi non exterunt
ex menſes, vel annos integer, ut hodie obtinet, Vid. ſis parte
Christin. ut ait l. 13. C. de Epiſ. & Cler. hæc ratio mihi non
probatur, quia non ita notoria eſt, ut ſponſi luctus, quam
quem debet defunctio meritio præſtare, ut vidua perma-
neat annum, ut abſtineat ſecundis nuptiis, ſed etiam, ut
luctus ſit in veſtibus, abſtineat convivis, ornamentis, &
purpura, & alba veſte. Et hic vero honor præcipue debe-
tur marito, non ſponſis. Nec æquum eſt eundem hono-
rem exhiberi ſponſis, quem maritis, neque vivis, neque
mortuis, & maritis etiamſi nunquam fuerit cum marito,
pura ſi, ut Accurſius in hac l. 9. ait, uxorem duxerit per
verba de præſenti, quia nudus conſenſus nuptias facit,
non concubitus, qui modo exprimatur his mutuæ vo-
bis. Accipe non? accipio, aut ſimilibus, id eſt, eandem vim
obtinentibus, ut in rep. 6. & cap. pen. extra de ſponſal. ver-
bis ſolemnibus & legitimis, præcipue illis accipio, quæ
nec defunt, qui velint addi his verbis accipio? accepi te, per
verba de præſenti nominatim. Quia in re tamen cujuſque
civitas conſuetudo obſervanda eſt. Denique nuptiæ non
ſtant quibuſcunque verbis præſentes contrahantur, nec
his ore, vel quibus nec ſponſalia contrahi intelligun-
tur, d. c. pen. & l. 4. de ſponſ. & ſponſa duorum. Qua de re
etiam omnium optime Durandus, Magiſter ſententiarum,
& Thomas in Summa, quorum ſententia & opinio om-
nium conſenſum meretur, & notanda diligenter, qua
dirimit multas controverſias, quæ quotidie occurrunt.
Adjecit etiam Paulus, notari infamia eum, qui viduam du-
xit intra tempus luctus, ſi eam duxerit juſtis cauſis, in
quibus poteſtate eſt: hic eum venia dignus eſt, ex patri
obtemperavit in leviore delicto: ſi autem eſſet delictum,
venia indigus eſſet, qua mortem ſubire potius debet,
quam virum delictum jubente patre committere: at, qui-
leve admiſit jubente patre, in cujus poteſtate eſt, venia
dignus eſt, l. 13. ſubſ. hoc tit. ligitur venia dignus eſt filius-
familias, qui jubente patre viduam duxit intra tempus luctus,
nec incidit in penam, ſi poſtea liberatus a poteſtate,
eam retinuerit, qui ſcilicet in pœnam non incidit ab initio

contrahendi matrimonii, nec ex poſt facto incidit. Et
hæc eſt ſententia legis 12. hoc tit. quæ eſt ex eodem li-
bro Pauli. His adjecit notari quoque patrem, qui patri-
tus filiæ familias ducere viduam intra tempus luctus,
l. 11. §. ult. Et ſimili modo notari eum, qui eodem tempo-
re bina ſponſalia, binaſve nuptias conſtitutas habet, aut
ex ſententia edicti, qui nuptas, & ſponſalia, l. 13. §. item
ſi alteri, hoc tit. qui, inquam, bina ſponſalia, binaſve nu-
ptias eodem tempore conſtitutas habet, ſuo nomine, vel
etiam filii nomine, quem habet in poteſtate, ut ſupra
pertinet l. 13. inf. de ſponſal. quæ eſt ex eod. libro, & ait,
filiumfamiliarem ſponſalia fieri non poſſe. Adjecit no-
tari etiam patrem, qui patitur filiumfamilias bina ſponſa-
lia conſtituta habere: quia ipſe videtur ea conſtituiſſe
filiifamiliarum. Sicut, qui patitur filiumfam. aut ſervum
hominem occidere, ipſe occidiſſe intelligitur, l. 12. in princ.
de noxal. act. Et pati videtur, qui potuit prohibere, & non
non prohibet, qui cum prohibere poteſt filiumfam. ne
viduam ducat intra tempus luctus, vel ne bina ſponſa-
lia conſtituta habeat, cum non prohibet: cum qui
prohibere non poteſt, non prohibet, filiumfam.
nullum crimen patitur admittit. Et ita accipienda l.
109. de reg. jur. quæ eſt ex eod. lib.

Ad L. CIX. de Reg. jur. *Nullum crimen patitur is, qui non prohibet, qui potuit prohibere.*

NUllum crimen patitur, id eſt, nullum crimen intel-
ligitur pati filiumfam. admittere, qui cum prohi-
bere non poteſt, ne viduam ducat intra tempus
luctus, non prohibet, vel ne bina ſponſalia contrahat,
non prohibet. Et ita vulgo legitur in hac *limitatione re-
gni potuit, qui potuit prohibere, non potuit, non prohibet.*
Quam ſcripturam eſſe veram comprobat connexio ſu-
periorum legum, ad quas eumo negabit & illum regu-
lam juris eſſe accommodatam. Et etiam in Florent.
& Baſil. femper legitur affirmative, *nullum crimen pa-
titur, qui prohibet, qui prohibere non poteſt.* Quam ſcri-
pturam deceat Paulus, ſatis eſt ex ſuperioribus legibus, &
feratur ad extraneum, non ad patrem, hoc ſenſu, ut
nullum crimen patiatur aut patri intelligatur extraneus,
qui non prohibet, qui non propulſat injurias, quæ
quis alteri infert. Quod non eſt per omnia verum, l.
Cornelia, 11. leg. Cornel. de ſicariis. aperte definiuntur, hic
qui non prohibet, ſi poteſt, teneri lege Cornelia. Itaque turius eſt,
ſuperiorum legum ex eodem libro, *nullum crimen
patitur, qui non prohibere non poteſt, non prohibet.*

JACOBI CUJACII J. C.
In Lib. VI. PAULI AD EDICTUM,
RECITATIONES SOLEMNES.

Ad L. XVI. Qui fatisd. cogant. *Qui juraro promiſſi ju-
dicio ſiſti, non videtur perjuraſſe, ſi ex conceſſa cauſa
hoc deſerueret.*

Ad L. XVI. de ſponſus. *Ad perſonas egregias, eoſque qui ve-
ſtrorum impedimentum, domum noſtri ſponſas ad jurandum.*

LIBRO VI. ad edictum Paulus ſcripſit de cautio-
ne judicio ſiſti, quam ſatisdationem dicimus.
Nunc aut male fidei poſſeſſor, qui convenit
tur actione noxali, ut *rem furtivam reſtituat, aut
actionem* qui convenitur, inquam, actione noxali, ut ſervum
furtivum reſtituat, aut actionem furti, & exhibeat
ſervum furtivum, quem ſervum furtivum reſtituat,
vel ſolvat aut in ſua poteſtate eſſe deſierit, quam
ſervum furtivum reſtituat, aut actionem furti exhi-
beat, qui manu aſſertus eſſe deſierit, quam ſervum
furtivum reſtituat, aut actionem furti exhibeat, qui
ſervum furtivum reſtituat, aut actionem furti exhi-
beat, qui

si post præstitam cautionem, judicio servum in eadem causa sisti, antequam lite contestata noxale judicium acceperit, noxale judicium ex præcedenti noxa servi, non liberari dominum, si eum alii vendidit, sed teneri actori in æstimationem damni in solidum, quia sua culpa sibi ademit noxæ dedendi servi facultatem, vendendo eum, *l. quemadmodum, de noxal. act.* Item si dominus servum alii ex posteriore noxa noxæ dediderit, hoc facto non liberari servum quo minus noxæ dedatur ob priorem noxam, si pro eo non offeratur æstimatio damni: nec perimi actori prioris noxæ actionem, imo noxalem actionem caput sequi, & agi cum eo posse noxali actione, cui primum servus noxæ deditus est, sicut & cum eo, cui venditus est. Et hanc sententiam esse usu receptam Paulus ait initio leg. secundæ, nec obtinuisse Ofilii Jurisconsulti opinionem, quæ refertur in *l. 1 in fin. eod. tit.* Qui noxæ deditione facta uni, qui occupasset agere noxali actione, noxali judicio, existimabat ceteris perimi noxalem actionem, tametsi eorum causa vetustior esset, & ideo non videri in eadem causa sisti servum, qui post cautionem interpositam noxæ alii deditus est, id est, quasi actione perempta ceterorum, quasi servo liberato a ceteris. Verius enim est propterea actionem ceterorum non esse peremptam, ac proinde servum in eadem causa statum videri, qui sistitur, aut qui statu est post noxæ deditionem alteri factam præmaturius.

AD §. 1. *Si absens.* Ait multum interesse, quum agitur noxali actione, utrum servus, qui noxiam commisit, præsens sit, an absens. Nam si absens sit, & dominus fateatur, eum esse in sua potestate, quamvis hoc verum non sit, cogitur eum judicio sisti promittere ad diem certum, & condicto die judicio sistere & exhibere, aut debet, si nolit cavere, absentem defendere, accepto noxali judicio, ut *l. si servus depositi, §. pen. de noxal. act.* aut si nolit eum defendere, si nolit accipere noxale judicium, cavere debet, se eum servum quum primum poterit exhibiturum. Quod si non caverit, damnatur in litis æstimationem in solidum, perinde atque si præsentem noxæ dedere noluisset, *d. §. pen.* quod & proponitur *in hoc §. primo.* Et hoc, si dominus fateatur se habere servum in potestate: sin autem falso neget, se habere servum in potestate, & mendacii arguatur, actore probante servum esse in ejus potestate; aut, ut Julianus in ordinando edicto adjecit, dolo malo ejus factum esse, quo minus in ejus potestate esset, [illegible] in ejus potestate [illegible] probante; [illegible] in ejus potestate [illegible] servum [illegible] se, tum dominus cogitur [illegible] in solidum, detracta noxæ deditione, & [illegible] æstimationem litis, sive damni, nisi (nam & ita [illegible]) [illegible] & interpretandus) [illegible] affirmaverit servum in sua potestate non esse, neque [illegible] quo minus [illegible], quod plerunque actor [illegible] actionibus; qui Julianus [illegible] minus in ejus esset potestate [illegible] Julianus adjecit edicto [illegible] perpetuum, quod egregium [illegible] & de [illegible] Julian. [illegible] id [illegible] adjecit [illegible] icium suscep[illegible] videlicet [illegible] illud [illegible] detracta noxæ deditione [illegible] judicium civile judi[illegible] illud [illegible] datur in solidum adversus do-

minum, qui falso negat servum esse in sua potestate, quive dolo malo fecit, quo minus esset, prætorium est, non civile, *l. electio, §. item si ex pluribus, l. plurimum, de nox. act. l. 18. de interrog. in jur. fac.* Et ideo, quod notandum, in *l. de illo, de nox. action.* perperam ita scriptum est, *utrum adversus eum tantum, qui dolo fecit, quo minus servum in potestate haberet, actio locum habeat noxalis, si ex dolo ejus acciderit, ut cesset noxalis actio.* Apparet in priore loco esse circumscribendum verbum *noxalis*, & vel nullum aliud reponendum, aut si aliud reponendum sit, certe reponendum est verbum *prætoria*, vel *honoraria*: an actio locum habeat prætoria, vel honoraria, quæ datur in eum, qui dolo fecit, quo minus servum haberet in potestate; in solidum scilicet sine noxæ deditione. Nam aperte illo loco scribit, *cessare noxalem*: nihil est evidentius. Et hæc de servo absente. Sin autem præsens sit servus, de quo noxalis actio est, rursus distinguendum est, aut æque præsens dominus est, aut absens. Si dominus abest, quod proponitur etiam in hoc §. 1. nec quisquam servum defendat, servus ab actore ducendus est jussu prætoris: quo genere ejus servi dominium nanciscitur, non quidem ex jussu prætoris, qui dominium facere non potest, sed ex *l. 12. tabul.* quæ videlicet noxæ deditum, in ductum jussu prætoris actoris fieri jubet. Et consequenter dominii acquisitione perimitur actio noxalis, quam actor habuit, cui servus furtum fecerat, vel damnum dederat: sed causa cognita domino reverso restituitur defensio servi, facultas defendendi servi, ne ei absentia sua noceat, si abfuerit bona fide: & vicissim actori restituitur actio noxalis, quæ extincta fuerat dominii adquisitione, *l. electio, §. ult. & l. in noxalibus 28. de nox. act.* omnis restitutio in integrum debet esse reciproca, *l. quod si minor, §. restitutio, de minor.* Si restituitur emptor, & venditor quoque restitui debet: si restituitur dominus defensioni, & is restitui debet, qui duxit servum actione, vel judicio noxali: Sed si præsens dominus fuerit simul, ac servus, & indefensum servum reliquerit, & duxerit servum actor jussu prætoris, non est postea domino defensio restituenda, nisi ex magna causa, ut si propter inopiam non potuit implere defensionem, non potuit implere satisdationes judiciarias; atque ideo coactus est defensionem omittere, *l. 2. de custod. reor.* Et hæc est sententia hujus l. in quo proposito eod. libro Paulus adscripsit, quod est in *l. 6. de procur.*

Ad L. VI. de Procur. *Et qui in foro, & qui in urbe, & in continentibus ædificiis.*

IN hac l. Paulus ait, præsentem haberi eum, qui est in foro, vel qui est in urbe, id est, quacumque parte urbis, vel qui [illegible], inquit, in continentibus ædificiis, qui non in urbe quidem, sed Romæ esse dicitur, recte, quia Romæ appellatio etiam continentia ædificia complectitur, non etiam urbis appellatio. Idemque de continentibus ædificiis in *l. 5. hoc tit.* scribit Ulpianus, atque etiam idem Ulpianus 7. ad edictum hac ipsa de re tractavit, qua de Paulus 6. Idem, inquam Ulpianus significavit, qui scripsit præsentem haberi eum, qui in hortis est: nam hortos intelligit, qui sunt in continentibus ædificiis, ἰσοναθεῖ τῇ χλιώματι, ut Græci interpretes addunt, id est, intra conseptum Romæ, non extra conseptum, non extra continentia urbis. Et ideo, ut idem Ulpianus ait in *l. 7. hoc tit.* procurator ejus, qui est in hortis urbi proximis, procurator præsentis esse videtur, [illegible] similiter dominus defensor præsenti servo adesse videtur, si servus in hortis fuerit. Multum autem, quod ad procuratorem attinet, [illegible] quis sit procurator præsentis, an absentis. [illegible] procurator præsentis [illegible] judicatum [illegible] defend. [illegible] cavet [illegible] tantum [illegible] etiam rem ratam haberi, [illegible] §. [illegible] autem, id est, in aliis partibus juris, non [illegible] accipitur, ut Accursius recte notavit [illegible] fens [illegible] tit. de [illegible] non [illegible], qui est in urbe, vel in continentibus [illegible] vel in foro, sed qui est in jure, id est, [illegible] prætor, *l. 4. §. prætor, de damn. infect.* vel qui

qui est in campo Martio: ubi comitia habentur: vel quum dicimus, absentem consulem creari, eum intelligimus, qui est in urbe, sed non in campo Martio.

Ad L. XVII. de Auct. & conf. tut. *Si tutor pupillo nolit auctor fieri, non debet eum prætor cogere. Primum, quia iniquum est, etiamsi non expedit pupillo, auctoritatem eum præstare: deinde etsi expedit, tutelæ judicio pupillus hanc jacturam consequitur.*

LOcuti sumus de servo absente, vel præsente, pro quo in dominum noxalis actio competit, & de distinctione domini præsentis, & absentis, videtur non incommode coaptari, quæ est ex eodem libro, *l. 17. de auct. tut.* Ita scilicet, ut pupillus non videatur præsens esse, quum agitur de defendendo servo, de quo noxal. actio est, si tutorem auctorem non habeat, ut *l. 10. quibus ex causis in possess. eatur.* At pro præsente habetur, si tutor præsens fuerit, & auctor pupillo, *l. 9. §. pen. de auct. tut.* tutor, inquit, præsens auctor fieri debet, ut in *l. 16. eod. tit.* præsentem tutorem pro absente haberi, si ignorat quid pupillus agat, quidve cum pupillo agatur. Ad quod Paulus adnotavit in *d. l. 17.* pupillo suscipienti noxale judicium, vel quodcumque aliud gerenti negotium, tutorem, ut præsens auctor fiat, a prætore compelli non posse; quia, inquit, iniquum est, si non expediat, tutorem pupillo auctoritatem præstare: deinde si expediat, nec tamen is fit auctor pupillo, nihil damni pupillus facit, quia pupillus hanc jacturam tutelæ judicio consequitur. Utitur Paulus in *d. l. 17.* ἰσχύει, quia, inquit, iniquum est etiam si non expediat pupillo auctoritatem eum præstare, & ἀντιπαρατάσει, quia etsi expediat, tutelæ judicio pupillus hanc jacturam consequitur, ut in *l. pen. de serv. export.* illo loco, quia nec domino offerre se potest, nec qui in fuga est ibi moratur, est ἰσχύει, & ἀντιπαράστασις. Pertinet etiam ex eod. lib. Pauli ad causam noxalis judicii, *l. 12. de nox. act.*

Ad L. XII. de Nox. act. *Si bona fide possessor eum servum, quem bona fide possidebat, dimiserit, ne agi cum eo noxali causa possit: obligari eum actione, quæ datur adversus eos, qui servum in potestate habeant, aut dolo fecerint, quo minus haberent: quia per hoc adhuc possidere videntur.*

LOquitur ea lex de bonæ fidei possess. servi, qui noxam commisit, & certum est ejus servi nomine, bonæ fidei possessorem teneri noxali judicio: sed si antequam conveniretur, eum servum dolo malo desierit possidere, ne conveniretur ex causa noxali, perinde ait Paulus eum teneri, ac si servum possideat, quia dolus pro possessione est, *l. 131. & 150. de reg. jur.* Tenetur ergo bonæ fidei possessor, sive possideat servum, sive dolo desierit possidere, non tam actione noxali, quam actione prætoria in solidum, quia nec si servum habuerit in potestate, eum noxæ dedendo actoris facere posset, *l. 11. sup. hoc tit. & l. generaliter, inf. hoc tit.* Inanis est noxæ deditio, quæ actorem dominum non facit. Bonæ fidei possessor non potest actorem dominum facere: ergo noxæ dedendo servum, quem bona fide possidet, nihil agit. Denique omnimodo defungi debet æstimatione litis. Nihil est præterea ad hanc legem adnotandum.

Ad L. CX. de Reg. jur. *In eo, quod plus sit, semper inest & minus.*

Ad §. *Nemo alienæ rei expromissor idoneus videtur, nisi si cum satisdatione.*

Ad §. *Pupillus pati posse non intelligitur.*

Ad §. *Ubi verba conjuncta non sunt, sufficit alterutrum esse factum.*

Ad §. *Mulieribus tunc succurrendum est, cum defendantur, non ut facilius calumnientur.*

AD eandem causam noxalium actionum, quod nulli adhuc animadverterunt, regulæ propositæ in *l. 110. de reg. jur.* pertinent, quarum prima hæc est: *In eo quod plus sit, semper inest & minus*: & accommodabitur non incommode, nec improprie ad noxales actiones hoc modo: Si servi, qui noxam commisit, duo sint domini, quorum uno sciente noxam commiserit, altero nesciente, & actor a sciente consecutus fuerit integram litis æstimationem, non potest adversus ignorantem obtinere, ut sibi dedat servum in noxam, quia in litis æstimatione, quam tulit a sciente domino, quæ multo pluris est, inest etiam illius vilissimi servi pretium: contra vero, si cum insciente actum sit prius noxali judicio, & is servum noxæ dederit, id quod amplius est in æstimatione litis & damni, peti a sciente potest. Et ita est proditum in *l. 17. de nox. act.* quia in eo, quod minus est, puta in servulo noxæ dedito, non inest integra litis æstimatio, quæ longe amplior est. In toto inest pars, non in parte totum, *l. 7. de except. rei jud. l. 113. hoc tit.* Arnob. 2. lib. adv. gen. *In toto*, inquit, *pars est, non totum in parte, & universitas debet attrahere portiones, non portionibus universitas applicari.* Hæc vero est propria interpretatio 1. regulæ.

Secunda regula hæc est. *Nemo alienæ rei expromissor idoneus videtur, nisi cum satisdatione*: quæ etiam secundum inscriptionem legis est ex lib. 6. Pauli, & referenda est ad actionem noxalem, & viderur ea usus hoc libro, cum scripsisset de noxal. actionibus. Quod & Julianus scripsit in *l. si plurium, §. 1. de nox. action.* eum, qui alienum servum suum esse in jure confitetur, obligari noxali actione, & nihilominus tamen, qui offert se defensioni alieni servi, & quasi expromissor pro domino judicium suscipit, novandi causa satisdare debet judicatum solvi, ut *l. qui ex parte, de interrog. in jure faciend.* Quia nullus alienæ rei defensor, vel expromissor idoneus sine satisdatione videtur, quæ regula late patet, & accommodatur multis articulis juris in *l. 18. §. ult. de cast. pec. l. qui propria, §. qui aliud, de procur. l. filiusfam. qui satisd. cog. §. si vero in personam, & §. pen. 4. Instit. de satisd. l. 3. §. ult. rer. amot.*

Tertia regula est: *Pupillus pati posse non intelligitur.* Sciendum est dominum, quo patiente, id est, vidente & sciente, nec prohibente, cum posset prohibere, servus deliquit, suo nomine teneri in solidum sine noxæ deditione, *l. 2. 3. & 4. de noxal. act.* Sed hoc ita procedit, nisi dominus fuerit pupillaris ætatis. Pupillus enim neque scire, neque pati intelligitur: scientia aut patientia pupilli non obligat eum tributoriæ actioni, *l. 3. §. ult. de trib. act.* Sed neque eum obligat in solidum ex maleficio servi, quia nec scire, nec pati posse intelligitur, *d. l. 110.*

Quarta regula hæc est: *Ubi verba conjuncta non sunt, sufficit alterutrum factum esse.* Quæ regula proculdubio pertinet ad edictum prætoris, quod proponitur in *l. quotiens, §. prætor, de noxal. act.* ut si dominus neget servum, de quo noxalis actio est, in sua potestate habere, vel juret eum non esse in sua potestate, deferente actore, vel omnimodo judicium accipiat, sine noxæ deditione. Conjuncta non sunt edicti verba, ergo alterutrum a domino fieri sufficit.

Postrema regula hæc est: *Mulieribus tunc succurrendum esse, cum defendantur, non ut facilius calumnientur.* Si mulier dolo malo falso neget, se servum, qui noxam commisit, habere in sua potestate, ne noxale judicium subiret, nec subiret defensionem servi, & mendacii convincatur, certe in solidum tenetur prætoria actione: ex qua si lis cum ea contestata fuerit, postea non potest restitui in integrum, ut pœnitentia acta defensionem servi suscipiat, quam defugerat initio, nisi scilicet beneficio minoris ætatis, *l. electio, §. neque heredi, de nox. act.* Beneficio ætatis parvæ restitui potest in integrum ad defendendum servum beneficio sexus, si major ætate fuerit, restitui non potest, solam ætatem excipit *d. §. neque*, non sexum: quia mulieribus tunc succurrendum est, quum ipsæ defraudentur, quum hoc agitur, scilicet ut defendantur ab aliorum insidiis, & succurritur eis data restitutione in integrum, *l. ult. C. de jur. & fact. ignor. l. 3. C. Theod. de in integr. restit.* non etiam succurritur, ut facilius calumnientur sub specie restitutionis in integrum: calumniantur autem, quæ negant,

si fervum habere in potestate novalis judicii evitandi causa falsumnate eft, inquiunt Cremuntel. malitiosa & mendax calliditas. Et ita funt explicandæ illæ regulæ *l. 110. & propriæ accommodandæ ad casum noxalium actionum.*

Ad L. II. De eo, per quem factum, quo minus, &c. *Si adhuc servus, domino fciente, & cum posset non prohibente, dolo fecerit, non minus in judicio stimatur: Obfuit damnum mihi adquisitum adversus dominum ait: ne ex dolo servi dominus lucretur, fi vero sine voluntate dominæ furtum fecerit, non videtur fecisse: relictum damnum ait, nec furtum servi domino obesse debere, nisi hæreditas, ut ipfo curente quando ipse nihil delinquit.*

A Ddamus ex hoc *lib. 6.* Paulum scripsisse de actione in factum, quæ ex edicto prætoris datur adversus eum, qui dolo fecit, quo minus quis in jus vocaretur, qui juridicebat judicio fibi, id fecisse videri. Et datur hæc actio in factum adhuc, quanti adversus interest, rem fibi. Dari etiam potest ipfi rei fimiliter in id, quod interest, fi jam pœnam fecerimus adhuc perfolvere. *l. 15. §. fi rem dolo, de cujus quem fuisti.* Et hoc ita procedit, fi extrineus dolo malo fecerit, quo minus, qui fatisfederunt judicio fisti, fe offerret: nam fi ipfius adversus, & ubipulatoris dolo malo factum eft, quo minus fe rem offerret, qui promisit judicio fisti fibi pœna certa, res adversus adversum ex hoc edicto non habet actionem. Sed ex ipfa pulatu pœna ab actore conveniatur, poteft fe tueri exceptione doli mali, *d. l. 15. §. fi rem dolo.* Contentus igitur effe debet ex exceptione, quia ei pœna non petitur. Idemque eft, fi fervus adveris, domino fciente, & cum poffet, non prohibente. dolo fecerit, quominus fe reus in judicio ffiteret: cum agenti adversus eum ex ipfa actione pœnali interpolita judicio ffitendi causa oblata exceptio ex re dolo fervi fui locretur, qui fe fciente impedivit reum, ne in judicium veniret & dem-ndum ei fpopondit. hoc proponitur in *l. 2. qua et ex eod. lib. d. de cujus quem fuisti.* Verum, ut in eal. additur, *fi ignoranti actore fervus ejus fecerit, ne quidem reus ex judicio ffitteret, actor eo tenetur non in folidum quanti interefl, fed non amplius tenetur, ne fallum fervi ei noceat ultra, quam aquitas ferat.* Neque enim fallum fervi ei obeffe debet, nifi hæredem, ut ipfo caret, quando dominus nihil delinquit, id eft, ut dominium non noxæ debæ, atque ita evitet litis æftimationem. Et ita in *l. 1. hac tit. ad ex. per quæ fervi.* fervi nomine ex hac causa noxali judicio agi poteft.

Ad L. VI. de Rei vind. *Si in rem obligati aget, debet designare rem, & rursum eandem, an partem, an quotam. Aquitatis enim est non genus, sed species ipsa fisci. Obtinuisse ita defuit, quod ipfe quidem materia pendus: ipsum se vi num rem tum: fatis autem fpectare ideo operæ. Sed & meminisse dicenda erit, cum res mensura continebitur. Et fi vestimenta nolles effe, vel alari operatos nobis petamus, utrum numerum eorum dicere debeamus, an quotam? Et magis eft, ut utrumque. Nam illud inhumanum eft, cogi nos dicere vrtia fua an rursus? Quamvis & in vafis accurate difficilius, utrum fecum dumtaxat dicis aquentur, an etiam quadrupedi vel rotundo, vel pone an calatæ fintque ipfæ in petitionibus quoque adjicere difficilis eft. Nec ita constituenda est ifl, lites in pejorandis bonorum nostrum vices dilabi. Et utrum puer an adolescens fit. Vtique fi plures fint. Sed fi nomen ejus ignoretur, demonstratione ejus utendum erit, ualuti, qui ex illa hereditate eft: qui ex illa familia eft: qui in fundum pertinuerat, nomen ejus, & quo loci fit, potere debebit.*

Vtic vero tractationi adjungenda eft hæc lex. Nam eft iuitio eum, qui agit interea, ut lex dicat, debere rem, quam fuam effe petit designare, idem tamen etiam facere debet, qui verbi gratia furtum in alieno domo quæritans eft, qui rem fuam furto fibi fubreptam in aliena domo quæfitura eft, quia ut ait Paulus *lib. 2. fent. tit. de furt.* quæ una eft fententia ex iis, quæ nobis obitare funt nuper, qui furtum quæfiturus eft, antequam quæras, debet dicere quid quæras, & rem fuo nomine, & fua fpecie defignare. Idem etiam putabat debere, qui agit in

A perfonam, ut hæc lex 6. demonstrat illa loco, *etsi suffimmatur nofter effe*, hæc eft actio in rem, *vel dari oportere vobis petemus*, hæc eft actio in perfonam. Et ita etiam, qui agit furti, quod fibi res fua fubrepta fit, eam rem fua nomine, & fua fpecie deffinare, fic definatur debet, *l. 29. de furt.* Et fimiliter, qui agit actione in factum ex edicto *de eo per quem factum*, le intendit per hanc actionem, rem fibi dari oportere, quam interim, dum reus fe mendacio ad diem, amplit ufucapione, vel quo alio modo, *l. 13. in princ. de eo, per quem factum erit*: ii omnes debent defignare, utrum rem, an partem, an quotam petant, ita docebat Paulus *in hoc l. 6.* & quotam partem petant, pura tertiam, aut quartam, vel dimidiam, quia non fatis eft genus defignare, fed fpeciem etiam, & corpus certum defignari oportet. Et hic appellatione rei non generis fignificatur, fed fpecies. Ac proinde fi pertatur infefta materia, ut dicebamus, non fufficit generaliter petere aurum vel argenti, exprimi debet pondus, fi petatur fignata materia, id eft, fi nummi petantur, exprimi debet numerus, fi petatur fecta pro materia & in ufum, exprimi debet fpecies & materiæ qualitas, veluti lanx aurea, aut pateræ aureæ, aut dicus aureus: fi vero petatur vinum vel oleum, exprimi debet menfura, aut tam vafti agatur, immifque eft formula & actio, qua intenditur inepta & abfcura. Item fi veftimenta petantur, etiam exprimi debet numerus veftimentorum, fpecies & color, non tantum fcrupulofe, nimis tritæ effe vel nimium, ut ne fint fi vafa petantur, fatis eft exprimi materiam, & fpecies, & numerum, nec neceffe eft addi, utrum quadrata, an rotunda, an quæ fint, nec quanta, an pura fint: neque ita adhuc coarctandus eft: non etiam neceffe eft vaforum pondus adjici, *l. 19. de furtis*, nifi forte in actione depofiti, *l. 1. §. fi quis ex negotiatore, depofiti*, quia dominus, qui vafa depoaebat, in deponendo depofito, debuit pondus exprimere, ne quid abraderetur. Ergo in dependendo depofito id debet præftare, quod tunc in vafis erat, cum hic fuit, et remittitur: pura fi fuiet, fe pro certo pondu dicere non poffe: ficut & petenti veftimenta, ex cuib id et remittitur quæ fint, ut vitia fint, aut neque, eadem dicat, fi numerum dicat, fi furet de eo non fatis liquere fibi, *d. l. 19. de furt.* Quod fi fervus petatur, nomen ejus, aut etiam demonstrationem demonstratur ex quo quemque adiicit. *Lucium, de reb. sced.*) nomen igitur, aut certa hominis demonstratio exprimi debet, atque etiam ætas, utique fi plures fint. Et fi quis eum agitur nam fi ei unus tantum fervus fervus, ut Paulus oftendit, fruftra nomen, vel ætas oftendit, ut, examinatur: fatis enim eft fervum peti, quem poffidet. Et Trivia, quæ eum folum poffidet, fatis nominat Sextenti; qui filium Sophronifci dicit, quia unus fuit Sophronifci filius Socrates, quo exemplo utitur Porphyrius. Petito autem fundo exprimi debet nomen ejus, & ut ait in fine legis Paulus, quo loci. Hæc enim fola notæ, fundus petitur, nomen ejus, & quo loci fit, exprimere debebit. Et ita apud Ciceronem pro Murena, *Fundus Capenates, qui est in agro Pal. qui fuit Sullæ*, ubi fundus fit, exprimitur nomen fundi & locus, in quo fundus fitus eft.

JACOBI CUJACII J. C.
In Lib.VII. PAULI AD EDICTUM,
RECITATIONES SOLEMNES.

Ad L. IX. Ad l. Jul. de vi pubi. *Armatos non utique eos intelligere debemus, qui tela habuerunt, sed etiam quod alind, quod nocere potest.*

EX hoc libro habemus tres leges, quas perobfcurum eft, & interrum, cui parti edicti reddi debeant. Et meo quidem judicio hujufce obfcuritatis caufa omnino pendet ex inferiptionum transfiitionibus & vitiis, quas funt innumeræ. In fine legis, quæ adfcripta funt libro fexto, quia funt de cau-

101 In Lib. VII. Pauli ad Edictum. 102

A *ut l. 2. §. ult. & l. 2. §. fi mulier. tunt. nomine*: exclufum videri hereditate eum, qui eam perfequi non poteft, pura, qui vita decidere intra tempora adfcitionis: quos non licere ejus perfequi poteft, quia hereditas non adita in hereditem non tranfmittitur, non tranfefertur. Rem amiffe, inquit, videtur, qui adverfus nullum eius perfequendæ actionem habet: nam retro, qui ejus res perfequendæ actionem habet, eam amiffe non videtur, *l. 15. tit. fr. de rej. non. qui*, inquit, inquit, habet ad rem recuperandam, rem ipfam habere videtur. Et hoc ipfo tit. de *verbor. fig. l. 143.* id apud fe quis habere videtur, de quo habet actionem, habere videtur, non & quod poteft, imo, & proprium inque bonis effe dicitur, quod peti poteft, *l. rem in bonis, de adquir. res. dom. l. 9. §. quod rivus, ad l.* Falc. Et fane hæc ipfa fententia nonnumen exempla in hoc B ftro, ut *l. pen. fi quid in fraud. patroni, l. 35. de ftatu lib. l. fi quis in*, de adquir. poff. In etiam, qui poteft reftitui integrum, non videtur rem amiffe, ut idem Paul. hic *l. 5. de in integ. reftit.* quæ eft *l. 3. lib. 7.*

Ad L. V. de In integ. reftitut. *Nemo videtur re excluse, quem prætor in integrum fe reftituturum pollicetur.*

HÆc lex ait: *Nemo videtur re excluse, quem prætor in integrum reftituturum pollicetur.* Nam fi reftitutio in integrum, etiam, quæ conceditur beneficio ætatis, adito appellatur, *l. etiamsi, §. fi, ult. de minoribus.* Et in definitione reftitutionis in integrum apud Paul. *l. 1. fententiarum: in integrum reftitutio*, inquit, *eft redintegranda res, vel cauſa actio.* Et reftituitio quoque in integrum datur in rem, id eft, adverfus quemcumque rei poffefforem, C *l. in cauſa, §. interdum, de minoribus.* Eaque res quantio quia ad eam reftitui poteft, in bonis ejus effe dicitur, *l. §. §. 3. fuer. de qua re quæritur.* Et ita *l. 3.* leges exterminus ad edicta, de bon. raptis per vim, & de turba, ex quibus proficifcuntur famofæ actiones, ex quibus damnati notantur infamia. Pertinet etiam ad cauſam eorum, qui not. inf. vel ad edictum de iis, qui not. inf. duæ leges libri octavi, *l. 10. & 16. de his, qui not.*

JACOBI CUJACII J.C.
In Lib.VIII. PAULI AD EDICTUM,
RECITATIONES SOLEMNES.

Ad L. XVI. de His, qui not. infamia. *Cum non præguant effet, vel ex nisi concepisset.*

LEX 16. oftendit, ex edicto prætoris notari infamia eum multerem, quæ cum non effet præfens, ut ejus nomine ageret, ex alio mancipatus eft, aut defuncto, de cujus bonis agitur, per calumniam ventris nomine, dum fe afferuerat, ex illo effe pragnantem, pertor pronuntiavit, miffam fuiffe in poffeff. bonor. defuncti: per calumniam, ut dixi: nam poffquam id pronuntiatum eft, cauſa calumniæ eam fuiffe miffam in poffeffionem, & præcoxem deceptæ, a quo per calumniam poftulavit fe in poff. mitti, ex mulier infamia notatur & laborat.

Ad L. X. de His, qui not. inf. *Solet a principe impetrari, ut intra legitimum tempus muliers videre liceat.* Ad §. Quæ virtus elugat, *intra id tempus fponfum fuiffe non potest.*

HÆc lex, quæ eft ex eod. titulo ait, *principem eum, qui liberos infamia fuma, fuma reftituere poffe, l. imperialis. C. de nupt. l. fi quæ C. ad Senatuſc. Tertull. Calfodorus III. Fac.* inquit, *eft principi mendatus notare tribuſ e ejusmodi delicto.* Poffe etiam principem falfa edicti venia mulieri permittere, ut falva exiftimatione nubat intra tempus fuiffus,

id est, intra 10. menses, quod est in *d. l. 10.* Id tamen impetrari non solet, neque debet a principe, si prægnans sit. Cajus apud Dionem 58. *Cum publicæ lætitiæ causa Vidius luctum cohibuisset, & permisisset mulieribus intra legitimum tempus nubere*, addit hanc exceptionem, nisi prægnantes essent. Et apud eundem 48. Itemque apud Cornel. Tacitum 1. Annalium: *Pontifices interrogati, an concepto necdum edito partu, uxor Neronis divortio facto rite nubere Tiberio possit: responderunt, si dubitaretur prægnans esse, non rite.* Additur in *d. l. 10. non posse quidem viduam citra damnum existimationis suæ intra legitimum tempus alii nubere: at sponsalia sibi interim quærere & constituere posse illæsa existimatione*, quod apertissimum. De parentibus, & liberis, & cognatis, & agnatis, an lugeri debeant, ita scriptum habemus ex Ulpian. in *l. parentes, de his qui not. inf. parentes & liberi utriusque sexus, nec non ceteri cognati & agnati secundum pietatis rationem, & animi sui patientiam, prout quisque voluerit*, inquit (ac si non sufficerent, quæ præcedunt) *lugendi sunt, qui autem eos non eluxit, non notatur infamia*. Qui sermo totus magna ex parte sapit Tribonianum. Et sane, quod longe aliter ab Ulpian. scriptum erat, id aliter a Triboniano interpolatum est. Nam Ulpianus scripserat idem, quod Paulus sent. 1. tit. ult. *Parentes anno esse lugendos, filios item majores sex annis, esse lugendos uno anno: filios minores sex annis, esse lugendos mense uno. Cognatos proximioris gradus 8. mensibus esse lugendos.* Maritum vero a muliere 10. mensibus, & eum, qui hos non eluxisset, id est, qui non in luctu fecisset tempus supradictum, quod lege certa finitum erat, proculdubio infamium numero haberi. Verba Pauli hæc sunt a me nuper lecta in vetustissimo, & longe ampliore Cod. sentent. Pauli ad me Vesontione, seu Bisantio perlato: Sententia hæc est. *Parentes*, inquit, *& filii majores sex annis, anno lugeri possunt: minores, mense uno, maritus 10. mensibus, & cognatus proximioris gradus 8. Qui contra fecerit, infamium numero habebitur.* Paulus ait, *lugeri possunt*, pro *debent*, ut lib. 4. sententiarum: *nominatim servi testamento manumitti secundum legem Fusiam possunt.* Porro cum hæc luctus definitio, cum infamiæ pœna in parentibus, liberis & cognatis Triboniano displiceret, vel ætate ejus potius non observaretur, in arbitrio, pietate, & voluntate cujuscunque reposuit modum luctus parentum & liberorum aut cognatorum remissa infamiæ pœna iis, qui tempus luctus non explevissent, quod jure veteri finitum erat. Plane abrogavit, quod de ea re scripserat Jurisconsultus, scribens, eos esse lugendos, secundum pietatis rationem, & animi sui patientiam, prout quisque voluerit, nec notari infamia, si eos non eluxerint. Denique longe aliud scripsit, quam quod scripserat Ulpianus ipse. Et quia ait, *liberi utriusque sexus*, argumentum nobis præbet, existimandi, ut ætatis & sexus quoque liberorum jure veteri differentiam aliquam constitutam fuisse. Et hujus differentiæ, cum non vult ipse rationem haberi, ait, *liberi utriusque sexus*. Cum idem ait, *agnati vel cognati*, hoc præbet argumentum, & inter agnatos & cognatos hac in re olim quandam differentiam fuisse constitutam, nec igitur plenam esse eam Pauli sententiam. In marito nihil mutavit Tribonianus, in marito lugendo non idem arbitrium mulieri dedit, quia tantum abest, ut posteriores leges ejus luctum minuerint, ut etiam eum produxerint ultra menses 10. qui finiti erant jure veteri, nempe in annum 12. mensium sub eadem infamiæ pœna, *l. 2. C. de secundis nuptiis.*

Ad L. II. de Procurat. *Dummodo certus sit, qui datus intelligetur; & is ratum habuerit.*

Ad §. Furiosus *non est habendus absentis loco, quia in eo animus deest, ut ratum habere non possit.*

MOnuimus librum, qui sexto loco positus est, debere poni post quartum in 5. loco, & leges, quæ male adscriptæ sunt libro 6. adscribendas esse 5. quæ omnes recte, anteponuntur iis, quæ sunt in *tit. de procur. & defens. ex eod. lib. 8.* Quia infames olim, neque dare po-

A terant procuratores in litem, quia honor est per procuratorem posse litigare, quo infames indigni sunt: non poterant etiam infames procuratores dari, & inde exceptiones procuratoriæ, quod non liceat adversario dari vel fieri procurator, *l. in exception. §. sed etsi, de probat. §. ult. Instit. de except.* Quintil. Inst. 4. cap. 5. *male petis, procuratori enim tibi esse non licuit, sed neque illi, cujus nomine litigas, habere procuratorem*: & alibi: *non licet tibi agere mecum, cognitor enim fieri non potuisti*: cognitor est procurator præsentis. Paul. 1. sent. tit. 9. *Omnes infames*, inquit, *qui postulare prohibentur, cognitores fieri non possunt, etiam volentibus adversariis.* Sed hodie hæ procuratoriæ exceptiones, quæ dabantur ob infamiam domini, vel procuratoris sublatæ sunt. Et infames quamvis advocati aliis quibuscumque temere adesse non possint, nec volentibus adversariis,
B *l. quos, de postul.* tamen procuratores ad litem dare, darique possunt *d. l. 1. §. ult. de except.* Et dari possunt etiam absentes, *l. 1. §. ult. de procur.* Nam & inter absentes mandatum contrahi potest. Hoc tamen exigitur, ut certus detur, qui absens procurator datur, & ut ratum habeat, ut ait Paulus in *l. 2. hoc tit.* quæ est ex hoc lib. 8. id est, ut mandatum suscipiat. Ideoque furiosus, etiam in omni jure habeatur absentis loco, *l. 2. §. pen. de jur. codic. l. 124. §. 1. de regul. jur.* tamen procurator dari non potest, quia in eo animus vel potius mens deest, ut ratum habere non possit.

Ad L. IV. eod. *Et in perpetuum.*

ADdidit eodem libro Paul. & procuratorem dari posse usque ad diem certum, vel etiam in perpetuum,
C ita ut dum vixerit procurator lites omnes agat & exequatur, quæ ad L. Titium pertinebunt, *l. 4. hoc tit.*

Ad L. XI. eod. *Si tamen dominus cogi possit.*

ET iis præmissis Paulus transit ad edicta Prætoris de procuratoribus, quæ tria sunt. Primo edicto, procuratorem datum ad defendendum, pro quo consentiente dominus cavit judicatum solvi, pollicetur prætor, se coacturum ad judicium accipiendum, ad litem contestandam, *l. 8. §. ult. hoc tit.* consentiente, id est, sciente & non contradicente, ut liquet ex *l. 15. hoc tit.* Nam & in hac causa taciturnitas imitatur consensum. Pro quo, inquit, dominus cavit judic. solvi, quia non ab ipso procuratore, sed a domino litis, qui præsens est stipulatio judicatum solvi interponitur, *l. si ad defendendum, judic. solvi.*
D Rursus ait, se eum coacturum judicium accipere. Quod utique facit Prætor etiam mortuo domino litis ante judicium acceptum, ante litem contestatam, *d. l. 15.* quia interpositio cautionis, quam scilicet dominus interposuit pro defensore consentiente deintegravit rem, perinde ac si eam cautionem procuratori interposuisset, & mandatum non finiri morte domini, nisi res sit integra, quæ non est integra, si jam interposita sit cautio vel stipulatio judicatum solvi. In hoc vero edicto, etiamsi prætor non adjiciat, causa cognita se coacturum judicium accipere, & litem contestari, ut in edicto, *de in jus voc.* dictum est *l. 11.* edictum tamen ex causa, & ratione utilitatis moderandum est: utilitas edictum moderatur. Incidere enim possunt quædam justæ causæ, quibus non sit æquum, defensorem, etiam si pro eo do-
E minus interposuerit cautionem judic. solvi, compelli ad judicium accipiendum, puta si adhuc præsens sit dominus, & cogi possit judicium accipere. Nam si præsens dominus cogi non possit, ut si in magistratu sit, aliud est, quod eodem libro notavit Paulus in l. 11.

Ad L. XIV. eod. *Si post datum procuratorem capitales inimicitiæ intercesserunt: non cogendum accipere judicium, nec stipulationem ob rem non defensam committi: quoniam nova causa sit.*

ITem, si post datum procuratorem ad defendendum, capitales inimicitiæ intercesserint inter eum & dominum, procuratorem non compelli judicium accipere, nec com-

mitti stipulationem judicatum solvi ex clausula de re non defensa. Plerumque ubi procurator non cogitur judicium accipere, nec stipulatio judicatum solvi, quæ pro eo interposita est, committitur ob rem desertam & indefensam a procuratore, *l. non est, §. 1. inf. hoc tit. l. vir bonus, judic. solvi.* Et in hac specie non committitur illa stipulatio, quia, inquit Paul. in *l. 14.* nova causa hæc est, id est, quia intervenientibus capitalibus inimicitiis causa personæ defensoris, quæ fuit stipulationis tempore, immutata est, quia cœpit esse domino litis inimicus capitalis, & causa personæ immutata evanescit stipulatio, *l. si ante, judic. solvi.* Quia igitur nova persona defensoris causa est, nec idem intelligitur homo, qui fuit interpositæ stipulationis tempore, causa ex qualitate defensoris immutatur, eoque rem non defendente, non accipiente judicium, sane in dominum stipulatio non committitur ex clausula de re non defensa, *l. 15. hoc tit.* Tres sunt clausulæ, quæ & casus & causæ dicuntur stipulationis jud. solvi, de judicato faciendo, de re defendenda, & de dolo malo; quod & formula hujus stipulationis demonstrat, quæ ita fere concipitur: *Quod fundum Tusculanum, quem possidet L. Titius, ab eo petiturus sum, cujus rei Cajus Aquilius judex sumptus est*: nam & nomen judicis in stipulatione exprimi debet, *eam rem recte defendi: aut si ea res secundum me, heredemve meum judicata erit, quod a C. Aquilio, cove, qui in ejus locum substituetur, judicatum erit, id recte præstari, dolumque malum abesse, absuturumque esse, & quamdiu res non defendatur, aut si quod judicatum ejus rei erit, non recte præstiter, dolusve malus non aberit, quanti ea res erit recte præstari.* Hæc est formula stipulationis judicatum solvi, quam manifestum est in se continere præcipue tres illas clausulas. Inimicitiæ autem capitales in hac l. 14. sunt, quibus causam dedit capitalis criminis accusatio instituta a domino adversus procuratorem, vel contra a procuratore adversus dominum. Et ita semper capitales inimicitiæ in jure accipiendæ sunt, quas capitalis criminis accusatio fecit, vel creavit, quasque sola mors dirempturа videtur, ut apud Horat.

Ira fuit capitalis, ut ultima divideret mors.

Confirmatur hæc definitio in *l. 6. §. Δίδωσιν, de excus. tut. & l. penult. §. Seja,* conjuncta *l. 3. §. ultim. de adim. leg. & Novell. de testib. §. pen.* Et hæc de edicto primo.

Secundo edicto cavetur, post litem contestatam in procuratorem datum ad defendendum, vel etiam post litem contestatam a procuratore dato ad agendum, non posse procuratorem mutari, quo jure utimur, nec posse judicium ab eo procuratore vivo & in civitate manente, transferri in dominum, nisi causa cognita. Edicti ratio hæc est, quia procurator litis contestatione dominus litis effectus est, id est, res sive lis facta est ejus, eamque jam suo quodammodo nomine exequitur, *l. procurator 11. §. 1. de doli except. l. ab executore, §. ult. de appellat. & relat.* Si sua igitur res est, non deberet eripi ei defensio, sive executio, & suam esse litem post litis contestationem adeo verum est, ut nec morte domini judicium solvatur, nec prohibeatur etiam procurator, qui litem est contestatus, alium facere procuratorem: ante litis contestationem procurator procuratorem facere non potest in rem eandem, post litem contestatam potest, quia dominus litis effectus est litis contestatione, *l. 23. C. de procur.* Addatur etiam hæc ratio, quoniam qui mutat procuratorem sine causa, maxime post litem contestatam, post determinatum judicium, quodammodo pudorem ejus & existimationem suggillat, fidemque coarguit, quod innuit *l. 25. §. 1. hoc tit.* Et hujus edicti sententia proponitur in *l. 17. hoc tit. & l. 23. & 24. C. eod. tit.* Et ait in *l. 17.* vivo vel in civitate manente procuratore, non posse dominum in se litem transferre: nam ut mortuo procuratore, ita & peregrino effecto, quæ mors est civilis, veluti deportato in insulam, sane in dominum judicium transferre necesse est, *l. cum quis, in princ. de solut.* Rursus ait: *Nisi causa prius cognita, non posse mutari procuratorem.*

Ad L. XX. eod. *Vel judicio publico privatove, vel va-*

A *letudine, vel majore re sua distringatur.*

Ad L. XXII. eod. *Aut affinitate aliqua adversario junguntur: vel heres ei existat.*

Ad L. XXIV. eod. *Mutari debebit, vel ipso procuratore postulante.*

CAusæ mutandi procuratoris hæ notantur a Paulo *l. 20. 22. & 24.* Si procurator judicio publico & privato, vel valetudine, vel majore quadam re sua nimis distringatur: vel si post litem contestatam adversario heres extiterit, aut affinitate aliqua ei conjunctus esse cœperit, ex his causis mutari potest procurator post litem contestatam, non tantum domino, sed procuratore ipso postulante; verum tametsi interveniat aliqua justa causa mutandi procuratoris, aliquando non est mutandus, ut si procurator retentione aliqua uti velit, verbi
B gratia, sumptuum nomine, quos in litem fecit, nisi, ut ait Paulus in *l. 26. eod.* dominus paratus sit ei solvere eos sumptus, tunc poterit ex justa causa eum removere, mutare. Hujus ergo edicti sententia hæc est, nonnisi ex justa causa post litem contestatam procuratorem mutari posse: mutari permittit causa cognita, ergo prohibet, ut in *l. 6. §. Prætor, de edendo.* Prohibet Prætor, inquit Paulus, argentario edi, qui tamen causa cognita permiserat ei edi. Denique qui permittit causa cognita, prohibet. Ante litem vero contestatam idem Paulus in *l. 16. eod. lib.* docet liberam esse potestatem domino mutandi procuratoris dati ad defendendum, vel ad agendum.

Ad L. XVI. eod. *Ante litem contestatam libera potestas est, vel mutandi procuratoris, vel ipsi domino judi-*
C *cium accipiendi.*

PAulus docet in hac lege liberam esse potestatem. Utitur autem his verbis: *mutandi procuratoris dati ad defendendum, vel ad agendum, vel ipsi domino judicium accipiendi*, id est, dato procuratore ad defendendum ante litem contestatam liberam esse potestatem domino suscipiendi judicii, & litis contestandæ cum actore. Judicium accipit reus, qui litem contestatur: dictat actor, qui litem contestatur. *Libera*, inquit, *potestas est domino judicium accipere procuratore remoto, sive defensore ante litis contestationem.* Ergo sine causa eum removere potest. Quod est verissimum, *l. 3. C. mandati, capit. 2. ext. de procur. in 6.* Est etiam id ita verissimum, ut non possit defendi glossema; quod proponitur in *l. 64. hoc tit.* ex regulis Modestini, eum, cujus nomine defensor extitit, vel existit,
D eum, qui procuratorem dedit ad defendendum, si ante litis contestationem in præsentia fuerit, & postulet suo nomine litem suscipere, *causa cognita* audiendum esse: facessat illud glossema, *causa cognita*: nam ante litem contestatam libera est potestas domino judicium accipiendi, ut Paulus ait in *l. 16. hoc tit. eod. lib.*

Ad L. XXXII. eod. *Pluribus procuratoribus in solidum simul datis, occupantis melior conditio erit, ut posterior non sit in eo, quod prior petit procurator.*

PAulus scripsit in hac lege, si duo vel plures sint dati procuratores ad agendum in solidum, occupantis, id est, ejus, qui antevertit agere & litem contestari in reum, meliorem esse conditionem, quod ad votum ejus, inquit Accursius, attinet, sic enim legendum in
E glossa Accursii, quæ corrupta est, quia ipse solus, qui occupavit agere, erit dominus litis: nec ceteri se liti immiscere poterunt; erit igitur occupantis melior conditio, ut ceteri, qui præventi sunt in ea re, procuratoris officio non fungantur. Explicato primo & secundo edicto, antequam ad tertium veniam, ad leg. trigesimam secundam addendum est, in ea l. Paulum recte ponere plures procuratores in unam litem simul datos in solidum simul, quia si diversis temporibus dati sint, posteriorem dando dominus, priorem revocasse & prohibuisse videtur, *l. 31. §. ult. hoc tit. & capit. non injuste, extra eod.* nisi scilicet nominatim adjecerit posteriorem dando, se priorem non revocare: eo non adjecto prior rejicitur, nec si occupaverit, est ejus conditio melior. At si duo

ſi duo ſimul dati ſint, vel etiam ſi ſeparatim, modo domini non reverſeſint, ſe utrumque velle ut eam rem procuratorem eſſe in, qui occupat agere, potior eſt in ea lite, imo ſolus litis conteſtatione fit dominus litis, & poſterior ab ea lite repellitur exceptione doli mali, *l. 45. ſ. qui in ius, hoc tit.* Idem Paulus ait, cum, qui occupat agere populari actione, ſi & in ea re privatum ejus commodum vertatur, poſſe in eam rem procuratorem dari, quo euidem dato, alium poſtea agentem ex populo, repelli exceptione, id eſt, exceptione doli mali, ut illo loco Baſilica reſtius interpretantur, quam Accurſius, exceptionem rei iudicatæ. Quamquam & poſt rem iudicatam aliam exceptionem dat exceptione rei iudicatæ, *l. 2. de populari. actio*. Ceterum ante rem iudicatam non repellitur, niſi exceptione doli. Nunc veniamus ad tertium edictum, *quod quisque iuris in alienum arbitrio nomine agit, veri boni arbitrium ſatisfiet, id dominum, ſi non abeſt, ratum habiturum*, ſive in ſtipulatione, ſive in actione, ſive in quacumque alia re, interdum quoque ſine ſtipulatione & actione, ſed ſolo conſenſu, quæ boni viri arbitratu, adverſus eum domini defenſionem ſuſcipit, *l. 23. ſ. de rei vind. l. 3. ſ. hoc tit. aut ſi nolit dominum defendere, nec nomine ejus agere permittatur, l. 43. ſ. pen. hoc tit. l. 3. ſ. 3. vlt. rer. amot. l. 7. de novi operis nuntiat. l. unic. C. de ſatisd.* Et edicto igitur procurator datus ad agendum, debet ſatisdare de rato, ſi dominus non defendere, ſi is, quo cum agit, viciſſim agat: ſi ſint mutuæ petitiones, mutuæ actiones. Defendere autem dominum, eſt id facere, quod dominus eum litem facturet, aut facere compelleretur, hoc eſt ex cauſa omnimodo judicium accipere, ac præterea ſatisdare judicatum ſolvi, *l. 25. ſ. de defendere, & ſ. fin. de adminiſtr. tut. l. 1. ſ. 1. de bon. debet. inquit, dantur conditiis procuratorum ſervi, quam eſt dominis, procuratorum in ſatisdando judicatum ſolvi*. Quid hoc eſt, *procuratorum in ſatisdando judicatum ſolvi?* nempe quia dominus, ſi ſit locuples & conveniatur, non ſatisfiat jud. ſolvi, ſed repromittit tantummodo iuratus, modo nominem, eſt id facere, quod dominus litem facturet, *l. pen. in princ. qui ſatisfd. reg.* Procurator autem ejus (cum de nomine nondum ſit eſt, defenſor ſatisfiat, etiamſi ſocupletiſſimus ſit, cum ſit incertum, id eſt, dantur, dationis ſubſtantia, intelligitur eſſe defenſor idoneus, *l. 13. in fin. hoc tit.* Ad hæc ſciendum eſt, huic edicto eſſe diſſentiam inter procuratorem & defenſorem, quod propter procuratorem eſt actoris: defenſor rei, *l. ſi mortuo, & hoc iure, de exercit. actor.* Item impropriæ tamen ac frequentiſſime cum in hoc titulo, tum in multis aliis locis defenſor rei procurator appellatur: hinc aliud dicitur eſſe procurator actoris, aliud in propria rei. Sciendum etiam differentiam eſſe inter procuratorem præſentis, & procuratorem abſentis. Nam ejus præſentis procuratorem cavet judicatum ſolvi, non ejus procuratorem, *l. ſi ad defend. jud. ſolvi, l. 8. ſ. vlt. hoc tit. l. 15. hoc tit.* Adhuc etiam poſſem, ſi ratum habitorum, quod procurator egerit, nec tunc a procuratore cavetur de rato, *l. 65. hoc tit. l. unic. C. de ſatisd.* Procurator autem abſentis abſentis cavet de rato omnimodo. Procurator rei abſentis cavet iudic. ſolvi, in nullo, in propria procuratore rei, *l. 43. ſ. vlt. inſ. hoc tit. l. 5. ſ. vlt. & l. de nov. operis*, nam, nec cavere debet, nec poſſe, exceptis quibuſdam caſibus, qui poſſent explicabuntur. In ſatisdando autem procuratorum rei abſentis utramque cautionem cavet, de rato ſcilicet & judic. ſolvi, *l. 40. ſ. fin. de V. ſi., hoc tit.* Unde ſi procurator agat nomine abſentis, & vincitur, non poteſt condemnari reſidentem. Defendat uti oportet, quam mutuæ actiones ſint, ut adhuc ante litem conteſtatam ſatisfiare cogitur dominum rem eatum habiturum, quia præſentis, & ſi non defendat, dominus de eadem re experiatur, ne eundem actum rectandum, aut a procuratore ejus actus eſt. Quod ne fiat impune, maxime nec interreſt, ne ſcilicet res impune de eadem re ſæpius conveniatur & vexetur; & ideo cavere ei procuratur, qui prius agit, debet de rato ſub pœna certa, quatenus actor eſt. Idem vero procuratori, quatenus eſt defenſor, quia ſcilicet & dominum viciſſim defendit adverſus eum, quo cum agit nomine domini, ut defendor, inquam, in judicio ejus perſon ſatisfiat judicatum ſolvi, nec rem ratam dominum habiturum. Ratio eſt, quia nulla via patet do-

cum ab eo viciſſim defenderetur cautio legatorum, vel cautio damni infecti, quæ poterat ab eodem defideriari, a domino, cujus nomine agit, ea cautione non præſtita, ſi poſſus ſit adverſarium venire in poſſeſſorem ſcilicet, id dominio magis expediret quam caveri, cum id ipſum dominus faſtuus erat. Secundus caſus hic eſt, quo ſimiliter procurator eam, cujus nomine agit, rette defendere videtur, etiamſi cum invitem agit adverſarius actione noxali, quam habuit adverſus dominum omiſſa defenſione ſervi, cum ſervum iuſſu patris peculii nomine, ut dominus magis expediret, ſervum ſcilicet deoli in noxam, quam defenſionem ejus ſuſcipi & ſubiri. Sed his duobus caſibus defendor, qui id patitur, cavere debet de rato, ne vexetur ſæpe dominus oblata cautione damni infecti, vel legatorum noſſium in poſſ. expellat; vel ut hoc caſu ſecundo, ne obſint defenſione ſervum recipiat, *l. 2. ſ. ſolutum, ſi ex noxal. cauſ. agatur*. Et hi duo caſus, eorumque ratio apertiſſima eſt. Tertius caſus, vel ſi ſpectabo ordinem ſcripturæ, ſecundus a Paulo diſtinctus hic eſt, *l. 3. hoc tit. in operis novi nuntiatione*. Quæ verba perobſcura ſunt, vel eo maxime, quod hoc caſu, qui comprehenditur his verbis: *vel in ſcripturis nouæ variationis adſeripſerit exercitium rei ſuo*. Namque ait in his omnibus defenſionem cavere debere, ratam rem dominum habiturum. In his omnibus eadem ratio, non in ſolutum tantum cautione, ſed in tribus: nam *omnes* dicuntur, vel minimum de tribus, non de duobus tantum, ut eſt ſotito libri primi Ariſtot. de cœlo, ut dant homini nomen dicemus omnes, ſed ambos, vel utrumque: nomen *omnium* accommodamus primum ad tertium. Ergo cum dicat, *in his omnibus*, ne dubitemus cum Accurſio, ne contineantur tertius. Hinc igitur caſu eſt etiam a defenſore exigitur cautio de rato, quæ tamen non videtur exigi in cauſa nuntiationis novi operis. *l. 5. §. ult. & l. fin. de novi operis nunt. l. 45. §. duobus hoc tit.* Sed ut hæc ſint ſatis, quoniam & hoc fuſius explicaturus fum in illa *l. 45. lib. 49.* eſt enim ex libro 89. in us locis nonnullis de novi operis, quæ ſcripſi, ſatisfactum eſt, ſed de interdicto prohibitorio, ne vis fiat adſiſtant: quod hoc loco nunc adnotaſſe ſatis eſt, dicturi ea de re uberius *lib. 89.* Et præterea ad illa verba *l. 3. de novi operis nuntiatione*, non ea ſpecies ponenda eſt, quæ propoſuitur in *l. 45. ubi vel in l. de novi oper. nuntiat.* ſed longe alia, nempe ſolutionis & cautionis. Et certe perſpicua eſt. Vicinus, cui nuntiatum eſt novum opus, id eſt, interdictum ne ædificaret, petit a prætore ſibi remitti nuntiationem novi operis, ut ſibi licet ædificare, quod feciſſet. Denuntiatori jus nuntiandi vel prohibendi non fuerit: ea parte nuntiatoris, cum is abeſſet, intervenit procurator quid defendat, defendere abſentis videtur, etiamſi propriatur a prætore nuntiationem vicino remitti. Sed ſi hoc patitur, & pati conſultus eſſe ducat, cavere debet ratam rem dominum habiturum. Quod ſi non cavet prius dominus, qui nuntiaverat novum opus adverſus vicinum, qui ſe abſente, & forte ſallo procuratore continuerit, imperatum vicino ædificandi, & adhuc cavere, agere interdicto reſtitutorio, ut feciſſet demoliatur, quod contra nuntiationem fuam ædificavit. Neque enim ſallus procurator abſenti nocere debet. Imo eſt indignum quod liber inveniente, quum vicinus petit remiſſionem nuntiationis novi operi, dominum amittere beneficium prætoris, & utilitatem interdicti, quæ ſine cautione non præſtatur. Quod oſtendit *d. lex 13. §. ult. de novi oper. nuntiat.* Ex qua mea quidem judicio ſola circumſcripta Glofſa Accurſii, explicanda videtur hæc verba: *quod ſignificatur his verbis, vel in operis novi nuntiatione.*

Ad L. XLII. de Proc. *Lites in populariter actionibus procurator dari non poſſe, ſemus dictum eſt, meritò enim, qui de vita publica agit, & privatis damnis ac prohibitione adſiſtitur, quam ſi private actionis dare poſſe procuratorem. Multo magis dabit ad ſepulchri violati actionem is, ad quem ea res pertinet.*

Ad §. Ad actionem *injuriarum ex lege Cornelia procurator dari poteſt. Nam, & ſi pro publica actionis exercitium, privata ſit tamen*

Ad §. Ea obligatio, *qua inter dominum & procuratorem conſiſtere ſolet, mandati actionem parit. Aliquando tamen non contrahitur obligatio mandati: ſicut evenit, cum is rem ſuam procuratorem præſentem, quique ſatisdedit, id dominio ei promittimus: nam ſi ea ex promiſſione aliquid præſtiterimus, non mandati, ſed ex vendito, ſi hereditatem vendidimus, vel ex perſona cauſa mandati agere dicemus: ut ſit eum ſubrogator eum procuratorem dedit.*

Ad §. Ille, *cui hereditas ex Trebelliano Senatuſconſultus reſtituta eſt, heredis loco procuratorem dominum agit.*

Ad §. Sed & dominum *paganis creditor reſte dabit procuratorem ad Servianum.*

Ad §. Porro ſi unus ex *creditoribus conſtituerum ſit, ejus qui actum in conſtituendo pecuniam det: non negotium poſſe dare. Sed & ex duobus reis promittendi alterum procuratorem dare poſſe.*

Ad §. Si plures heredes *ſint, & familiæ erciſcundæ, aut communi dividendo agunt; pluribus eandem procuratorem non eſt permittendum dare, ſed unum ex coheredibus poſſe citra adjudicationes & condemnationes. Plene prominendum dare, ſi uni coheredi plures heredes exſtant.*

Ad §. Sed & hi *litem poſſe conteſtari, ut dominus fideiſſoribus eum defendere videbuntur, ſi vel non ex his eum pro ſolido defendat: vel omnes, qui ex eo his rebus defendi poſſe, in quem adjudicatio transferetur.*

Ad L. 1. de Pop. act. *Eam populariem actionem dicimus, quæ ſuum jus populo tuetur.*

Ad L. 2. *Quæ ſuum jus populo aſſerat, convenitur, ad defendendum procuratorem dare poteſt. Et autem, qui eam movet, procuratorem dare non poteſt.*

Ceterum ſciendum eſt, quod ſolutum legum de procuratoribus, ſimul ac reſiduas omnes ea cod. lib. S. Et ſtatim quidem initio *l. 43.* quod eſt de *proc.* conjungenda eſt *l. 1. de off. proc.* Quæ ſane ex eod. libro. Lex prima deſinit eam eſſe populares actionem, quæ ſuum jus populo tuetur, & quæ ideo ſcilicet cuilibet competit ex populo, quemadmodum & quæ ex publica cauſa dicitur, *l. rem qui, §. in publicanis, de furtor.* Sed adhuc eſt civilis, non criminalis. Lex ſ. docet, eum, qui populari actione movet, procuratorem poſſe dare ad defendendum, quia civilis actio eſt, ut dixi. In criminali non poſſe dare, ſed deberet per ſe litigare, & purgare crimen, quod ei crimi perfecta actione. Vicinus, cui nuntiatum eſt novum opus, id eſt, interdictum ne ædificaret, petit a prætore ſibi remitti nuntiationem novi operis, ut ſibi licet ædificare, quod feciſſet. Denuntiatori jus nuntiandi vel prohibendi non fuerit: ea parte nuntiatoris, cum is abeſſet, intervenit procurator quid defendat, defendere abſentis videtur, etiamſi propriatur a prætore nuntiationem vicino remitti. Sed ſi hoc patitur, & pati conſultus eſſe ducat, cavere debet ratam rem dominum habiturum. Quod ſi non cavet prius dominus, qui nuntiaverat novum opus adverſus vicinum, qui ſe abſente, & forte ſallo procuratore continuerit, imperatum vicino ædificandi, & adhuc cavere, agere interdicto reſtitutorio, ut feciſſet demoliatur, quod contra nuntiationem fuam ædificavit. Neque enim ſallus procurator abſenti nocere debet. Imo eſt indignum quod liber inveniente, quum vicinus petit remiſſionem nuntiationis novi operi, dominum amittere beneficium prætoris, & utilitatem interdicti, quæ ſine cautione non præſtatur. Quod oſtendit *d. lex 13. §. ult. de novi oper. nuntiat.* Ex qua mea quidem judicio ſola circumſcripta Glofſa Accurſii, explicanda videtur hæc verba: *quod ſignificatur his verbis, vel in operis novi nuntiatione.*

Ad L. XLII. de Proc. *Lites in populariter actionibus procurator dari non poſſe, ſemus dictum eſt, meritò enim, qui de vita publica agit, & privatis damnis ac prohibitione adſiſtitur, quam ſi private actionis dare poſſe procuratorem. Multo magis dabit ad ſepulchri violati actionem is, ad quem ea res pertinet.*

Ad §. Ad actionem *injuriarum ex lege Cornelia procurator dari poteſt. Nam, & ſi pro publica actionis exercitium, privata ſit tamen*

EQuitur in hac lege, actionem de dolo non dari in C redem ejus, qui dolum commiſit, niſi de ea, quod ad eum pervenit ex dolo defuncti, id eſt, quatenus ex dolo defuncti locupletior ad eum heredita perveniit, ut *l.17. in fin. Of Ipona, ſupra*, dolum heredis ſuſtinet ipſe, quo minus perveniret, ut Paulus adjicit in *l.17.* quod & in illis plerisque caſibus Paulus adjicere ſolet, in *l. ſi de vi & ar.* Idem Paulus eodem in *l.19.* ait, in heredem de eo, quod ad eum pervenerit ex dolo defuncti, datam actionem non eſſe denegandam, hac ratione, quia calculi pars, quam malefici ratione heres conſumpſit, ut ſcilicet ſubdoctor ratio ejus, quod turpiter defunctus quaſivit, & in heredem transfulit, & eatenus heres condemnatur, non ultra eius: Denique ea, de re in heredem eſſe potitur in factum actionem, quam de dolo, nili dolus heredis proprius aequatur: unde ex dolo aequo conſtat actione de dolo ſa- D mofi, de dolo defuncti non item. Et ex dolo quoque defuncti damnatae de eo, quod ad eum pervenit, quia calculi portio, inquit, heredi pervenit, quam conſumpſerit. Quamobrem etiam dicitur, directum quidem adhiberi mandati, depoſiti, tutelae, effe ſimodum, ſed non contrarium quia in directa actione agitur mandatu, depoſitarii, vel depoſitarii, vel tutoris, de re male geſta, malave ſervata: in contraria actione non agitur de perfidia, fed de calculo, de conſumpto quod ad me pervenit ex ea re, de penenda ſumptuum ratione factorum in negotia aliena, *ſi furti, §. ult. vel de his qui not.* Ad quod pertinet illud Quintil. *cap. 5. In tutela*, inquit, *ſolitos fides praeſtari, an alia re re, quem de calculo cognoſci oportet.* Eadem ratione quo ratione haec actio, quae in heredem datur ex dolo defuncti de eo, quod ad eum pervenit, non ex temporis, ut in folet effe actio de dolo, ſed eſt perpetua: ſicut & in eum qui dolum admiſit, de eo quod ad eum pervenit, de eo quod ne dolo duo competenti ſecit, procedulo eſt perpetua, *l. proximo ſupra*, & caſuſ cognitionem non exipit, *l.ſep. de in ea*, in litem non jurator, quia nec miſeri- E cii ratio redditur, *l.ſi quod quem, in principi. de ſp.*

Ad L.VII. de Rei vind. *Si ii, qui obtulit ſe ſcivit vindicaturum, dolo fecit, quo minus poſſeſſor ſolo poſſitur, ſecit Paulus ait.*

AD actionem de dolo pertinet etiam *l.7. de vi vindic.* qui eſt ex eodem libro Pauliceum qui fundum quem non poſſidebat cum vindicaverat, quaſi poſſeſſor defendit, interritus eſt eum poſſidere, & ſe liti offerre nili ad ſe pertinenti, dolo malo ſorte, ut interim poſſeſſor eum fundum ufucaperet, etiamſi abſolutus ſit, adhuc teneri actione de *dolo, quae de dolo ſi*: abſolutus ſit, inquit Pomponius ut errore judicis, quamvis condemnari debuit quaſi poſſeſſor, quanti eares exclufula doli, quae inefi dipuationem furti adpetitorem furtis, quae antio judicium in tempori ſolet, *l.etiam, §. non ſolum, l. quiſ ſi ſiri, de pecul. bered* eoque condemnare in lita aeſtimationem: nihilominus ſi ſervum ſuum petierit, & abſolutus ſit, adhuc teneri actione de dolo, quia is, qui ſe obtulit ſuo nomine, damnatus eſt ex proprio dolo, quod decepterit adversum: poſſeſſoris nomine damnatus non eſt, proinde in poſſeſſorem integra eſt actio in rem. Quod etiam confirmat *d.l. etiam, §. proinde. de pec. bered.*

Ad L.X. de Minor. *niſi ex magna cauſa hoc a principe fuerit conſecutus.*

EX hac l.10. intelligimus, minorem quam 25. annis natum, qui ſervum ſuum manumiſit, non poſſe reſtituri in integrum adverſus manumiſſionem, non poſſe reſtituendi manumiſſionem, imo nec poſſe eum in integrum reſtituti adverſus fententiam diſtrem pro libertate, verum eſt. *l.o. de reſpect. l.ſi. C. de adi. lib.* Ideo libertatis meritum eſt ſervo, quam manis. A praetore, inquam, minorem non poſſe reſtitui in integrum adverſus libertatem, quam ferro ſuo dedit: a praetore, inquam, dolo reſtitui poſſe, etiam adverſus libertatem, ex magna cauſa ſcilicet, ut Paulus ait, ut puta (quo exemplo Cocci unutur) ſi minor 25. annis incolumis adhuc ex bonam ſuorum diſpendatorem manumiſerit, cujus damnum ad rotius ſue domus everſionem pertineat, ut ait *l.ult. de effe. prof. non. l.ult. Sed* eſt a praetore non ſolet, nam ſine cauſa reſtituatur adverſus manumiſſionem, quam fecit temere & inconſulto, tamen interim ſemper tenetur ſervo, ei eſt adverſus manumiſſum actio de dolo, vel in factum, *l.ſeq. in prin. l. 2. C. ſi adv. libert.*

Ad L.XXIV. cod. tit. *Plane quamdiu is qui a minore rem accepit, aut ſervi ejus minoris ſi, nihil nova conditione ſecerit, in eum qui rem bona fide emerit. Idque & Pomponius ſcribit.*

TAm hac l.14. intelligimus, reſtitutionem quam minor 25. annis natus, lapſus, aut circumſcriptus dolo adverſarii, vel in re ipſa, propter cauſa cognita, ſe daturum poſſeſſore, ſeque in poſſeſſionem rei ſuae reſtituturum, non poſſe dicitur minorem, cum quo minor principaliter contraxit, eſſe & nonumquam dari in rem, id eſt, ab poſſeſſorem rei, quae olim minoris fuit, ſed nonnumquam, quamvis ejus rei non poſſideat: non poſſe ejus rei principaliter non contraxerit, ut in hac ſpecie, quae proponitur *ſupra. l.ult. ſup.* minore 25. annis fundum ſuum, quem ſervus ejus minoris vendiderat, emptori: alterum rurſus eum fundum alii vendidiſſe minor in expeditione ejus fundi circumſcriptus fuerit, poteſt deſiderare reſtitutionem in integrum, non tamen adverſus praetorem emptorem, cum quo contraxit, ſed & interdum adverſus poſſeſſorem, cum quo non contraxit, *l.minor. de curiſt.* maxime ſi poſſeſſor a priore mala fide emerit, id eſt, ſi poſſeſſor emptor ſciverit in ejus rei venditione circumſcriptum minorem ſuiſſe, vel etiam ſi bona fide emerit, & prior emptor poſſeſſorem non ſit, adeo ut adverſus priorem haec reſtitutio in integrum, quae impleri minorem & redintegrare non poteſt: nam quamdiu prior emptor ſolvendo eſt, aut heres ejus, nihil novi conſtituendum eſt adverſus poſſeſſorem

rem bonæ fidei emptorem, ut Paulus ait in *l.14.* Cur A
veró ſi gerat emptor ſciveſdo non ſit, in poſteriorem minori datur reſtitutio in integrum, cuius beneficio ſum fundum ab eo repetat? Sane ratio hæc eſt, quia minus eſt ab ignorante habere, quam rem, ut Pomponius ſcripſit 28. ad Q. Mutium, *l.204. de reg. jur.* Ex quo lib. Pomponii etiam ſumpta funt, quæ Paulus refert in *l.13.* & *Ulpian.* in *l.non ſ. 3. ſupra.* Minus eſt adhiberé habere, quam rem, quia adhiberé propter inopiam adverſarii, inanis eſſe poteſt, adhiberé *ornatus*, ut loquitur Nov. 97. res non poteſt eſſe inanis. Unde ſepe ſit, ut qui elicit poſſeſſionem, aut ſuperficiem eſſe dicendus & locupletem, deceptus opinione, rem ſuam perdat, quam potius perſequi debuit diviſa perſona. Tutius igitur eſſe minori in poſſeſſione rem habere, quam, qui rem poſſidet, quam, ſi in priorem, qui eam non poſſidet, mittere, ſi is ſolvendo non ſit, vel ſi dubitetur, an ſolvendo ſit, ſervare teſtimonium regredi, *l. fuſf. de reſcuter*, evidionis nomine adverſus priorem emptorem venditorem ſuum, *l. feq. & d. minor. de evictionibus.*

Ad L. XXIII. *Cum mandens patris filiusfamiliasne res adminiſtraret, non habet beneficium reſtitutionis. Nam, & ſi alius ex mandatu ſuo, non ſuo curatore, cum eo mala mandaverit conſulentem, cujus damno res ſit geſtum. Sed ſi eventu damnum minor poſſeſſor ſit: quia quod præſtiterit, ſervare ab eo, cujus negotia geſſit, poterit, ſi modo ſolvendo: ſine dubio prætor interveniet. Si autem ipſe damnum minor ſit, procurator vero majoris ætatis, non poteſt facile dominus audiri, niſi ſe mandaſſe ei dicat, aut ratum habere curatore ſervare res poſſit. Ergo & ſi procuratorio nomine ſuper circumſcriptus ſit: imputari debet hoc damnum, qui tali commiſit ſua negotia. Ita & Marcellus ſcribit.*

MInor 25. annis mandatu patris, in cujus poteſtate erat, vel mandatu extranei (*nihil refert*) ejus negotia geſſit: reliquo majoris negotia geſſit ex mandatu majoris, & forte aliqua in re circumſcriptus eſt, vel ſuperatus in nomine poſſit, aut debeat reſtitui in integrum, aut ut damni ſarcitus, quæritur an procuratori minori 25. annis circumſcripto in adminiſtratione rei alienæ, poſſit dari reſtitutio in integrum? Et dicet dari non poſſe, quoniam, ſi eum reſtituere in integrum, ita fiet, ut majori conſulas, cujus mandatu negotium geſſit, & cui ſine dubio dari reſtitutio in integrum? Et quod ſi majori non poſſit dari reſtitutio in integrum, ut ſit in majori conſulas, cujus mandatu negotium geſſit, & cui ſine dubio dari reſtitutio in integrum? Atqui reſtituere minore, ipſe reſtituetur, quia reſtitutio minoris fercret ei damnum, quod eum nonnunquam. Sed ſi ex eventu ſit, ut ex infortunio damnum emptæ recidat, vel remaneat apud minorem forte, quia quod procuratorio nomine præſtitit, ſervare a negotiorum dominum, qui majores annos eſt, poterit, ſi modo prope egeſtatem ejus, in quam incidit: tunc ſane æquum eſt minorem ſubvenire, ne veritur in damno data ei reſtitutione in integrum adverſus eum, quo cum contraxit. Quod ſi non ſit bonis minor principaliter non contraxerit, ſed procuratorio nomine, atque ita in rem datur potius, quam in perſonam, & hoc ſi minor majoris mandatu negotia geſſerit. E diverſo ſi major mandatu minoris negotia gefferit, & damni ex procuratoris adminiſtratione aliquid ad dominum, qui ætate minor eſt, recidérit, dominus beneficio ſuæ ætatis non reſtituetur, ſi poſſit rem ſervare a procuratore adhuc negotiorum geſtorum: ſi non poſſit, forte quia procurator ſolvendo non eſt, etiam tunc æquitas poſtulat, ut minori ſubveniatur, ne mortuor in damno: quæ reſtitutio eſt in rem potius, quam in perſonam. Et hæc ſi minor minutus maiorem, vel retro, minoris mandatu negotia gerens, quæ proponuntur in *l.24.* Et quid dicemus, ſi ultro minor ſeſſerit ad negotia majoris ſine

mandatu, vel contra minor ad negotia minoris ſimiliter ſine mandatu, ſi fuerit procurator voluntarius, non mandatarius? *Ac* primum quidem ſi minor ultro acceſſerit ad negotia majoris, & in iis gerendis circumſcriptus fuerit, damnum ad eum ſpectat ceſi: tenere mihicuit ſe negotia alienis fuis volunitate domini. Damnum, inquam, omne ad minorem ſpectat, non ad majorem, qui ignorare poſſit ſua negotia geſta. Et plus minor eſt reſtituendus in integrum, quia verſatur in damno: aut ſi nolit reſtitui, ne ea res proſit majori, ab eo conveniatur actione negot. geſtorum, qua ſolemi conqueiteur ei cedere beneficium reſtitutionis in integrum, atque ita propter minorem reſarcitur omne damnum. Beneficium reſtitutionis, ſicut alia quælibet actio, ad hæres poteſt cedi, ut in *l.fin. & l. ſi a minore 25. de admin. tut.* Sin autem major acceſſerit ultro ad negotia minoris ſine mandato, hoc quoque caſu minor non eſt reſtituendus, ſicuti ſupra ſcripſimus de procuratore poſſit actione negot. geſtor. Sed ſi eam rem abeo ſervare non poſſit, tum reſtituendus eſt in integrum. Quæ eſt definitio hujus quæſtionis. Porro ex hac lege intelligere, minorem 25. ann. ad adminiſtrandum procuratorem feri poſſe. Nec minus cum & impubes poſſit, *l. 3. ult. ſup. hi.* cumque etiam ad lites, quæ res eſt majoris momenti, minor 25. annis procurator fieri poſſit, *l. minor. de procurat.* In cujus interpretatione ne cavillemur quominus dicamus, quod dicit, minorem 25. ann. litis adhuc poſſum eſſe defenſorem, minorem 25. ann. poſſe procuratorem eſſe ad defendendum, vel ad agendum, quoniam dicit ex casu contrario, minorem 25. annis poſſe in integrum reſtitui procurator ſuſtus ad lites, fruſtra defideretur, minor qui interveniſſet litiſ alienæ, qui circumſcriptus eſt & reſtitui in integrum: fed eſt alius poteſtas & reſtitutio in integrum, quia interceſſit reſtit, & quia ſe obligavit cautione judicatum ſolvi, aliter non fuiſſet admiſſus ad defendendum. Nemo eſt idoneus defenſor litis alienæ ſine cautione judicium ſolvi minor 25. annis. Nemo poteſt eſſe procurator alienæ litis, modo tantum non ſit minor 17. ann. ut ait *ſ. juſta. Inſtit. quibus ex cauſ. manumittere non, qui* 5. eſt acceptendus de procuratore alienæ rei litem, quia habet de ſervo manumittendo, in hoc, ut domini procurator ſit, & ſervum utique non eſt neceſſe manumitti, ut procurator ſit negotiorum gerendorum: ſatis eſt ad adminiſtrandum, & dominus quilibet ſervus, idoneus procurator eſt, fed maxime neceſſe eſt ſervum manumitti, ut ſit procurator ad agendum vel defendendum: quia ſervus non poteſt eſſe procurator alienæ litis, modo tantum non ſit minor 17. ann. ut ait *ſ. juſta. Inſtit. quibus ex cauſ. manumittere non*, qui

obtinuit, & a Justiniano comprobata est, hoc addito, quod servari constat in actione de peculio, *l. Fulcinius, §. si quis actione, quibus ex caus. in possess. eatur*: ut si conventus adrogator actione de peculio filiifam. adrogati nomine, eum filium non defendat, permittatur creditoribus bona possidere & distrahere, quæ adrogator habuisset, si se adrogandum non dedisset, *§. ult. Institut. de adquis. per adrog.* Et ad confirmationem sententiæ Proculianorum facit *lex pen. de adoptio.* quæ generaliter definit, onera ejus, qui adoptatur, vel adrogatur, transire in adrogatorem. Adrogatus patitur minimam capitis deminutionem, quia familiam mutat, ex sua nimirum propria transeundo in alienam, & ex patrefam. filiusfam. fit. Liberi quoque ejus, qui adrogatus est, sequuntur adrogatorem patris & in ejus potestatem transeunt, exeunt potestate patris naturalis, *l. 15. de adopt.* atque ita liberi etiam adrogati familiam mutant & patriam potestatem. Et hoc est, quod Paulus ait initio legis 3. *hoc t. Liberos, qui adrogatum parentem sequuntur minui capite, cum in aliena potestate sint, & cum familiam mutarint.* Hæc de adrogato. In filio a patre naturali in adoptionem dato id est manifestius, & eum quoque scil. capite minui, quia a patre naturali dabatur in adoptionem per emancipationem, id est, imaginariam venditionem, filio redacto in potestatem adoptatoris, *l. ul. C. de adopt.* Tertullianus in Apologetico: *Adoptandos melioribus parentibus emancipatis*, id est, divenditis per æs & libram. Sveton. in Augu. *Augustum Cajum & Lucium adoptasse domi emptos per æs & libram a patre naturali.* Idemque Gell. 5. capit. 19. Qua ratione etiam liberi, qui a parentibus, qui eos in potestate habent, sui juris fiunt, capite minuuntur, quia id fit illis emancipatis, id est, venditis extraneo per æs & libram, venditis nummo uno, venditis asse Cajano, ut Statius loquitur, quæ venditio imaginaria est, quia non intervenit verum pretium, deinde iisdem ab emptore manumissis: qui mos etiam hodie servatur in Moscovia, ut Sigismundus Baro scribit, Moscovitarum rerum optimus scriptor. Liberi emancipati, inquit Paulus in hac lege 2. capite minuuntur, quia emancipari nemo potest, nisi in imaginariam servilem causam deductus, quod fiebat per venditionem imaginariam ex illa l. 12. tabul. *Si pater filium ter venunduit, filius a patre liber esto*, apud Ulpianum lib. sing. reg. Servi autem manumissi, ut subjicit Paulus in hac l. 2. capite non minuuntur, quia servile caput nullum jus habet, & ideo nec minui potest, hodie enim incipit jus habere & statum. Ante manumissionem, neque libertatem hab[illegible] neque civitatem, neque familiam, sed nunc habere incip[illegible] libertatem & familiam, atque etiam civitatem, si vindicta manumissus est. Neque enim omnes manumissi cives fiebant, sed manumissi tantum certis quibusdam modis, veluti testamento, aut censu, aut vindicta: manumissi igitur servi capite non minuuntur; sed non ideo minus ususfructus per servum domino adquisitus amittitur manumissione servi, perinde atque cap. deminutione filiifam. *l. ult. C. de usufr.*

Ad L. V. de Cap. minut. *Amissione civitatis fit capitis minutio, ut in aqua & igni interdictione.*

Ad §. Qui deficiunt, *capite minuuntur: deficere autem dicuntur, qui ab his, quorum sub imperio sunt, desistunt, & in hostium numerum se conferunt. Sed & hi, quos senatus hostes judicavit, vel lege lata: utique usque eo, ut civitatem amittant.*

Ad §. Nunc respiciendum, *quæ capitis deminutione pereant, & primo de ea capitis deminutione, quæ salva civitate accidit, per quam publica jura non interverti constat: nam manere magistratum, vel senatorem, vel judicem certum est.*

Ad [illegible] eod. *Tutelas etiam non amittit capitis minutio: ex[illegible]e in jure alieno personis positis deferuntur. Igi[illegible]lati, vel ex lege, vel ex Senatusconsulto, erunt [illegible]. Sed legitimæ tutelæ ex duodecim tabu[illegible]em ratione, quia & hereditates exinde legi[illegible] deferuntur, qui desinunt esse famili[illegible] legibus & hereditates & tutelæ plerumque sic de[illegible], ut personæ naturaliter designentur: ut ecce deferunt hereditatem Senatuscons. matri & filio.*

Ad §. Injuriarum, *& actionum ex delicto venientium obligationes cum capite ambulant.*

Ad §. Si libertate adempta, *capitis deminutio subsecuta sit: nulli restitutioni adversus servum locus est: quia nec prætoria jurisdictione ita servus obligatur, ut cum eo actio sit: sed utilis actio adversus dominum danda est, ut Julian. scribit: & nisi in solidum defendatur, permittendum mihi est in bona, quæ habuit, mitti.*

Ad §. Item cum civitas *amissa est, nulla restitutionis æquitas est adversus eum, qui amissis bonis & civitate relicta nudus exulat.*

Post hæc Paulus in *l. 5.* varia ponit exempla mediæ capitis deminutionis. Primum hoc est, si cui pœnæ causa aqua & igni interdictum sit, in cujus pœnæ locum successit deportatio in insulam: deportatus in insulam mediam capitis deminutionem patitur, quia civitatem tantum amittit, redactus ad peregrinitatem libertatem retinet. Et hoc est certissimum. Nec turbet nos *l. pen. de extraord. cognit.* quæ significare videtur, deportatum, aut, quod idem est, eum, cui aqua & igni interdictum est, etiam libertatem amittere, si libertatem, ergo & civitatem: quia nihil est evidentius in illa lege, magnæ capitis deminutionis appellatione contineri maximam & mediam, ut in *l. 1. §. capitis, ad Senatusc. Tertull. l. 1. §. si filiusfam. de suis & legit. hered.* Et in illa l. pen. hæc verba, id est, *quum libertas adimitur*, pertinent ad maximam capitis deminutionem, non ad mediam, quia media libertas non amittitur. Sequentia autem verba, *vel cum aqua & igni interdicitur*, pertinent ad mediam capitis deminutionem, & utraque significatur verbo, *magna*, ita ut liceat tibi capitis deminutionem dividere in duo membra, in parvam & magnam, & rursus magnam, in maximam & mediam. Scribendum est autem, ut & Accurs. notavit in *d. l. ult. vel cum aqua & igni interdicitur*, non *veluti*. Alioqui diceret interdictum aqua & igni amittere libertatem, quod est falsissimum. Addit etiam Paulus in *l. 5.* transfugas pati mediam capitis deminutionem, nec enim servi fiunt, *l. si quis tutor, de tutel.* sed peregrini tantum, nec si redeant, jure postliminii, civitati restituuntur, *l. 14. tit. seq. l. postliminium, §. transfugæ, de capt. & postlim. rev.* Ii sunt, qui ab iis, quorum sub imperio sunt, desciscunt & in hostium numerum se conferunt. Iis addit etiam eos, quos Senatus hostes judicavit, vel etiam, quos populus lege lata hostes judicavit. Sic legendum in *l. 5. lege lata*, ut in Florentinis, & in Basilicis *νόμου τεθέντος, non relegati*: nam relegati nullo modo capite minuuntur. Qui hostes judicantur lege lata, vel Senatusconsulto facto, capite minuuntur, non quidem maxima, sed media, quia peregrini quidem fiunt, liberi tamen manent. Post hæc transit Paulus ad recensitionem eorum, quæ capitis deminutio minima intervertit sive amittit, ut loquitur, sive quæ non amittit. In §. ult. legis 5. & in *l. 6.* amittit primum vel intervertit minima capitis deminutio jura familiæ privata: intervertit familiam & mutat. Amittit etiam tutelas & hereditates, quæ ex duodecim tabulis deferuntur, quia jure agnationis deferuntur, id est, agnatis solis, & capitis deminutione agnatio perimitur. At non amittit tutelas non intervertit tutelas vel hereditates, quæ testamento deferuntur, vel ex legibus novis, veluti ex l. Julia de maritandis ordinibus, apud Ulpianum *lib. reg. tit. de tutel.* vel ex l. Attilia, aut Julia, aut Titia, vel quæ ex Senatusconsultis deferuntur, ut quum matri Senatusconsulto Tertulliano filii hereditas defertur, vel filio hereditas matris Senatusconsulto Orfitiano. *Quia plerumque*, inquit, *his legibus & Senatusconsultis hereditas & tutelæ sic deferuntur, ut personæ naturaliter designentur*, id est, ut designentur naturæ vocabulis, non vocabulis civilibus, *filius* & *mater* naturæ vocabula sunt, *cognatus* etiam naturæ verbum est, agnatus vero civile verbum, non naturæ, *l. Jurisconsultus, §. 1. de grad. & affin.* Et Senatusconsultis deferuntur tutelæ in locum muti aut surdi tutoris, aut furiosi, aut excusati, aut remoti, *l. si quis sub cond. & l. pen. de tut.* Non intervertuntur autem minima capitis deminutione

jura publica, jura civilia, officia civilia: nam, & qui adrogatus & emancipatus est, Senator manet, & magistratus & judex manet etiam tutor: tutela est munus publicum & officium publicum. Capitis deminutio minima non intervertit tutelas, nisi eas, quæ agnatis deferuntur, quia desinunt esse agnati per capitis deminutionem minimam. Et ita quod erat scriptum nobis initio legis 7. *hoc tit.* quæ est ex hoc libr. Tribonianus male explanavit, & nullo sensu ita scripsit *tutelas etiam non amittit capitis minutio*, minima scilicet, *exceptis his, quæ in jure alieno positis personis deferuntur*, quorum verborum sensus adhuc quæritur. Paulus scripsit singularibus literis, hoc sensu, *exceptis iis, quæ jure agnationis proximis potissimum deferuntur*: Quod & sequentia demonstrant. Et ita in edicto translatitio Verris, *ut quæcunque hereditas proximis potissimum defertur*. Iterare juvat id, quod jam hesterno die memini me docere initio l. 7. inesse mendum, quod coortum est ex prava notarum explanatione, quæ ita potius explanandæ erant, *exceptis iis, quæ jure agnationis proximis potissimum deferuntur*. Quod etiam cum laude aliqua obtrectatores fatentur esse verissimum, non minus, quam & aliud simile mendum, quod & jam olim animadverti insidere in *l. 8. qui & a quibus manumiss.* ubi pro *fideicommisso*, legendum, *fraudandorum creditorum causa*, quia male erant illæ duæ literæ singulares F. & C. ita explanatæ, *fideicommisso*, cum essent ita explanandæ, *fraudandorum creditorum causa*. Et aliud quoque simile in *l. 2. §. si mater, ad Senatuscon. Tertull.* ubi etiam duæ literæ S. & C. male sic explanatæ sunt, *Senatusconsulto*, quæ explanandæ erant hoc modo *sententiam constitutionis*, quod suis locis jampridem a me demonstratum est, & a cunctis approbatum. Nec quicquam addo amplius ad h. l. sed venio ad *l. 9. de cap. min.*

Ad L. IX. de cap. Minut. *Ut quandoque emancipata agat.*

Cujus explicandæ facultas est paucorum hominum. Diximus jam ante, capitis deminutione debitoris creditorem ipso jure suas actiones amittere, quibus debitor ei tenebatur obstrictus ante capitis deminutionem: sed si minima capitis deminutio fuerit, eas actiones creditori restitui, id est, utiles dari a prætore ex hoc edicto de cap. minutis. Nunc videamus an etiam is, qui capite minuitur, quas habuit actiones amittat, vel an amissæ æque ei restituantur. Sane qui maximam aut mediam capitis deminutionem patitur, actiones suas prorsus amittit, quia in omnia jura ejus fiscus vel dominus succedit. Nihil est exploratius. Is quoque, qui patitur minimam capit. deminutionem, ut puta paterfamil. qui se adrogandum dedit, omnia jura sua, atque adeo omnes actiones suas transfert in adrogatorem cum capite suo. Omnes denique fortunas suas, *l. 15. de adoption. l. pen. §. testamento, de bon. possess. sec. tab.* Is vero, qui a patre naturali datur in adoptionem, vel qui emancipatur, qui etiam patitur minimam cap. deminutionem, non habet obligationes vel actiones, quas amittat ullas, quia quas adquisivit quamdiu fuit in potestate patris naturalis, statim patri naturali eas quæsivit jure patriæ potestatis, exceptis iis tantum obligationibus vel actionibus, quæ naturalem præstationem habent, quæ patri jure patriæ potestatis per omnia non adquiruntur. Non dico naturales obligationes, quæ scilicet tantum naturales sunt, non civiles, quas constat non parere actionem: sed dico obligationes civiles, quæ actionem pariunt, quæque naturalem præstationem habent, ut ait *l. 8. hoc tit.* id est sicut Græci interpretantur, *quæ ex bono & æquo consistunt*. Recte, quibus scilicet quod præstatur ex naturali potissimum ratione venit, & ex bono & æquo naturaliter, in quibus non tam subtile jus spectatur, quam æquum & bonum. Ac proinde quia natura communis est, etiam in filiorumfam. personam cadunt, nec patri omnimodo adquiruntur jure subtili, patri omnino adquiruntur ex æquo & bono: hæ quamvis sint adquisitæ patri jure potestatis, etiam filio capite minuto accommodantur, quasi non prorsus adquisitæ patri. Nec rursus dico, actiones bonæ fidei, quamvis & in iis ex æquo & bono restitutio & condemnatio fiat, *§. in bonæ fidei, Instit. de action.* Sed exemplum pono in actione de dote, ut lex 8. sive in actione rei uxoriæ, quæ ad dotem repetendam morte viri, aut divortio dirempto matrimonio, sive dos fuerit adventitia sive profectitia, patri competit, in cujus potestate est mulier, quasi ei quæsita jure potestatis, sed non quidem soli patri, sed adjuncta mulieris, id est, filiæ persona, adjuncta filiæ voluntate, ut perspicue Ulpian. scribit *lib. reg. tit. de dotib.* Vel si absit pater, aut si sit suspectæ vitæ, competit etiam ipsi filiæ sine patre, quasi nec patri omnimodo quæsita, *l. 8. filiusfam. de procur.* Cur ita? non quia hæc actio est bonæ fidei, quoniam & hoc habent strictæ actiones quædam, ut inf. demonstrabimus: sed quia, ut ait l. 8. actio de dote concipitur in bonum & æquum, id est, propriam quandam formulam habet conceptam in bonum & æquum, quæ non aptatur ceteris bonæ fidei judiciis. Proprie scilicet concipitur his verbis, *quod æquius melius sit, id præstari patri & mulieri oportere*. Quod æquius melius, hæc sunt verba propria actionis de dote, ut M. Tull. indicat in *Top. & 3. offic.* & indicat aperte *l. si cum Cornel. in fi. de solut. & l. pen. in fi. solut. matrim.* Illo loco, *æquius melius*. Et ideo etiam post emancipationem filiæ, post cap. deminutionem, quæ subsecuta est divortium, filiæ heredive ejus competit actio de dote, non patri, ut habeat unde nubere alii possit, nec commodo dotis defraudetur. Competit, inquam, filiæ, non patri post emancipationem, quasi nec quæsita patri, tametsi subtili jure sit quæsita patri jure potestatis. Et emancipatam quoque agere de dote ostendit *l. 2. §. 1. & l. si cum dotem, §. eo autem tempore*, illo loco, *vel etiam emancipata sit, & l. filia, solut. matrim.* Hoc efficit ratio naturalis, qua actio de dote nititur, quam civilis ratio, id est, emancipatio corrumpere non potest, ut ait l. 8. Jus, quod naturale est, quodque nihil aliud est, quam ratio & æquitas naturalis, ratio civilis corrumpere non potest, *§. ult. Instit. de leg. agnat. success.* Et hæc etiam ratio naturalis est, quæ spectatur in actione de dote potius, quam scrupulositas juris civilis, subtile jus, hæc humanitatis ratio facit, ut & matrifam. passæ mediam cap. deminutionem, puta deportatæ in insulam, divortio postea facto, aut mortuo marito, detur repetitio dotis, vel actio de dote, non fisco, ad quem bona ejus pervenerunt, *l. 5. inf. de bon. damnat.* Eademque efficit, & quidem multo magis, ut filiæ sui juris effectæ sine capitis deminutione veluti deportato patre, ipsa manente in civitate, de dote actio detur non fisco, quasi successori patris, quia nec patri daretur filia sui juris effecta, *l. in insulam, sol. matrim.* Et similiter mortuo patre, ac postea soluto matrimonio, ut filiæ detur actio de dote potius, quam heredi patris: aut si pater forte vivus ea actione egerit & vicerit, actio judicati filiæ detur potius, quam heredi patris, ut ei salva dos sit, *l. si marito, §. si voluntas, eod.* Quin & parte dotis soluta patri, dirempto matrimonio, reliquæ partis mortuo patre repetitio filiæ potius competit, quam heredi patris, quamvis patri quæsita fuerit actio, *l. pen. §. filiafamilias, eod. tit.* Et hoc quidem quod ait *lex 8. & 9. hoc tit.* de actione de dote, jam satis perspicuum esse arbitror: sed quia propositio legis 8. est generalior, quam ut unum tantum genus actionis complectatur: ait enim eas obligationes, quæ naturalem præstationem habere intelliguntur: desidero etiam mihi specialem obligationem dari, quæ naturalem præstationem habeat, & in æquum & bonum concipiatur, atque ideo; quamvis sit adquisita patri, competat tamen postea filiis emancipatis, nec intervertatur emancipatione. Et profecto ejusdem generis est actio injuriarum, quæ quamvis sit stricti juris, tamen ex æquo & bono esse dicitur aperte in *l. non solum, §. 1. de injuriis*, id est, æquitas naturalis in ea potius valere dicitur & dominari, quam subtile jus, ut eadem *lex non solum* declarat his verbis: *æquitas actionis injuriarum omnem metum ejus abolere videtur, ubicunque quis contra æquum venit.* Et ideo si filiofamil. facta sit injuria, & nomine filii quæsita sit patri actio injuriarum jure potestatis, ei tamen postea emancipato ea actio dabitur potius, quam patri aut heredi patris. Et ita nominatim proditum est in *l. sed si unius, §. sed etsi pater, & §. ult.* de

de injur. Sicut & manente filiofamil. in potestate, ſi patre non ſit præſens, vel ſi filii nomine agere nolit, ſi ulciſci nolit injurian filiofamil. factam, filio licet agere injuriarum, quaſi non omnino ea actione caruerit patri, *dicti. l. ſed ſi unus, §. idem Julianus, l. in perſona, de pact. l. 12. de in jus voc.* Eadem ratione potuo, quod maxime notandum eſt, in actione ex conſenſu tuo, verbi gratia, deſiſtum vel effuſum ſit, quod filio-fa. nocuerit teſtimenti, & ideo per filium queſtus ſit pater actio in ſolidum ex actione ſi deſiſtit & effuſa: filio tamen poſtea emancipato, eam actionem effe dandam potius, quam patri, quia & hæc actio naturalem præſtationem habere intelligitur, & nominatim, quamvis ſit ſtricta, non bonæ fidei, ex bono & æquo effe dicitur *in l. ſ. §. hoc autem, de tri qui dejec. vel effud.* Et ſimiliter actio ſepulchri violati, *in l. Si hoc ita. Actio de dote* dicitur effe concepta in æquum & bonum, *l. pen. de ſepul. viol.* puta ut eſt in edicto de ſepul. viol. quæſti eſt eam rem inter alienavit, actione hic factum, pra ſtita eſt actio. Et ita explicandæ ſunt leges 8. & 9.

Ad L. V. de Alien. jud. mut. cauſa facta. *Vel ſimilem.*

Equitur ex hoc libro *l. 5. de alien. jud. mut. cauſa fac.* & ſequentibus ad edictum ut ſit ratum vel in fectum, quæ ex edicto de alien. judicii reſtituitur ei cui adverſarius cum quo rebus erat in rem, dolo malo & ex alienata poteratori; oberit potentiori, quæ ſtorem adverſarium, quæ actio, licet rei perſecutoria ſit, non pœnæ, non datur tamen in heredes, quia videtur ex delicto oriri, *l. 4. §. ult. & l. 6. hæc ut. de Decret Pauli.* Et non dari etiam in ſimilem ſucceſſorem, veluti in bonorum poſſeſſorem: nam ut idem ait eodem libro *l. 117. de reg. jur.* quæ huic contingunt, ea in perſonam non poſſeſſorem in omni cauſa loco heredis habet: in cauſa igitur ejus edicti, bonorum poſſeſſor eſt ſimilis heredi. Denique & hæc actio, ut ait *Paulus in ſententiis*, non datur in heredem, vel ſimilem ſucceſſorem, niſi de re quod ad eum pervenit; ſicut dictum eſt de actione dolo, quæ etiam eſt cauſæ perſecutoria, id eſt, rei perſecutionem continet, & ex delicto tamen eſt: ſicut idem dicitur etiam de actione rerum amotarum, quæ & rei perſecutionem continet, & ex delicto eſt, non datur in heredem, niſi de eo, quod ad eum pervenit, *l. ult. Cod. rer. amot.* quod per omnia etiam obtinere in bonæfidei ne furtivæ offendet obſervatio 13. cap. 37.

Ad L. XLII. de Adquir. rer. dom. *Subſtitutio, quæ tandem competit, extra bona noſtra eſt.*

Equitur ex hoc libro *ſec. 42. de adquir. rer. dom.* Subſtitutio, quæ nondum competit, extra bona noſtra eſt, ſi vulgariter ſubſtitutus ſim heredi inſtituto, & ſubſtitutio nondum competat, puta deliberante herede, neque enim poteſt competere, antequam deliberaverit. Dum igitur deliberat, non poteſt competere: dum non competit, pendet ſubſtitutio, puta deliberante & conſultante herede, ac extra bona mea eſt. Et ideo ſi moriar, non tranſmittitur in heredem meum cum ſubſtitutione, *l. ſi ex pluribus, de fons & legat. hered.* vel ſi fubeam maximam ut medium capitis deminutionem, non tranſfero eam in fiſcum vel in dominum. Et hæc eſt accommodanda ad tit. de cæpit. minut. Itemque *lex 40. de obſeq. & offic.* quæ ſola fupereſt ex hoc libro.

Ad L. XL. de Oblig. & actio. *Hereditariorum actionum locus non datur & legata, quamvis ab herede experiri poſſint.*

Ecus, ut quem bona pervenerunt teſtatoris, forte & cognita, hereditatis quidem quæ indigno, hereditarias actiones quaſi ſucceſſor excipere debet; ergo & actionem ex teſtamento legatorum nomine, *l. cum quidam, § cum talis, in fine, de fid. commiſſ. l. 3. bonum ex conſtit. de teſtibus.* Nam & hæc actio legatorum, quamvis competit & A ab herede, non a defuncto, hereditariarum actionum loco eſt, ut ait *Paulus in d. l. 40.* quia origo ejus, & cauſa ex voluntate defuncti proficiſcitur, ut *Ipſe in ſeparat.*

JACOBI CUJACII J. C.

In Lib. XII. PAULI AD EDICTUM,

RECITATIONES SOLEMNES.

LIBRO ſuperiore, ut patet ex *l. 5. de alien. judic. mut. cauſ. fac.* cogit mutandi cauſa facta de reſtitutione in integrum, quæ ex edicto *de alienjud. mut. cauſ. fall.* datur majori 25. annis, cui ſi, B quo cum eſſet actum erat de re aliqua, de dolo malo alienata, oppoſuit durioren adverſarium, militem fore vel potentiorem, vel alterius provincia hominem, data ea eam, quæ rem alienavit, actione in factum, qua tantum conſequatur officio judicis, quanti ejus intereſt alium adverſarium non habuiſſe, *l. 1. §. pen. eod.* niſi forte res ultro portata ſit pari actionem, perinde ac ſi rem poſſideret. Dico, niſi ultro portatus ſit priſtinam actionem pari, quæ in eum competebat priusquam alienaret rem ei, qui erit vel victor, judicium pro poſſeſſione eſſe, atque adeo cum, qui dolo malo edictoſſidere, perinde teneri ac ſi poſſideret, tamen non teneri ut vincat actionem pari, ſi alius ſit certus poſſeſſor ſed tunc duntaxat, quum qui res nullus eſt poſſeſſor certus, *l. 1. §. ult. eod.* Huic etiam edicto de alien. judicii locus eſt, quum quis re alienata dolo, quam poſſidebat, effecit, ut quæ ſibi competebat actio, competeret alteri, deſineret ſibi competere. Et hoc caſu locus eſt huic edicto, quia actio denegatur alteri, *l. ult. hoc tit. & quod ait Paulus*, ei, qui alienavit, ut ſibi competat alienaſſe potius, quam litem, *l. pen. eod.* Præterquam uno caſu, cujus ratio erit ſatis obſcura, quæ tamen manifeſtiſſima eſt. *Lex Papiria deposito in l. ult.* Si quis cum haberet rem cum alio communem, communi dividundi evitandi cauſa partem ſuam alienaverit: hac actio communi divid. & ſum. recidunt, & feminæ eandorum duplex actio eſt, id eſt, ejus juris & conditionis eſt actio quam ejus excipere vel intendere poſſit, ut ea quæ ſuorum conveneat, vel ea a ſocio conveniri poſſit. Qui vero, re eam actionem communi divid. excipere, partem ſuam alienavit, re ſecum agere tur communi dividundo, ſed cum potentiore, qui alienavit hac animo, ut per licitationem, quæ ſolet fieri in dividone rei communis, potentior, cui partem ſuam alienavit, eam vilipri pretio acquireret, deinde eam a potentiore reciperet; qui, inquam, hoc egit cum dolo alienando partem ſuam, ne ſecum ageretur communi divid. propter hanc *l. Licinia* agere, cujus ſit mentio in *l. ult.* Prohibetur ipſe agere communi divid. prohibetur agere actione, qua ſecum agi noluit, aut ſecum ne agretur quantum in ipſo fuit, dedit operam. Hæc eſt ratio legis Licinia. Porro hujus edicti tractatus Paulus perfecutus eſt lib. 12. Et ideo incipiam a *l. 8. eod. tit.*

Ad L. VIII. de Alienat. judic. mut. &c. *Ex hoc edicto tenetur, qui rem exhibet, ſi arbitratu judicis pretium judici cauſam non reſtituit.*

Ad 4. Ait præterea quare alienatio judicii mutandi cauſa facta erit, *id eſt, ſi futuri judicii cauſa, non ejus, quod jam ſit.*

Ad 5. Alienare *recelligisse etiam, qui alienam rem vendidit.*

Ad 6. Sed heredem *inſtitutum vel ligandæ, ſi quis aliter, huic edicto locus non erit.*

Ad 8. Si quis alienaverit, *deinde recuperit, non tenebitur hoc edicto.*

Ad 9. Qui venditori ſuo *redhibet, non videtur judicii mutandi cauſa abelienare.*

INitio hujus legis Paulus docet, non evitare eam actionem eum, qui rem, quam alienavit judicii mut. cauſ. exhibet C

hibet actori, niſi eam exhibeat in eadem cauſa, in qua fuit ante alienationem, nempe eum omni emolumento, & vocuam, atque liberum a duriori adverſarii vexatione. Non igitur, ut hoc actione libertur, tantum eam rem exhibere debet, ſed etiam reſtituere. Plus eſt reſtituere, quam exhibere, ut ad idem edictum, quod tractamus, Cujus ſcripſit in *l. 22. de verb. ſig.* Et reſtituere rem debet arbitratu judicis, ut Paulus ait initio hujus legis: Et ita ſirem reſtituerit, bonus edicti evitat actionem. Nam & hoc actio in factum ex hoc edicto de alien. eſt arbitraria, ſicut actio quod metus cauſa & dolo, de qua ait Ipſe *in l. 9. eod. tit.* Poſt hæc in *l. 8.* Paulus docet, hæc verba edicti, *qui rem alienavit judicii mutandi cauſa facta erit*, vel ut potius ingredum eſt *judicii mutandi cauſa alienavit, ſi futuri judicii cauſa erit*, ſic eſſe accipienda, *qua futuri judicii mutandi cauſa facta erit, nudum nactuari*, non quæ jam inchoati, quæ præterea judicii mutandi cauſa fiat, ſed ſi futuri. Sic enim tacit alienatio rei litigioſi etiam judicium non mutat, quod coptum eſt etiam alio, nec valet, & vitiofa eſt litigioſe res alienatur, ut conſtat ex tit. *de litigioſis*, cum certe facile remedio exceptionis infringitur. Et præterea hoc edicto eum etiam teneri, qui rem alienam, quam poſſidebat, vendidit futuri judicii mutandi cauſa: adde, vel donavit, ut *Ipſe hoc tit.* non etiam eum, qui eam rem ingavit, vel qui per univerſitatem eam transfulit in heredem inſtitutum. Alienationis verbum in hac re latiſſime accipe de alienatione inter vivos, non de alienatione cauſa mortis, quia hæc plerumque non fit dolo malo judicii futuri mutandi cauſa, neque enim quiſquam ſibi dolo malo nocere ſuum futurus extimiſcit. Et inter vivos non ſolum ea contingere, per quam poſſeſſio alienatur in fraudem domini, qui adhuc rem ad ſe ſpectantem retinet, ſed etiam, quæ minium alienatur in fraudem eius, qui domino & poſſeſſori ejus rei nomine controverſiam habitus eſt, ut ſi cui pignoris loco vel ſimiliter, ut ſervitutem. Et ſervitutes privatorum, vel qua alia cauſa, ut *l. 4. §. Paulus, & ſuit. hoc tit.* Item hoc edicto hæres actione non tenetur eum, qui rem, quam avunculi ſui poſſidebat, ſibi vendidit, quamvis eum eo ageretur ex hoc edicto, quia ea res pro non aliena ta habetur. Non teneri etiam eum, qui venditori ſuo rem redhibet propter aliquod vitium aliquod redhibitorium, vel tamen eſt redhibitio ſpecies alienationis ſit, glerumque tamen ea non videtur ferri ind. mut. cauſa, ſed quod ea res, quæ eſt in cauſa redhibitionis, non videtur ejus, qui redhibetur, ut eſt in *l. ſeq. propter hoc* ſolum rem redhibitam ſuiſſe venditori. Ab hoc genere reſtitutionis in integrum tranſeamus, ſi placet, ad reſtitutiones in integrum, quæ datur majoribus 25. annis, qui per obſtinam neceſſitatem rum, vel alienam in captionem incidiſſent, de qua in tit. *ex quibus cauſ. majores 25. annos.* Et de alienatione hic cauſa fit, qui datur in integrum reſtitutio majoribus, qui per alienationem rem ejus, de qua agitur, de adverſario dolo malo factam perhibet. Et ſic alienatio hic eſt *Verum ego majores*, reſtitutionem in integrum, quæ datur majoribus 25. annis, qui per obſtinam neceſſitatem, vel alienam in captionem incidiſſent, de qua in tit. *ex quibus cauſ. majores 25. annos.* Et ſic alienatio hic eſt *Verum ego majores*, reſtitutionem in integrum, quæ datur majoribus 25. annis, qui per obſtinam neceſſitatem rum, vel alienam in captionem incidiſſent, de qua in tit. *ex quibus cauſ. majores 25. annos.* Et de alienatione hic cauſa fit, qui datur in integrum reſtitutio majoribus, qui per alienationem rem ejus, de qua agitur, de adverſario dolo malo factam perhibet.

advocatum, quo adhibito litem moveat, & interpellet usucapionem, quæ in eo est articulo, ut quamprimum finiatur & impleatur; si igitur intra modicum tempus impleta fuerit usucapio posteaquam rediit, æquum est, eum restitui adversus usucapionem: non etiam, si longe post reditum impleta fuerit usucapio, illo differente interpellationem usucapionis, & non movente litem possessori rei suæ: nam hoc casu si petat restitutionem suæ causæ adversus usucapionem, non est audiendus, quia, ut ait Paulus in *l. 16.* non negligentibus subvenitur, sed necessitate rerum impeditis. Et totum illud, aut verbum illud indefinitum, quod est in edicto, *Posteave*, temperabitur arbitrio prætoris, id est, ut ita demum restituatur, si non negligentia, sed temporis angustia post reditum non potuerit interpellare usucapionem. Prætor quod dixit, *Posteave*, simpliciter, id est, non satis definite, non satis explicate, ipsemet interpretatur.

Ad L. XVIII. eod. *Sciendum est, quod in his casibus restitutionis auxilium majoribus damus, in quibus rei duntaxat persequendæ gratia queruntur: non cum & lucri faciendi ex alterius pœna vel damno, auxilium sibi impertiri desiderant.*

Restant adhuc ex eod. tit. 5. leges, ac primum *l.* 18. Hoc edicto, quod antiquissimum esse Servii Sulpitii habita mentio in *l. 26. §. per magist. hoc tit.* demonstrat, succurritur majoribus 25. annis absentibus reipubl. causa, vel etiam absentibus ex qua alia justa & necessaria causa. Succurritur etiam captis ab hostibus, & iis, qui in vinculis, aut in servitute fuerint, intra annum utilem: postquam redierint, ne scilicet rei suæ damnum faciant, ut scilicet per id tempus, quo absunt, aut hostium, servitutisve potiuntur, si rem eorum aliquis bonæ fidei possessor usucepit, ex hoc edicto rescindatur usucapio, restituta iis utili actione in rem, & non tantum, ne damnum faciant, sed etiam, ne lucrum perdant, quod fecissent interim sine damno alterius, si absentes metus, vel reip. causa, vel si hostium servitutisve potiti non fuissent, ut si hereditatem luculentam, si legatum amplissimum, quod interim adquirere potuerunt; propter absentiam suam, vel captivitatem perdiderint, id recipiant posteaquam reversi fuerint intra annum utilem restituta actione ex testamento vel petitione hereditatis. Duo sunt genera lucrorum. Quædam lucra obveniunt sine damno alterius, ut hereditas & legatum: hæc recipiunt reversi beneficio ejus edicti, si ea perdiderint [illegible] causa, quod die legatorum cedente reipub. causa [illegible] relicta sub conditione [illegible] ut in *l. prox. §. ult. sup. l. 41. inf.* [illegible] idem Paulus eodem lib. scripsit in *l.* [illegible] *inf.* ex clausula generali [illegible] etiam non absentibus reip. causa, sed [illegible] justa causa, & necessaria, aut probabili [illegible] subveniri non [illegible] sed & si quid [illegible]

causa ex alterius pœna, vel damno auxilium sibi impertiri desiderant.* Recte, *pœna vel damno*, quia ex edicto restituuntur actiones, quæ rem persequuntur sine alterius detrimento, non actiones (quod maxime notandum) quæ pœnam vel ultionem persequuntur: non etiam, quæ rem persequuntur cum alterius detrimento: quæ definitio est elegantissima.

Ad L. XXII. eod. *Ergo sciendum est, non aliter hoc edictum locum habere, quam si amici ejus interrogati fuerint, an defendant: aut si nemo sit, qui interrogari potest. Ita enim absens defendi non videtur, si actor ultro interpellat, nec quisquam defensioni se offerat, eaque testatione complecti oportet.*

Ad §. *Sicut igitur damno eos adfici non vult, ita lucrum facere non patitur.*

Ad §. Quod edictum etiam *ad furiosos, & infantes, & civitates pertinere Labeo ait.*

Sequitur l. 22. Sciendum est, ex hoc edicto non tantum absentibus subveniri adversus præsentes, si quid per justam absentiam suam amiserint, aut lucrati non fuerint, quod ad præsentes pervenerit, sed etiam hoc edicto subveniri præsentibus adversus absentes, si absentes rem præsentium, quam ante absentiam bona fide possidere cœperant, tempore absentiæ, dum non est, qui eos defendat, quique eorum nomine interpellari possit, usuceperint, vel si quid dum absunt illi, alter præsens non utendo amiserit, cum absens non defenderetur, veluti si amiserit usumfructum, qui amittitur non utendo intra certum tempus, vel etiam, inquam, si qua absentes temporali actione liberati sint, dum non est qui eorum nomine judicium accipere & rem defendere velit. Prætor enim, ut ait hæc lex, sicut absentes damno affici non vult, ita lucrum facere non patitur cum alieno detrimento, videlicet si quod nullus eis defensor esset, quid alter propter eorum absentiam amiserit. At si absentibus defensor fuerit, præsentibus adversus eos non competit auxilium restitutionis, quia imputare sibi debet actor, cur defensorem absentis non convenerit, qui nomine absentis judicium accipere non detrectavit. Defensor absenti esse videtur non tantum, si procuratorem domi reliquerit cum generali mandato & ad agendum, & ad defendendum, verum etiam, si quis ultro se ingerat sine mandato, & offerat se ejus defensioni. Item si quis ultro requisitus ab actore nunquid velit absentem defendere, non recuset eum defendere, ut *l. prox. §. ult. sup.* Sane ut Paulus ait in *l. 22.* actor, cui in absentem competit actio, amicos absentis ultro interrogare debet, an eum absentem defendant. M. Tullius pro Quintio: *Non debeo, inquit, statim a prætore postulare, ut mihi ex edicto absentis debitoris mihi possideri liceat, sed primum* [illegible], *deinde si latitare, aut diutius ludificari* [illegible], *amicos convenire, quærere quis procurator sit, domum denuntiare.* Et Ulpianus in *l. 5. §. 1. quib. ex caus. in possess. eat.* Priusquam eatur in possessionem bonorum pupilli vel absentis, requirendos esse cognatos, vel affines, vel amicos absentis, quos verisimile sit non omissuros defensionem. Quid si nemo velit absentis defensionem suscipere, vel si nemo exstat; qui interrogari possit ab [illegible] testatione complecti, id est, [illegible] debet in scriptum redigere, se neminem [illegible] defensorem invenisse, [illegible] in integrum [illegible] audiendus erit. Addit Paulus in fine [illegible] non tantum absentibus & adversus absentes, sed etiam furiosis, infantibus, civitatibus, [illegible] potestatem non facerent, aut

aut judicem corrupissent, ut ne jus diceret, ne præberet audientiam, atque ita ut eluderent actorem, si nec haberint defensorem, adversus, inquam, eos, qui cum essent præsentes, & secum agendi potestatem non facerent, nec defenderentur, vel ut dixi, judicem corruperunt, ut in *l. 26. §. item per magist. hoc tit.* rem alienam ita usuceperint, vel actione aliqua soluti fuerint ob id, quod trahendo judicium & procrastinando, dies ejus actionis exierit, quæ erat temporalis, cum non faciunt potestatem agendi secum. Itemque dari restitutionem in integrum adversus eos, qui se conveniri quidem patiuntur, & potestatem sui faciunt in publico, sed quo minus lis cum eis contestetur, morantur, frustrantur, diem ex die trahunt, ut interim dies actionis prælabatur, & ipsi tempore liberentur. Etiam adversus tergiversatores ejusmodi datur restitutio in integrum, si prolactaverint, & protraxerint actorem in extremum diem actionis, quod Paulus tradit in *l. 24. eodem tit.* Et hoc est apertissimum, jamque habemus quatuor leges. Et restat tantum 5. quæ est 30. ejusdem tit.

Ad L. XXX. eod. *Cum miles, qui usucapiebat, decesserit; & heres impleverit usucapionem: æquum est rescindi, quod postea usucaptum est; ut eadem in heredibus, qui in usucapionem succedunt, servanda sint: quia possessio defuncti, quasi juncta descendit ad heredem, & plerumque nondum hereditate adita, completur.*

Ad §. Si is, *qui reipub. causa abfuit, usucepit, & post usucapionem alienaverit rem; restitutio facienda erit: & licet sine dolo absfuerit, & usuceperit, lucro ejus occurri oportet. Item ex reliquis omnibus causis restitutio facienda erit; veluti si adversus eum pronuntiatum sit.*

tantum suum factum, vel suorum, veluti remigum, aut eorum, quorum opera cauponam vel stabulum exercet, sed etiam vectorum & viatorum, quos recipit hospitio repentino, si quid perierit, aut deterius factum sit: quia id omne in se recepit. Posteriore autem actione in his rebus, quas salvas fore non recepit, exercitor præstat tantum suum factum vel suorum, quorum opera & ministerio in navi, caupona, stabulo utitur, atque etiam suorum hospitum, quos perpetuo habitandi causa receperit, aut in longum tempus, non etiam præstat factum vectorum aut viatorum, quia hos non eligit, nec viatores repellere potest, quo minus hospitio repentino excipiantur: signum tabernæ vel cauponæ appositum exercitórem in hoc obligat, ut quemcumque transeuntem excipiat; Nauta vectores, caupo viatores non eligit, & ideo non præstat eorum maleficium. At illos, quorum opera negotium illud exercet, ipse eligit, & suo periculo adhibet. Itaque non si quid illi sibi invicem subripuerint, damnumve dederint, si vectores aut viatores scilicet, non etiam, si ministeria, quibus utebantur, sibi invicem damnum furtumve fecerint, eo nomine non tenetur: sed si quid viatoribus aut vectoribus ministri, vel hospitio perpetuo recepti in ipsa navi, vel caupona, vel stabulo subripuerint, sive qua in re damnum injuria dederint, eo nomine tenetur quasi ex maleficio, culpæ scilicet suæ nomine, qui tales adhibuit, qui opera malorum hominum usus est, *l.5.§.ult.de oblig.& act.*& est ea actio, actio utilis furti. Et ita appellatur a Paulo 2.*sentent.de furt.*vel actio utilis legis Aquiliæ in duplum etiam in confitentem, quamvis alias non soleat actio legis Aquiliæ esse in duplum, nisi in inficiantem, ut & quæ datur in eum, qui servum alienum corrupit, sed hoc casu erit in duplum etiam in confitentem, *l.5. §. hæc actio, de serv. corrup.* Est etiam eo nomine actio furti, vel legis Aquiliæ in furem, vel in eum, qui damnum dedit in navi vel in caupona, stabulo, cum ibi esset, ut opem ferret, ut opitularetur exercitori, atque serviret. Sed actor alterutra actione contentus esse debet, actione in duplum in exercitorem, vel actione in duplum in furem, vel eum, qui damnum dedit. Quoniam in hunc si prius egerit exercitor, liberatur per exceptionem doli mali, *ne de ejusdem hominis admisso sæpius quæratur*. Sed si prius actum sit in exercitorem in duplum, & duplum solverit, exercitori, si culpa vacet, in furem actio furti competit, quia ejus interest, vel cedenda ei est actio legis Aquiliæ: aut si prius conventus exercitor in duplum forte absolutus fuerit; furi si postea conveniatur, prodest exceptio doli mali eadem ratione, ne de delicto ejusdem hominis sæpius agatur, *l.pen. §.ult.hoc tit.* quod maxime notandum est. Postremum hoc est, quod notare vos velim ex *l.ult.* quæ est de eadem actione in duplum in exercitorem: In hac actione venire nautarum factum, id est, eorum, qui in navi sunt navis navigandæ causa; veluti remigum, sive sint liberi, sive servi, & per eos damnum datum in navi furtumve factum sit, non etiam venire factum vectorum, ut dixi. At quid fiet, si quidam sint & vectores simul & nautæ, id est, remiges? sunt quandoque, qui remos agunt in navi, ait pro vectura, quos ut lex ult. *ναυτεπιβάτας* vocant, *nautas vectores*, qui sunt utrumque. Quid igitur, si quidam in navi sint nautæ simul & vectores: quid item si sint nautæ simul & mercatores, qui merces suas navi vehendas locaverunt? mercator est etiam vector, sive *ἐπιβάτης*, separatur tamen in *l.ult.*a vectore, atque etiam in l. Rhodia, separatur a vectore mercator, cum amplior locus in navi datur mercatori, quam vectori. Et invenio in Homero *ἐμπόρου* nomine significari etiam *ἐπιβάτην*, id est, vectorem quemcumque etiam non mercatorem, qui aliena navi vehitur, Odyss. ult. *ἔμπορος εἰλήλουθας νηὸς ἐπ' ἀλλοτρίης.* Ἔμπορος, inquit, *est qui navigat in navi aliena.* Et Odyss. 2. *εἰμὶ μὲν ἔμπορος ἐγὼ*, &c. *Sum*, inquit, *ἔμπορος, quia neque navi mea vehor, neque remos ago*. Igitur *ἔμπορος* est, qui navi aliena vehitur: sed aptatur etiam hoc nomen ad negotiatorem, verum non proprie, nisi ad maritimum: nam & *πόρος*, & *πορεία* est proprie iter maritimum: sed tamen, ut dixi, potest quis esse nauta, & *ἐπιβάτης*, id est, vector, nec tamen erit mercator. At omnis nauta mercator idem & vector est. Et in his omnibus, sive quis sit *ναυτεπιβάτης*, id est, *nauta vector*, sive nauta mercator, ei datur actio in exercitorem, si quid amiserit in navi: factum quoque ejus exercitor præstat, non tanquam vectoris, quia factum vectorum non præstat, sed tanquam nautæ, quoniam mixtus est ex utroque.

JACOBI CUJACII J.C.

In Lib.XIV. PAULI AD EDICTUM,

RECITATIONES SOLEMNES.

Ad L. VIII. Qui satisd. cogantur. *De die ponenda in stipulatione solet inter litigatores convenire. Si non conveniat, Pedius putat in potestate stipulatoris esse, moderato spatio de hoc a judice statuendo.*

Ad §. Qui mulierem *adhibet ad satisdandum, non videtur cavere. Sed nec miles, nec minor vigintiquinque annis probandi sunt: nisi hæ personæ in rem suam fidejubeant, ut pro suo procuratore. Quidam etiamsi a marito fundus dotalis petatur, in rem suam fidejussuram mulierem.*

Ad §. Si servus inveniatur, *qui antequam judicium accipiatur, fidejussit judicatum solvi: succurrendum est: fortasse & mulieri propter imperitiam.*

Ad §. Si fidejussor *judicatum solvi, stipulatori heres extiterit, aut stipulator fidejussori, ex integro cavendum erit.*

Ad §. Tutor & curator, *ut rem salvam fore pupillo caveant, mittendi sunt in municipium: quia necessaria est satisdatio. Item de re restituenda domino proprietatis, cujus ususfructus datus est. Item legatarius, ut caveat evicta hereditate legata reddi, & quod amplius per legem Falcidiam ceperit. Heres quoque ut legatorum satisdet audiendus est, ut in municipium mittatur. Plane si misso jam legatario in possessionem, cum per heredem staret quo minus caveret, heres postulet, uti de possessione decedat: paratumque se dicat in municipio cavere: impetrare non debebit. Diversum si sine culpa aut dolo heredis missus sit in possessionem.*

Ad §. Jubeatur jurare *de calumnia, ne quis vexandi magis adversarii forsitan, cum Romæ possit satisdare, in municipium evocet. Sed quibusdam hoc jusjurandum de calumnia remittitur: veluti parentibus & patronis. Sic autem jurare debet, qui in municipium remittitur:* Romæ se satisdare non posse, & ibi posse, quo postulat remitti: *Idque se non calumniæ causa facere: Nam sic non est compellendus jurare alibi se quam eo loco satisdare non posse: quia si Romæ non potest, pluribus autem locis possit: cogetur pejerare.*

Ad §. Hoc autem *tunc impetrabitur, cum justa causa esse videbitur. Quid enim si cum erat in municipio noluit cavere? hoc casu non debet impetrare: cum per eum steterit, quo minus ibi, quo ire desiderat, satisdaret.*

EX Lib. XIV. est tantum l. una, scil. 8. *Qui satisd. cog.* quæ tota est de prætoriis satisdationibus, sive stipulationibus quamplurimis, & de ea parte edicti, qua auditur reus, a quo desideratur satisdatio, qui in alium locum se remitti postulat satisdandi causa, si justa causa esse videatur, & si, quod etiam jubetur edicto, ante omnia juret de calumnia. Ac primum initio hujus legis octavæ, agitur de satisdatione judicio sisti, & ait, deponenda die, in quam reus judicio sisti promittat, solere convenire inter litigatores, inter actorem & reum, inter stipulantem & promittentem. Sed si de eo die inter eos non conveniat, inquit, id est, si dissentiant in ea die ponenda, sic Basilica, *εἰ διχονοῶσιν*, id est, si dissentiant, quod aperit plane sensum hujus loci, tunc in arbitrio esse stipulatoris solius, quem diem ponat, nempe hoc modo stipulaturum si velit, etiam dissentiente reo, *in diem quintum proximarum Calend. inque locum illum vadimonium sisti promittis?* Ita tamen, ut judex moderetur spatium temporis,

si forte quod stipulatione comprehensum est, angustius videatur, *moderato*, inquit, *spatio de hoc a judice statuendo*, quæ verba proculdubio Triboniani sunt. Et hoc est, quod proponitur initio hujus legis, *de caut. jud. sisti*. Cui nihil obstat *l. ita stipulatus*, ut expediam glossam, *de verb. oblig.* quia ut etiam ex Irnerio glossa refert, hæc lex 8. loquitur de concipienda stipulatione judicio sisti, puta in quam diem sit concipienda: at illa *l. ita stipulatus* loquitur de jam concepta stipulatione judicio, vel quo alio loco sistendi causa: quæ si diem non habeat, cum id ageretur, ut haberet, id est, si in ea dies per errorem omissus sit, quo sisti oporteat, inutilis est. Nihil etiam *l. si finita, in princ. de dam. infec.* adversatur nec huic legi, nec illi. Quia hæc, ut dixi, est de concipienda formula stipulationis, de die, quæ stipulationi concipiendæ est apponenda. Illa lex *si finita*, est de jam concepta stipulatione damni infecti, in qua per errorem dies omissus est, in quem finiretur stipulatio, & promissor liberaretur. Neque etiam *l. ita stipulatus*, quoniam hæc loquitur de die, quo impleri stipulationem, id est, quo certo loco sisti oporteat, qui si per errorem omissus sit, inutilis stipulatio est & imperfecta. Illa autem lex *si finita*, loquitur de die, in quem stipulatio damni infecti finem accipit, qui si sit omissus per errorem, suppletur a prætore facta interpretatione ex eo, quod plerumque fieri solet: Ita ut in quem diem solet caveri damni infecti, puta si intra 30. dies ædes ruerint, in eum si per errorem omissus sit, cautum intelligatur: & ita hæc sunt explicanda. Hæc autem satisdatio judicio sisti, aliquando est voluntaria, aliquando necessaria: id est, aliquando ex conventione litigatorum interponitur, puta de die, quo sese sisteret in judicio convenientibus litigatoribus, aliquando interponitur ex edicto prætoris, ut *l. 1. sup. in jus voc. ut eant*, & multum interest, utrum necessaria, an voluntaria sit satisdatio. Nam ut docet lex prox. §. 1. *sup.* si sit necessaria, si coacta, & non facile possit reus eam ibi præstare ubi convenitur, ut si conveniatur Romæ, aut in *μητροπόλει* provinciæ suæ, nec possit ibi invenire fidejussores, qui pro eo fidem suam obstringere velint, potest audiri, si in municipio suo, vel in alia ejusdem provinciæ civitate satisdationem præstare paratus sit, & remittitur in id municipium eamve civitatem, ut ibi satisdet, cum non possit satisdare ubi convenitur. Si autem satisdatio voluntaria est, si proficiscatur ex conventione utriusque partis, in alium locum non remittitur satisdandi causa: sed quo loco convenit de satisdatione, eo satisdare debet: quia ipse ibi satisdandi necessitatem sibi imposuit, non lex aut edictum prætoris, *d.* §. 1. Locus est singularis. Et eodem modo, stipulatio rem ratam dominum habiturum, aliquando est voluntaria, id est, ex conventione, aliquando necessaria, id est, ex edicto prætoris, *l. interdum, rem rat. hab.* Stipulatio quoque judicatum solvi, alias voluntaria est. Quidni? Alias necessaria, nimirum ex edicto prætoris. Et ad hanc satisdationem, sive stipulationem jud. solvi, videntur pertinere quæ sequuntur in hac *l. 8.* usque ad §. *tutor*: mulierem non esse idoneam ad satisdandum pro reo jud. solvi, quia intercessio ejus improbatur Senatusconsulto Vellejano: militem quoque, & minorem 25. annis, ut ait §. 1. non esse probandos, *ne devoir estre receuz*, satisdantes pro lite aliena, quia facile restitui & relevari possunt. Sed hoc ita, nisi eæ personæ in rem suam fidejubeant, veluti pro procuratore suo ad litem suscipiendam, & defendendam dato, qui utique satisdare debet jud. solvi, *l. 8. §. ult. de procur.* vel mulier pro marito suo, a quo petitur, id est, vindicatur fundus dotalis, quem possidet. Nam ut ait *l. quamvis, de jur. dot.* quamvis in bonis mariti sit fundus dotalis, mulieris tamen res est, res est uxoria. Lex *Titio centum, §. Titio genero, de cond. & dem.* *emolumentum ad mulierem pertinet*. Ac similiter Boetius in Topic. Cicer. *Dotem constante matrimonio esse in bonis mariti, atque etiam in uxoris jure, & post divortium velut rem uxoriam peti.* Ergo, ut ait in §. *quidam*, maritus, a quo petitur fundus dotalis, quem possidet, sane hoc jure actori debet satisdare judic. solvi, ut *l. 8. & n. jud. solvi. l. 34. de fidejus. l. in causa, §. si ex parte, de procur. l. pen. de dolo, §. 1. Instit. de satisdat.* Et pro marito recte uxor fidejubet judic. solvi, quia in rem suam fidejubet, fundus dotalis res est sua. Dices: Imo possessor fundorum satisdare non compellitur. Satisdare, est fidejussorem dare. Qui possidet fundos, qui possidet immobilia multa, satisdare non cogitur, sed repromittere vel jurato repromittere. Qui prædia habet, non cavet prædibus, *l. pen. hoc tit.* Maritus, inquies, possidet fundum dotalem. Ergo satisdato non cavet jud. solvi. Delenda glossa, & dicendum cum Paulo Castrensi, & Alexandro ab Imola, eum, qui non possidet, nisi eum fundum, de quo est controversia, satisdare compelli, ut in *l. Julian. hoc tit.* non eum, qui alia prædia possidet, quo nihil est neque certius, neque apertius. Pergamus igitur ad §. si servus.

AD §. *Si servus*. Si pro reo servus fidejusserit jud. solvi ante litem contestatam, ut fit, solet enim hæc cautio præstari ante litem contestatam, ante judicium acceptum, ut *l. Julian. inf. h. t. & l. 8. jud. solvi*, & actor ignoraverit eum esse servum, quem fidejussorem accipiebat, errore comperto succurrendum ei esse, ut ex integro ei caveatur, justo & idoneo fidejussore ei dato. Semper etiam majoribus errantibus in facto succurritur, veluti in conditione personæ, in statu fidejussoris, quem accipiunt: Succurrendum ei, inquam est, quia servus, qui pro alio fidejubet, ne jure quidem naturali obligatur, nec ejus dominus tenetur de peculio, *l. in persona, §. 1. de pact. l. 20. de fidejuss. l. 3. §. si filiusfam. de pecul.* videlicet, si extra rem peculiarem fidejusserit, ut in casu proposito. Scienti autem non succurritur, id est, ei, qui sciens servum fidejussorem accepit judic. solvi: non est ex integro cavendum, non est ei succurrendum, nisi fuerit mulier aut minor 25. annis, quoniam iis jus ignorare permissum est. Denique propter imperitiam juris, iis etiam scientibus eum, qui fidejubet jud. solvi, servum esse, succurrendum est, quia per errorem juris existimarunt etiam servum fidejubere posse. Iis errantibus in jure ignoscitur, non etiam maribus majoribus 25. annis.

AD §. *Si fidejussor jud. solvi.* Additur in §. *si fidejussor*, ex integro quoque cavendum esse, si fidejussor jud. solvi stipulatori, vel contra stipulator fidejussori heres extiterit, quia confusione sublata est prior obligatio, & certum est prætorias stipulationes, qualis est jud. solvi, sæpius interponi, quum sine culpa stipulatoris cautum esse desiit, *l. 4. de prat. stip. l. 10. h. t.* Post hæc Paulus proponit in §. *tutor*, multas alias species stipulationum prætoriarum, sive satisdationum, veluti rem pupilli salvam fore, quam præstant tutores, aut curatores pupillo, vel adolesc. vel servo ejus, vel servo publico, & satisdationem, quæ appellatur fructuaria, quam scilicet fructuarius domino proprietatis præstat, nempe finito, vel amisso usufructu, rem proprietario restitutum iri, & quod inde extabit, de qua in tit. *usufruct. quemad. cav.* Et proponit etiam satisdationes, quas legatarii, quibus legata præstantur, heredibus præstant, nempe satisdationem *evicta hereditate legata restitutum iri*, vel satisdationem, *quod amplius legatorum nomine ceperit, quam per legem Falcidiam licuerit redditum iri*, de quibus in *tit. si cui plus quam per l. Falcid.* Ac præterea satisdationem legatorum vulgarem, quam heres legatariis præstat, nempe, *his diebus dari fierive, quibus testator dari, fierive jussit, dolumque malum abesse*, de qua in titulo, *ut legat. nom. caveat.* Hæ omnes satisdationes propositæ in §. *tutor*, sunt necessariæ, quia ex edicto Prætoris interponuntur, & extorquentur invitis: & ideo si eas implere non possit is, a quo desiderantur, ubi convenitur, ut si Romæ convenitur, & Romæ eas satisdationes præstare non possit, fidejussores inventu sunt difficillimi, *l. 6. si cui plus quam per legem Falcid. l. omnes, §. præterea, C. de Episc. & cleric.* tunc recte postulat, se in municipium remitti, ubi dicit, sibi esse facilius fidejussorem invenire, easque satisdationes adimplere, atque præstare. Offerre autem legatorum satisdationem, heres plerunque debet, antequam legatarii mittantur in possessionem bonorum vice satisdationis, & aliquando etiam heres recte offert satisdationem legatorum, posteaquam legatarii vice hujus satisdationis missi sunt in possessionem bonorum omnium

omnium hereditariorum, legatorum servandorum causa, videlicet si per heredem non steterit, quo minus ante satisdaret; si sine dolo, inquit, aut culpa heredis legatarii missi sint in possessionem: alioqui si post moram heredis missi sint in possessionem, sera est oblatio satisdationis legatorum, quam heres se daturum offert municipio, atque ideo postulat, ut legatarii discedant de possessione: *Discedite*, inquit, *de possessione, equidem paratus sum in municipio satisdare legatorum nomine*. Nam si ubi convenitur satisdationem offerat, postquam legatarii missi sunt in possessionem bonorum, ita sane impetrabit, ut legatarii de possessione discedant. Et sic est accipienda *l. si pecunia*, §. *ult. ut in possessionem legat.* in illo loco, *vel si eo nomine satisdatum sit*, circumscripta glossa in illo loco §. *plane*, *si misso*, quæ aliter explicat eam *legem si pecuniæ*, §. 1. Sed res clara est, si dicas, missos legatarios in possessionem vice satisdationis, cum dolo vel culpa heres cessat satisdare legatorum nomine, discedere debere de possessione, si postea heres ibi, ubi convenitur offerat satisdationem, non etiam, si dicat, se in municipio satisdare paratum esse, neque enim poterit adversarium evocare in municipium, sed ibidem debet, si velit eum expellere de possessione, ei satisdare, ubi ille agit: Non aliter autem impetrat, qui superiores satisdationes præstare debet, ut exempli gratia, Roma in municipium suum remittatur satisdandi causa, nisi prius juraverit de calumnia. Jubetur, inquit in §. *jubetur*, de calumnia jurare: jubetur scilicet edicto Prætoris jurare, se vexandi adversarii (id est, calumniæ causa, calumnia est vexatio) in municipium adversarium non evocare, ut ibi satis accipiat, sed quod Romæ satisdationem præstare non possit: quod Romæ, ubi convenitur, non inveniat fidejussores, in municipio sit facile inventuros: non cogitur jurare alibi, quam in illo municipio satisdare non posse, ne pejeret, si forte pluribus aliis locis satisdare possit. Satis igitur est, si juret se ibi, ubi convenitur satisdare non posse. Sed ut solet semper, hoc jusjurandum calumniæ remittitur parentibus & patronis, *l. licet, de obseq. par. l. 16. 34.* §. *qui jusjurandum, de jurejur.* Parentes & patroni, quibuscum agitur petita edicti venia, si ab iis satisdatio desideretur, ab eo loco, ubi conveniuntur, remittuntur in municipium, ubi commodius satisdare possunt, etiamsi non juraverint de calumnia. Postremo notat Paulus in hac lege elegantissima, ita demum audiri eos, qui postulant se in municipium remitti satisdandi causa, si justa causa esse videatur. Hoc autem tunc impetrabitur, quum justa causa esse videbitur, quæ verba: *Cum justa causa esse videbitur*: profecto sunt verba edicti, quæ & in aliis locis edicti occurrunt sæpe. Ergo non temere hoc datur, ut alibi satisdent, quam quo loco conveniuntur, ut in alium locum perducant adversarium satis accipiendi causa, sed causa cognita, si justa causa esse videbitur, hoc postulandi: Nam exempli gratia, si per eum, qui hoc postulat, semel steterit, quo minus in municipio illo satisdaret, frustra iterum in illud municipium adversarium temere ire compellet satisdandi causa. Et hoc casu æquum est, ut omnimodo ibi, ubi convenitur satisdare compellatur.

JACOBI CUJACII J.C.

In Lib. XV. PAULI AD EDICTUM, *RECITATIONES SOLEMNES.*

Ad L. II. de Public. judiciis. *Publicorum judiciorum quædam capitalia sunt, quædam non capitalia. Capitalia sunt, ex quibus pœna mors, aut exilium est, hoc est, aquæ & ignis interdictio. Per has enim pœnas eximitur caput de civitate: Nam cetera non exilia, sed relegationes proprie dicuntur: tunc enim civitas retinetur. Non capitalia sunt, ex quibus pecuniaria, aut in corpus aliqua coercitio pœna est.*

Ex Libro XV. habemus etiam unam tantum legem, quæ est de publicis judiciis. Hæc lex judicia publica dividit in capitalia, & non capitalia, & definit, quæ hæc & illa sint. Sed hoc in primis curæ non mediocris est, ut quæramus, quæ causa fuerit hic agendi de publ. judiciis, quorum tractatum rejectum esse videmus in lib. 48. Digest. in extremam scilicet partem Digestor. & qui factum quoque fuerit, ut ex illo lib. nobis relicta sit illa tantum *lex 2. de publ. judic.* & similiter ex lib. superiori, ut lex duntaxat 8. *qui satisd. cog.* & ex seq. lib. duæ tantum leges, & hæ pusillæ admodum & parva de re, quæ labis, jacturæve tam magnæ causa sit, id ego hic, animos adhibete, docebo. Quem titulorum & rerum ordinem in his Digestis servasse Tribon. videmus, is est ordo edicti perpetui a Julia. digesti, ut idem ipse Tribon. sub nomine Justinian. testatur in constit. de conceptione Digestorum, quæ præfixa est hisce Digestis, cum aliis duabus, atque etiam, ut opinor, sub nomine Hermogeniani, in *l. 2. de statu homin.* Et eundem ordinem nemo ambigit Paulum esse secutum in libris suis ad edictum, aut certe de eo non est, quod ambigat quisquam. Unde cum primo post tit. de arbitris, qui ex compromisso arbitrium receperunt, & de iis, quæ nautæ, caupones, stabularii salva fore receperunt, cum videamus in his Digestis dari titul. de judiciis, non absre adducimur, ut credamus, post edicta de receptis, Paul. dedisse edicta de judiciis, & quæcumque ad judicia in genere pertinerent, priusquam veniret ad species judiciorum singulas, & ea de judiciis dedisse, quod innumera essent, non uno tit. tantum, ut Tribon. fecit, sed pluribus, quia & de judiciis, vel edicta, vel leges fuisse quamplurimas credibile est. Nec ullo libro quoque ea dedisse, sed pluribus propter rei magnitudinem. Primum enim superiore lib. qui est 14. proposuit edicta de stipulationibus & satisdationibus judiciariis, veluti jud. solvi, quæ modo voluntaria est, & diem, in quem sisti oporteat, accipit ex conventione litigantium, vel arbitrio stipulatoris; *d. l. 8. qui satisd. cog.* modo necessaria est prætore statuente diem, ut in *l. 2.* quam prætermisi nudius tertius, §. *sed si dubitetur, de jud.* quæ plurimum ad hanc rem facit, & item de satisdat. judicatum solvi, quæ similiter aut voluntaria, aut necessaria est, id est, aut conventionalis, aut prætoria est, & de satisd. rem ratam haberi, & de aliis innumeris, quarum tamen omnium memoriam Tribon. nobis relinquere noluit, quod pleræque desuetudine, sive in usu obsolevissent, & hodie moribus nostris omnes obsoleverunt. Et ut hoc obiter doceam, cur hodie omnes judiciales satisd. exoleverint, vastato orbe Romano quamplurimis & calamitosissimis bellis cum domesticis, tum externis, cum ad exiguum numerum cives Romani redacti essent, nec fidejuss. facile invenirentur idonei, qui se pro aliis obligarent in tanta paucitate, & paupertate hominum, quam clades bellorum invexerat, & in tam rara inter homines humani officii colendi ratione, quod jam eos continua bella feros & immanes reddidissent: Eo res deducta est, vel potius eo necessitas rerum res perduxit, ut in judiciis satisdationes, quæ fiunt datis fidejussorib. remitti necesse foret. Manserunt repromissiones & cautiones nudæ judicio sisti, judicatum solvi, & similes, sed eæ, cum vulgares & solemnes essent, & cum esset pronum cuique eas præstare, paulatim etiam omissæ sunt, & habitæ pro interpositis, pro non omissis. Et ideo nec ullæ hodie interponuntur, quia tacite interpositæ intelliguntur, ut in plerisque aliis causis, quod vulgo fieri olim solebat, hodie non fit, sed pro facto habetur, *l. ult. C. quæ res pign. oblig. poss. l. ult. C. de remiss. pign l. ult. C. de fidejuss.* Hinc origo tot tacitarum stipulationum, & tacitarum hypothecarum in jure. Porro, ut dixi, ex lib. sup. qui fuit de satisd. judiciariis, de iis tam pauca restant, nempe illa duntaxat lex 8. quod earum magna pars obsolevisset ætate Justin. ut hodie omnes obsolevisse constat. At post satisdationes Paulum in his lib. ad edictum tractasse de judiciis, idem ipse argumentum præbet *lib. 1. sent.* in quo proponit tit. de judiciis omnibus, sed primum tit. de satisd. qui ordo titul. etiam servatur in Cod. Justin. ut præcedat titul. *de satisd.* sequatur titulus de judiciis.

ciis. Et placet valde, quod Paulus *lib. 1. sent.* ita generaliter concipit tit. de judiciis. *De judiciis omnib.* inquit. Nam ex eo intelligimus sub eo titulo expositas fuisse varias divisiones, & varia genera judiciorum, & illam præcipue divisionem, quæ summa & capitalis est, ut ita dicam, in judicia privata & publica. Unde non mirum, si post traditas lib. 14. satisdationes judiciarias, quæ judiciales dicuntur (ut obiter moneam) non a judicibus, sed a judiciis, quia propter judicia interponuntur, ut irrita non sint, *l. 1. de præt. stipul.* simul ac traditas ceteras prætorias, & necessarias satisdationes, hoc lib. 15. non mirum, inquam, si Paulus posita divisione judiciorum in privata & publica, rursus subdividat publica in capitalia, & non capitalia, *l. 2. de publ. judic.* Docens (ut eam breviter expediam) capitalia judicia publica, quæ omnibus patent esse ea, quorum pœna est mors, vel exilium, id est, peregrinitas, mors naturalis, vel civilis. Strictius aliquando judicia capitalia dicuntur ea tantum, quæ ultimam pœnam irrogant, ultimum supplicium, quod mortem naturalem interpretamur. Quæ irrogant pœnam sanguinis, ut loquuntur, sanguinem accipientes pro cæde vitæ, ut illo loco, *multo vitam cum sanguine fudit*: neque enim omnis ultima pœna sanguine persolvitur. Et sic in *l. transigere, C. de transact. l. ult. C. si reus vel accusator mort.* capitalia crimina dicuntur ea tantum, ex quibus pœna mors est naturalis, non exilium. At frequentius etiam ea capitalia dicuntur, ex quibus pœna est exilium, id est, amissio civitatis, sive peregrinitas, quæ contingit per aquæ & ignis & tecti interdictionem, vel per deportationem in insulam cum publicatione omnium bonorum, quæ media est capitis deminutio. Et multo magis capitalia dicuntur etiam ea, ex quibus pœna est maxima capitis deminutio, id est, amissio civitatis & libertatis, quæ contingit per damnationem in metallum, veluti ex l. Jul. Majest. & l. Cornel. de sicar. Non capitalia autem sunt, ex quibus pœna est relegatio in insulam, quæ & exilium dicitur improprie: exilium scilicet, quod salva civitate contingit, ut ait *l. 4. §. 1. si quis caution.* ex qua nulla contingit capitis deminutio. Exemplo est crimen publicum ex leg. Julia de adult. cujus pœna, ut ex sententiis Pauli noviter repertis didicimus, in adultera est relegatio in insulam, & ademptio dimidiæ partis dotis, & tertiæ partis bonorum, ita ut in diversas insulas relegarentur, quod nondum cuiquam compertum erat certo. Non capitalia etiam sunt, quibus pœna pecuniaria imponitur, vel coercitio corporalis, veluti fustium admonitio, ut olim ex *l. Fabia, & ex lege Visellia*, de qua est titulus in *C. ad legem Viselliam*. Et hæc est divisio judiciorum publicorum, quæ proponitur in *d. l. 2.* Credibile autem est & hoc lib. 15. Paulum proposuisse alias judiciorum divisiones, & quidem plurimas, quæ prætermissæ sunt a Triboniano, forte an quod in usu ea judiciorum genera esse desiissent, ut & hoc lib. & seq. multa alia, quæ de judiciis Paulus scripserat, id est, de ordine omnium judiciorum, & modo exercendarum & disceptandarum litium, de quo officio judicis in cognoscendo, & de formulis, quod jam tum omnia judicia facta essent extraordinaria, nec peragerentur ex legibus solemni more, solemni ordine, ritu, *l. ordo, de publ. jud. l. actio, de neg. gest. l. 2. ex quib. caus. majores*, §. *ult. Inst. de interdict.* Prætermissa esse etiam pleraque eadem ratione de veteribus edictis, aut legib. judiciariis, veluti Sempronia, Servilia, Cornelia, Pompeja, Aurelia, quas fuisse judiciarias docet Philip. 1. M. Tullii. Ea, inquam, omnia, quod obsolevissent, Tribonianus noluit his libris inserere, neque etiam ea forte, quæ de foro competenti, & de loco, quo judicia exerceri solent Paulus scripserat, quod eorum ratio immutata esset: nec de tempore finiendarum litium, quod a Justiniano mutatum erat in *l. properandum, C. de jud. l. ult. C. ut intra certum temp.* Ex his etiam, quæ hodie usui esse poterant, quæ Paulus his libris insperserat, veluti de personis, quæ in judicio consistere, & quæ judicio præesse possunt, & de litigatoribus contumacibus, qui adesse jubentur, nec veniunt de frustratoribus, potuit Tribonianus prætermisisse quædam, quod ex aliis auctoribus ea satis exposuisset in titul. *de judic.* Hinc factum est, ut ex lib. seq. qui etiam erat de judiciis omnibus, duæ tantum supersint leges.

JACOBI CUJACII J.C.

In Lib. XVI. PAULI AD EDICTUM, *RECITATIONES SOLEMNES.*

Ad L. VIII. de Petit. hered. *Legitimam hereditatem vindicare non prohibetur is, qui cum ignorabat vires testamenti, judicium defuncti secutus est.*

In hoc Libro duæ tantum sunt leges. Una est *l. 8. de pet. heredit.* quæ hoc tantum docet, eum, qui per errorem judicio centumvirali ex testamento, quod jure non valet, hereditatem petiit, errore comperto non prohiberi postea emendato eodem judicio, hereditatem petere ab intestato. Quod confirmat *l. mater, de inoffic. testam. & l. illud dubitari, in fin. de acquir. hered. l. 2. C. de success. ed.*

Ad L. CXXIV. de Regul. juris. *Ubi non voce, sed præsentia opus est, mutus si intellectum habet, potest videri respondere. Idem in surdo. Hic quidem & respondere potest.*
Ad §. Furiosus *absentis loco est. Et ita Pomponius libro primo epistolarum scribit.*

Altera est *l. 124. de reg. jur.* quæ lex quo pertineat, non animadvertunt: sane non pertinet etiam, nisi ad judicia: *ubi non voce, &c.* Respondere quid est? Respondere litigator videtur, qui præsens judicio adest, etiamsi nihil ipse loquatur. Præsentia utriusque adversarii opus est, non etiam voce, præsentia pro voce est, ut respondere intelligantur, ut in *l. & post edictum, de jud. l. 1. & 2. C. de hered. vend.* Habent patronos, habent procuratores, sive cognitores, qui sunt procuratores præsentium, per quos intentionem suam judici exponere possunt. Illorum non vox, sed præsentia tantum requiritur. Et ob id recte dicitur mutus in judicio consistere posse, ut in *l. si quis cum*, §. *ult. comm. divid.* quia respondere videtur, si præsto sit, & intelligat quid agatur. Et multo magis surdus in judicio consistere potest, & litigare, quia & hic ore suo respondere potest. Furiosus autem in judicio consistere non potest, *l. 49. de recept. qui arb. recep. l. furioso, de re judic.* quia etsi corpore præsens sit, tamen absentis loco semper habetur, quia caret intellectu, *l. 2. §. pen. de jure codicill. l. sed si unius*, §. *filiofamil. de injur.* Et sententia dici debet præsentibus ambobus, ut est in 12. tab. in omnibus judiciis, *l. de unoquoque, de re jud. l. 19. C. ad leg. Juliam de adult.* Furiosus autem præsens esse nunquam intelligitur. Præsens est in judiciis, qui intellectu præsens est, non qui corpore solo. Quo fit, ut etiam furiosus, si furor ejus sit intervallaris, judex specialis dari possit, quia ejus, qui judex datur, præsentia vel scientia non exigitur: etiam absens recte judex datur: ergo & furiosus, *l. cum furiosus, de judic.* ut scilicet furore finito tantum judicio operam det. Et tamen mutus judex dari non potest, quia voce opus est, nec præsentia judicis sufficit. Et similiter surdus judex dari non potest, *l. cum prætor*, §. *non autem, de judic.* quia & auditu opus est. Necesse scilicet est, ut judex audiat litigatores, alioqui finire inter eos litem non posset.

JACOBI CUJACII J.C.

In lib. XVII. PAULI AD EDICTUM, *RECITATIONES SOLEMNES.*

Ad L. XII. de Judic. *Cum prætor unum ex pluribus judicare vetat, ceteris id committere videtur.*
Ad §. Judicem dare possunt, *quibus hoc lege, vel constitutione, vel SC. conceditur. Lege, sicut Proconsuli. Is quoque, cui man-*

mandata est jurisdictio, judicem dare possit: ut sunt legati, A proconsulum: item hi, quibus mandata est mera cognitio sine, propter vim imperii, sunt praefectus urbi, centumviri. Roma ubi praetores.

Ad §. Non intersunt *omnes judices dari possunt ab his, qui jurisdictis dandi jus habent: quidam enim large impertiuntur, ne judices sint, quidam minore, quidam moribus. Natura, ut viduae, uxores, & pupillae: familia, & impubes: quia judicio carent. Lege impediuntur, sui heredes sit. Moribus, famosi, & servi, non quia non habent judicium, sed quia exercere eo, ut civilibus officiis non fungantur.*

Ad §. Qui possunt *esse judices, nihil interest, an pauperes, an sui juris sint.*

LIBER. hic XVII. fuit etiam de judiciis omnibus, & conveniunt ea, quae hic dicuntur, ex quarta B 12. *de judic.* In unam rem sive litem a praetore non semper unus tantum datur judex: specialis, sed nonnumquam plures: ut *l. homologatur, ff. h. t. duo, de re judic.* Et si quidem praetor plures dederit, ac deinde omnes eos judicare vetet, judicium solvitur, *l. judicium, ead. l. si.* Sed si unum ex iis tantum judicare vetet, judicium non solvitur. Imo ut Paul. ait initio huius l. unum vetando judicare, ceteris id inuugere videtur, ut judicent. Deinde explicat Paul. in hac l. qui judices dare possint. Judices Litigatoribus dare in urbe potest, non tantum praetor maior magistratus vim imperii habens, *l. 1. ff. de offic. duo iure*, magistratus pares, eiusdi id ei nulla lex specialiter permiserit, atque adeo mandata jurisdictione transfert etiam judicis dandi licentiam, quae ei competit jure magistratus. At non tantum praetor judices dare potest, sed etiam praefectus urbis, *l. ult. ff. de off. praef. urb. & consul, l. 1. §. 1. de appell.* & praefectus praetorio, *l. 1. quis, & quae appell.* & omnes magistratus, qui jurisdictionique ordinis, *l. ult. quis, & a quo appell.* Et inde *l. 3. de certif.* quam inscriptio docet esse de magistratibus urbanis, jurisdictionem confitere ait, simulque & proconsulem, quod scilicet jurisdictionis immixtum est, confitere etiam ait in judicis dandi licentia. Provinciales autem magistratus, non quidem more municipum, sed more civium dare possunt, sed ali ex lege speciali, qua hoc eis nominatim dedit, ut Procuratores, ut legati Proconsulum, post mandatam illis jurisdictionem a proconsulibus, *l. 1. quae sententiae, ff. provinc.* legati Proconsulum post mandatam sibi jurisdictionem a Proconsulibus judices dare possunt, non ex mandato jurisdictionis, sed ex lege specialiter eis data dandi, ut ubi eis mandata effet jurisdictio, & judices dandi jus habeant. Alii vero SC. Consultissimo aliique, ut procuratores Caesaris, qui in castris filiisfam. dare, ut *l. 1. de appell. cum consensu, §. 1. de appell.* Judex etiam specialis datus a principe, non etiam a magistratu datus in eam causam, in quam judex datus a principe est, aliam dare potest, ut ait Scaevola, legatum, ut legatur, potest. *l. 5. C. de judic. l. 1. C. de appell quem reg. appell.* Et is sunt, qui judices dare possunt. Alii vero SC. aut constitutione: Sabinus Paulus, qui judices dari possint: & non pollunt quidem omnes judices dari, non tantum omnes dari ad judicandum: Nam alii lege impediuntur ne judicent, alii moribus, alii natura. Lege impediuntur feminae, qui fenatu muti funt, infamia notati ob crimen publicum: In nempe judices dari prohibentur, lege public. judiciorum, qua damnatae funt, *l. 2. de his, qui not. infam de ea poss.* Moribus natura impediuntur feminae & servi, quia moribus receptum est, ut civilibus officiis non fungantur. Civilia officia funt virilia, non muliebria, nec servilia, non feminea, *l. 2. de reg. jur.* Natura autem impediuntur furdus & mutus, qui in cognoscendo, audita & voce opus est, ita meminae surdum fenfu, quod fup. attigimus in *l. 124. de reg. jur.* Sunduis & mutus judices esse prohibentur, ut ait Paul. ratione & manifestissima *l. 1. §. furdi, ff. h. t. & de alii, ff. ad l. Iul. de adult.* natura etiam judicare prohibentur perpetuo furiosus & impubes, quia ut ait Paul. in hac, judicio carent. Argumentatur a nomine, judicio carent, ergo judices esse non possunt, ut in Instit. impuberes

C testamentum facere non possunt, quia nullum animi judicium habent, & testamentum ultimum judicium est, *l. mutae, de testibus, ff. tit.* Et recte ait, *perpetuo furiosus*: Nam si, cuius furor temporalis est, judex fieri potest, etiam dum furore corripitur, ut ubi ille furor recessit, tum judicio operam det, *l. rem furiosus, ead. loc. tit.* Et quod ait, *impubes*, extendi velim ad eum, qui nondum attigit plenum pubertatem, id est, 18. annum *ex l. quidam, de reg. jur.* Ptolemaeus Pindus notat in hac l. 12. qui judices dari possunt, eos, qui lege non impediuntur, vel moribus, vel natura, judices dari posse. Ive partialem. Sab. Iac. Gothofredus. Non judicare publicum & civile munus est, *l. 38. ff. loc. tit. l. pen. de testat. mil. nec. l. 2. de reguli. jur.* Et in publicis caulis non possunt judicare, qui ad id munus non apti, *ad Trebell. l. fi. filiusfam. de his, qui sunt sui vel alien. l. 6. quod cujusque universi.*

D Ad L. III. de Interrog. in jur. fac. *Quia plerumque dolofi probatio adire hereditatis eft.*

RIpoſuit etiam hoc libro Paulus edictum de interrog. in jure fac. Ex hoc edicto *de interrog.* qui conveniuntur in judicio interrogati a praetore, vel absolvertatio, ut *l. 9. §. 1. de interrog. in jur. fac.* refpondere coguntur fuo ore, & ex refpondo fuo obligantur, five verum dixerint, five mentiti fuerint: interrogati dicitur in jure, vel in judicio, non fi extra judicium, five, inquam, verum confiteantur, five inentiantur, ut fi a creditore hereditario in judicio interrogati, an heredes fint, & quota ex parte heredes fint, refpondeant, fe heredes effe ex femiffe, licet mentiantur, obligantur tamen pro femiffe. Et hac lege interrogantes in tuitelam fibi a praetore, vel adverfario in jure apud praetorem admitti poſſe, quo tutius difficile eft actori probare, *heredem* effe eum, cum quo agere conftituit: quia utex hoc libro Pauli eft prodirum in *l. 3. de interrog. in jure fac.* difficile eft hereditario probatio adire hereditatis: maxime hodie fubleto teſtium hereditarium, quae ſolebant palam & ſolemniter, adhiberi, *l. 21. §. 4. de teſtam. l. 1. ff. ad Trebell. Actorum : Centumvir hereditatis Plinii fuiſſe faſtum teſtibus profitendo 62.* At hodie fi nemine adhibito, nuda voluntate teſtamenta fiunt, ut *l. 21. §. 4. de teſtam.* ita res eft probatio, & unde eſſe eft prius interrogari cum, cum quo actuius eft creditor hereditarius, quali cum herede, an heres fit eius, qui hereditatem reliquit, an non? & quid refpondere fit. Et fecundum hae eodem ipſo libro Paulus

E Ad L. XII. de Interrog. in jure fac. *Si filius, qui abſtinuit ſe poterna hereditate, in jure interrogatus, an pater ſuus ſit heredem eſſe, teneatur. Num ita refpondendo pro herede geſſiſſe videatur. Sin autem filius, qui ſe abſtinuit, interrogatus tenuerit: fuctumne ſuum, quod patri ſuo abſtinenti, pretor non habet heredis loco.*

Interrogationibus, quae inſtituta in judicio contra reos actio, *nihil opus eſt exemplis, ut ait Paul. qui ex his interrogationibus conveniatur, videre poſſe conveniri, ex judicium, & exercis.*

F Illud quaeſtionis fuit heres eſt ipſo jure, & velit nolit: qui tamen heredibus poterat ſe abſtinere, hoc eſt, a quibus poſſet interrogatus apud praetorem, an heres ſit defunctus, refpondere, fe heredem eſſe, ait, ex ſuo mendacio teneri in ſolidum, quia heredem ſe abſtinuit, non abſtinuiſſe fe, poſtea pro herede gerere poſſe: nam haec variatio non admittitur, *l. 20. de interrog.* Et recte, qui abſtinendo non heredem eſſe, perinde agit, ac ſi non abſtinuiſſet: Sed ſi pro herede geſſiſſet, teneri ex ſuo mendacio: mendacium quaeſtio, fed eſt ratio civili: nempe heres, qui abſtinuit ſe, *cum quaeſtio, fed eſt ratio, de Edictionum. Illiterat. l. 6. §. ſi filius ab ſon. liberet. l. 2. §. ſed & ſine fui, ad Treryll.* tamen heres eſt ſine fe abſtinuerit bonis separatum & manifeſtiſſima *l. 1. §. ſuccinctum, ff. h. t. & de alii, ff. ad l. Iul. de adult.* natura etiam judicare prohibentur perpetuo furioſus & impubes, quia ut ait Paulus, judicio carent. Argumentatur a nomine, judicio carent, ergo judices eſſe non poſſunt, ut in Inſtit. impuberes

ut in ſolidum teneantur, qui quia caret apud praetorem, qui A ſuperbe ſe gerit apud praetorem, nec ei interroganti reſpondet, in ea cauſa eſt, ut neceſſe videatur, *l. 11. 9. qui teſtibus, & §. vicini, ſup. hoc t. Cujus.* 1. Inſtit. apud Boetium in Top. Cicero *Caſſio in jure*, inquit, *ſi hoc modo apud magiſtratum, ſi vi res in jure conſtat, tum tenens ita vindicat: hunc ego hominem ex jure Quiritium meum eſſe aio: deinde poſtquam hic vindicaverit, praetor ita rogat eum, qui adverſarius eius videbatur: ſuo negotio aut tuorum, praetor addicit ei, qui vindicavit eum. Quo negotio & tacente, inquit. Ecce tacentem* fupponat Boetius. Sed Sicilius, Non judicare publicum & civile munus eſt, *l. 38. ſup. hoc tit. l. pen. de teſtat. mil. nec. l. 2. de reguli. jur.* Et in publicis cauſis non poſſunt judicare, qui ad id munus non apti, *ad Trebell. l. filiusfam. de his, qui ſunt ſui vel alien. l. 6. quod cujusque universi.*

B

C

D

E

F

Ad L. VIII. de Teſtibus.

NOn dubito, quin hoc libro, & forte duobus ſuperioribus unus mihi ingeſſerit Paulus de recuperatoriis & centumviralibus judiciis. Hinc fane *l. 36. ff.* 38. eſt, ut eodem libro Paulus de his judiciis referat, ſi quae ſint recuperatores, qui cognoſcunt de liberali cauſa. Plures de ea reſiduere indices cauſis *lex dicta, §. verb. & Tanta interdictus, de his cauſis. l. 1. §. 1. de teſtibus* recuperatores, & judicia Romulia fuiſſe judicia recuperatoria indicat Suetonius in Veſpaſ. 5. & in Domit. c. 8. Ut autem ratum ſit, quod de ea re decreverunt omnes judices, quidam in conſilium, omnes fere ſtatum promere oportet. Nam ſi vel unus deſit, irrito eſt ſtatu: nifi quis rotum juret, *ſibi non ſuperare*: nam ſi res pluribus unus vel duo juret ſibi non ſuperare, quod ceteri judicaverunt, ratum erit. Itemque ſi unus, vel duo acceteris diſſentiant, quorum eſt eadem numerus, quod ceteri iudicaverunt pro ea habenda eſt, ac ſi omnibus iudicantibus eſſet, *l. 2. §. 1. de Legend. major pars, ad municip. l. ſemel, de excep. l. 5. §. ſi Sic. de legationib. lib. 20.* Jusjurandum illud non liquere, judicandi neceſſitate ſtatim, *l. 2. §. 1. de appell.* Et ſi quis *juret, non liquere, tenetur ſtatim*, ut ſi quis *juret, non liquere*, ſtatim ſolvere ille ſolvere ſum. Quod tamen ita procedit ſi debitor juret, *non ſolvere*. At ſi juret, *non videri liquere*, non ſtatim ſolvit: ſed ubi liquerit, ſolvere debet. ſi juret, ſe ſtatim ei dare ad deliberandum, *l. 3. §. ult. de recep.* Eaque dilatio appellatur amplitatio in iiſdem cauſis liberalibus. Idem in *l. 38.* cuius verba haec funt.

Ad L. XXXVIII. cod. *Inter partes numero judices ſi dispar ſententia proferatur, quid in deliberationem ſit mittendum ſit (ſecundum quod a Divo Auguſtinum eſt) pro litteratore ſtatutum obtinet. In aliis autem causis pro reo. Quid in his, qui ſententiam dicere recuſant.*

Ad §. Si diverſis ſummis *condemnent judices: minimum ſpectandum eſt, Julianus ſcribit.*

DOcet, inter partes numero recuperatores, ſi diſſonet ſententia proferatur, puta ſi duo 20. recuperatores, & nobis liberalis cauſa cognoverunt, ita eorum liberum ſententiam preferri, quae pro libertate facit: favere non in dubiis ſemper liberate, quod l. Iunia cautum eſt, *l. lege, de manumiſſionib.* & ut ait, haec lex, confirmatio Divi Pii. Ac ſi ſententiae diſſonantiae opus ſint, hoc eorum jam fatis ante lege Iunia Petronia? Videntur non eadem omnino de re fuiſſe Petronia, & eandem D. Pii. Lex Petronia fuit de prohibendis manumiſſionum cauſis apud conſulem praetorive vel praeſides, qua de re ſunt quidem leges in illo *tit. de manumiſſ.* In illo conſilio ex Petronia pravalet ea ſententia, quae minus manumiſſionis probat, atque adeo, quae pro libertate facit. Praeponiores ex ea lege in libertatis partem eſſe debemus. Conſtitutio D. Pii fuit de libris, & de cauſis liberalibus, ut ſcribit Iulius Capitolinus. Et ſi quo ſublata ſint, ſane non fatis ſolenniter. Ubi certum eſt, eam ſententiam eſſe potiorem, quae facit pro liberate. Lex *duobus* non loquitur de uno judice, de una cauſa liberali, ſed de duobus ſeparatis judiciis diuersum, eundem hominem in ſervitutem petentium, quorum unum unus judex unus erat, homine ſervo pronuntiato: alter ab altero vifus eſt, hominut judicato libero. Idcirco magna queſtio eſt an ea lege, an ab eo, qui vicit, is homo dubi, quaſi ſervus poſſit: & in eam rem propoſuntur variae opiniones in *l. duobus*, quae ramen interim nihil ad rem propoſitam faciunt, quoniam non ibi fuit unum judicium liberale, ſed duo ſeparata judi-

fura, vel numero. Denique quantitates non sunt corpora, sed potius sunt quid separatum, aut sine crassitudine. Atque ideo dicuntur etiam constare, & continueri pondere, numero, & mensura: hæ sunt res, quæ sibi consumuntur. Quæ igitur sunt in abusu, non in usu non earum res abusus efficiens: sive consumptio: hæ res nimirum utendo depereunt: etiam nummi affidue permutatione deperire videntur. Corpora autem, quæ feliciter (pectantur ut corpora, sunt in usu, non in abusu. Ulus corporum non est consumptio eorundem. Et in his quidem solis rebus, quæ sunt in abusu, quales sunt, quæ pondere, numero, mensura consistunt, mutuationis consistere potest, quod ita contrahimus, ut idem, non quid receptum eadem res, quas dedimus, utinam damus in hoc, ut quæ accepimus, ea abutentur & consumantur, sed quali reexpeturi idem genus, similemve materiam, non eandem, velluti pro nummis alios nummos similes, pro vino vinum A aliud, pro vetere novum, pro tritico alterum: ut mutuo fumi parem auri mallem, fervata & reddita quantitate eadem, & non quatitate tantum eadem, sed etiam natura & qualitate eadem, boniate eadem, &c. Recte igitur mutuum contrahitur, quibus agitur, ut eandem rem, quam dedimus recipiamus, consistunt in corporibus. Et non in corporibus tantum, sed & quidem ex his, in quibus, quæ ponderis, numero, menfura continentur, fiquidem hæ res dantur veluti corpora, ea lege, ut eadem ipsæ res credantur: reftituantur. Non & commodatum, hoc fit interpolita, in nummis scripsit, 7. §. ult. & 1. nummos. l. si ego in fin. hoc tit. Item que deponitur. l. 24. depof. & locatio, & conductio, l. in nova. fin. Alii sunt contractus ibi in omnibus diversi. Nam mutuo agitur, non ut eandem speciem, non ut idem genus recipiamus, sed ut aliud genus, velut pro tritico vinum vel oleum B in l. pen. C. de rer. permut. quod negotium permutationis dicitur, vel pro mercibus pecuniam numeratam, aut retro pro pecunia numeratam merces, quod negotium empcio venditio eft. Et quidem fi ab initio dent vicissim, ut res quæ non sunt, permutatio eft, vel quod idem eft, contrahitur do ut des, neque enim ulla eft differentia inter permutationem, & contractum do ut des, ut apparet ex multis locis, præsertim l. de præscript. verb. Quæ cum dixiffet initio, si pecuniam dedero, ut rem accipiem, emptionem eft, si vero rem dedero, ut aliam rem accipiem, adeo eft utique permutatio, fed permutationem, cum redactæ de articulo do ut des, subjecta hac ratione, quia placet permutationem non eße emptionem, fi vicissim dent res non in specimen, ut do ut des, contractus eße. Et mole igitur Accurfius hoc loco, & alibi paffim autumat, permutationem eße, fi res detur ut alia res accipiatur, quod & verum eft: contrahimus autem ut do ut des, quod eft falsum, fi res detur, ut poft tempus restituatur eadem res restituatur: non res ita gestæ non eft quidem permutatio, fed non eft etiam negotium do ut des, verum quia in aliam speciem contractus, veluti dotis: fundus datus in dotem ideft fundus foluto matrimonio divortio, vel morte mariti, undique reddatur: vel etiam fi pecuniæ contractus emptionis venditionis, quum res venditur, & traditur ea lege, ut poft tempus eadem res revendatur venditori, & remancipetur. l. 2. C. de rescind. vend. Quod non eft etiam in speciem donationis, quum res donatur ea lege, ut poft tempus eadem res donatori restituatur. l. 3. C. de donat. quæ sub mod. Et quum ab initio non conveniat, ut pro tritico vinum reddatur, quod fi conveniffet, effet permutatio. Sed ut triticum eadem generis & bonitatis, eadem menfura reddatur, quamvis poffea nihil pecuniæ datum aut folutum fit: eventionis in diffringendis contractibus femper fecitatur, & casibus an extra, l. 3. mandati, l. 1. §. quod si res. & §. ult. hoc tit. Quæ, quæ eft alia species, tantum in contrahendo animo hoc agi folet abinitio, ut non idem ipfi numeri, qui dantur, recipiantur, fed alii eiusdem generis, boni ut appareat, eaque verba paulo infra fubjicimus, neceffe eßeeidem plane numeros reddi: tamen nihil verat eofdem plane numeros, nec fi idem ipfi reddiri, & foluti fint, res eiusdem, unde contractui originem & caufam: quia & quali alii quidam nummi reddiri funt: ab initio contractus eft animatus, non a fine: ab obligatione contracta, non a diffolutione obligationis. Et ita hoc Accurfium fentit reße hoc loco. Quod tamen ita procedit, fi poft intervallum aliquod idem ipfi nummi reddantur, non fi extemplo idem ipfi nummi reddantur, nullum mutuum contrahum intelligitur, quoniam qui nummos accepit, eis ufus non eft, & ufus caufa nummos contrahitur, id eft, abufus. Et multo magis fi nominatim hoc agatur ab initio, ut idem ipfi nummi reddantur poft tempus, non eft mutuum, fed eft nummorum permutatio, neque enim eße intelligimus: quo dequidem in re videtur (pectatum corpus ipfum nummorum, non quantitas, quum ita actum eft, ut idem ipfi reddantur poft tempus, *ipse fit folvit, de fide*. qui fe folvit, ut recipiat, non folvit: & retro, inquit, qui fe alienat, recipiat, non alienat, ergo mutuum non contrahit. Non mutuum eft pecuniæ alienatio. Item fi hoc agatur dat nummum, ut nulli reddatur, quod *creditum infidelibus* appellavit vocat, mera donatio eft, non mutuum. Etiamfi, qui dedit ea lege, ut non reddantur, mutuo fe nummos dare dixerit, forte mutuum gratium captasti. Non omne mutuum eft, in de quo agimus. Mutui nomen eft multiplex, mutuum eft quodcunque habemus ad tempus: bona a Deo nobis data *mutua vocat*, inquit Cyprianus, *dare eft utenda fide præbere nobis*, *mutua*. Et eleganter Acciius: *Mulli vita propria se vivit eß*. Proprium opponit mutuo. Virtus annos eß propria, quia fempiterna, cetera mutua. Item quod datur in successionem conductori mutuum eft, l. 12. C. de fruct. ubi Cuiacius ing. libro 11. ex qua Pandectarum, quod proponitur, quod dicitur, ut in illa. L. mutuum, quæ ex aere frumentaria datur piftoribus ad coemptionem frumenti, qui non folebant ita dari, nifi poft coemptionem, dicitur dari, ut mutuum, quia datur in arcipectu, & promutuo. Commodatum item mutuum dicitur, *Liber. tegatum*, 3. 1. de leg. 3. Olim, quæ erant in promtu ad ufu, mutua: quæ ad alie mittebantur dicitur, quæ verlementorum ufum, quæ tamen ipfe erat redditurus unde. Mutuari ergo dicitur, quod commodato acquitur. Et fimiliter in *Legatorum*, *de verborum*, *de cafibus*. Ita agnis ab agris fepumenos inftrumenta rufticæ mutuari, quæ nihil aliud eft, quam commodato accipere. Et Symmachus 7. Epiftolarum epiß. *Quod Arvicæ rem tuam promerunt de omnis Cantabrium mutuatus*, id eft, præcarium equum, quem ducere Arvicam ufque, commodato accepit. De quo etiam infra, cum de verbis, *Si ita dari mutuum dicatur*, quum fumma lege, & conditione acciperet, de qua eft hic titulus, fine duxiffet quocunque voluiffet. Et in hanc locum vide Suavis de Fulgofiis, *mutuum*, *mutuare mutui*, & quo eft hic titulus, quod conflit tantum proprie in ita rebus, que ponere, numero, menfura consistunt, ideo non eße etiam hoc loco latine, *mutuum ab ipsum tuum*, fed dicendum eße, *commodabitur tuum*, & fe mutuße fecerunt literas, admonitum a Theologo quodam, qui mutuum Benedictinum nominavit, id eß regulæ Sancti Benedicti, in qua eßet ícriptum, *nec aliquid quæ dum mutuo accepiße*, quod commodato tantum acciperet, quod nec in Regula Benedicti tantum eß, fed & Gregorii libro 2. quo loco etiam non *mutui* nomine utitur, fed *profitis*, ut vulgus *mutuum* appellat *profitium*. Verum, si mutuum magnæ rei mutuum appellemus commodatum, ficut mutuum pro commodato accipitur, retro etiam cum, modatum pro mutuo, ut l. 2. C. l. prod. quod fupra, duo locis ponit commodatum pro mutuum: & mutuum pro commodato Tribonianus uno loco reposuit mutuum dare, ubi pro *profitum*: locus notandus quod fciliset, ut inftitutio *profitire* fit commune mutui & commodati, ut & poßeriores artifices auderes dicerunt *fupplimo profitere*, pro *mutuum dare*. Et Optatus Afer lib. 3. *ne conventionales profitiæ fuis* 3. pro pecuniis, quæ mutuo acceperant. Commodatæ etiam pro mutuum dare Aurelianæ *fynod* 3. *cap.* 26. ne Clericus *perbonis commodatis ad ufuras*. Et reße ve tus interpres Psalmo 111. *Benignus homo miseretur*, & *commodat*, id eß, mutuum dat. Unde breviter ita conti-

A neris, alterius materiæ, & qualitatis. Atqui accepto certo numero nummorum certi generis, veluti centum aureis *Philippeis*, horum vite totidem reddiderit aureos Philippenses, plane quantitatem reddiderit eiusdem naturæ, & qualitatis. Et fimiliter, qui accepta certa modatione, certove modo vini Falerni, parem modationem vini Falerni reddiderit, idem plane genus reddiderit. Itaque in his rebus mutuum conflit, *quia inquit Paul. in genere fuo fimilitudo reßituat per folutionem, quam fpecies*: id eß, in his rebus, quæ tam falutem quam diligentiam in genere magis, quam in fpecie, propriæ mutuum conflitit. Et in his rebus *mutuo vel pecunia*, quod in illis verbis Pauli fubintelligi etiam Accurfius notavit, ille, inquam, artificiam, *mutuo vel pecunia*, accipitur *mutuo*, *poßitive*, ac proinde vim negativam habet: in quam *mutuo dare pecuniam*, *mutuum*, *mutuo fit quam mutuo*: quo exemplo B utitur Diogenes Laertius in Pyrrhone Eleenß, notans hunc locum artificiali fignificationem, five poßitivam, hoc enim dicimus, *mutuo*, *mutuum*, *mutuare*. Et ita illa verba Pauli fignificature, ex causa mutui fungi non omnino folutione eiusdem generis, non eiusdem speciei. Dialectici dicerent, fungi non folutione eiusdem speciei, non eiusdem individui: quod & Accurfius intellexit, folutione pura vini Falerni in genere, non illius vini Falerni, quod acceperunt. Quod Ruinus non intellexit bene modo, non ea re fungi mutuo rebus nihil refert, per folutionem eiusdem generis aut permutatæ, ut ait l. fed & certe, de leg. 3. per folutionem eiusdem generis, non per folutionem eiusdem speciei. Et ita, ille vult mutui folvere non, quod dixit initio, idem genus, non eandem speciem: vel aliter, fungi non mutuo rebus, non folutione eiusdem generis, non eiusdem speciei, non in l. 33. de leg. 2. fungi munere præfandi legati, quod eß falvendi legati, fungi munere collationis, quod eß conferri. l. 3. de collat. Decem etiam redit, fungi munere fationis, præfationis, exhiberie, ut fungi munere, vel officium fanni, fungi publicum fuis aqui Terrallianum fungi munere. l. 1. §. qui aliis publicum. l. 2. §. qui fuos. Et Pedius dixit in l. 3. ad legem Falcid. & in tit. ad l. Aquil. fungi pœna, id eß, pœna ferri, id eß poni, conflitui, vel ex arbitrio, & conflitutione Iudicis, vel ex communi iudicio, vel ex lege, aliis recepto in foro. *Magis autem*, quod hoc loco fubintelligitur, quo eß altera huius articuli fignificatio ab eodem Diogene notata: *magis* hoc loco, non adjectivum comparativum, quia Paulus reßpicit ad id, quod præmunt, que fit. Plerumque tamen ex causa mutui reddiri idem genus, non eadem species. Fortasse admodum eadem fpecies, quia ne tredecim quidem tritici. Et ubi eadem species, veluti idem ager, qui acceptus fuit, quod pecunia reddatur idem, non eadem species. Et non ager reddatur eß ratio, propter eandem Pauli docet in hoc §. mutuum conflitere in ita rebus, que ponderе, numero, menfurave conflant: Subjicitur illa ratio, quia fecus non conflitat eadem mutuum in cæteris rebus, quin non pondere, numero, aut menfura æftimantur, & corpore folo. Nam in cæteris rebus inquit, *idem in eandem rem non poßumus*, id eß, mutuum contrahere non poßumus, *quia aliud in eadem re mutatur*, *aliud in eadem re reddatur*. Ubi Accurfius verè ferebat, fubeße locum a conflituenti detruncto, quia Dialectica dicitur locus *a contrariorum*, & eß ufus huic contrarius fequentibus verbis, *quia in eadem re*. Crebit, inquam, fubeße locum a conflituenti detracto, five detructivo, nonnum rationibus conceptæ in hoc modo: fi in cæteris rebus, quæ pondere, numero, menfura consistunt eadem rem mutuum, fungi poßemus folutione eiusdem in genere. At fungi non poßumus folutione eiusdem in genere, quia aliud pro aliud folvi non poßit, nec fi velimus, poßimus. Ergo in cæteris rebus mutuum non conflitit: Quandoquidem conditio mutui, & jus hoc eß, ut idem genus reddatur, non aliud genus. Percepto conclusionem, peninsulæ quid notandum. Ait, *in cæteris rebus aliud pro alio folvi non poße*, ubi credidor accipitur fpecialiter pro re, qui mutuum dedit, ut paulo fupra *creditor* fpecialiter, ut & hoc loco fpecialiter, pro mutuo, cum tamen alias & creditor & creditum accipiuntur generaliter: itemque debitor & debitum: fed ut creditor, etiam debitor accipitur fpecialiter pro

terdum pro eo, qui mutuam pecuniam accepit, ut in ea lege *C. si cert. pet. incendium ære alieno non liberat debitorem*, id eſt, mutui pecuniam ſimilibus: non ergo in ſimilibus mutuum conſiſtit, *in mutuo 31. loc.* Similes ſunt res, quæ ſola quantitate conſtituunt: nihil eſt tam ſimile quantitati, quam quantitas ipſa: nihil tam ſimile libræ, quam libra. Ita videtur aliud pro alio ſolvere, qui pro decem aureis, quos accepit, totidem alios aureos reddit, ſi modo fint eiuſdem generis, *aureus & philippeus*, ut dixi: licet non eadem cuſtuſ aures ſolvere, ſi dati ſint ſolares, five ſolſtitiales: licet enim & *ſolſtitiales* dicere, ut Cicero & Livius, *ſolſtitialem ordem* dicunt, pro *ſolarem*. Itemque, ut & hoc addam, quod ab hic incidit ſermo, ut Attici *nummiopes* dicebant, quod in eis impreſſi eſſet cifis: ſic & nobis licet dicere *eos trapezitas* five cauſſarios. Igitur ſatis non eſt in ſolvendo ſolutione, ſi conveniat nummeus: convenire etiam debet qualitas, & quidem prius qualitas debitoris, an conveniat, quam numerus, in contractu. Terentii *Lectum eſt argentum, non nummeus*: prius qualitatem obſervat, quam numerum. Denique eiuſdem formæ aureos ſolvendi ſunt: maxime, ſi ex re & damnum impoſitum credituro poſſit eſſe, ut ſi debitor fecerit aureorum poteſtas, *l. Paulus 3. de ſolut. cap. alienum vel de cenſib.* Eleganter Donatus in *Phormione*, debitum ſolvi tribus modis, qui ſolent, & ſimul contrarios debere, id eſt, penſione, ſpectatione, numero, valore, id eſt, gratitudine, & ſatis ponderoſe, *l. 1. C. de usur. numiſm. portaſſ. lib. 11.* Spectatione, id eſt, numus, five ſubſtantia. Matur, five ſubſtantia eſt temperatura hæc aut illa, *l. ult. C.* Pondo nummque & facultas dicitur, eſt poteſtas, *de valetud. M.* Tullius in *ad Atticum lib. 6. Noſtræ de re, inquit, nature aurei, non facultas aurei*. Creditoris autem intereſt ſibi reddi aureos reddi, quos dedit, diſſolvendi debitri gratia: Cum e contrario, ſi diminuta ſit aureorum poteſtas, nihilominus debitor libertatem habet eorum numero ſolvendi, quos dedit ſumma & qualitatis, *l. 2. C. de vet. numiſm. poteſt.* Quod in vino etiam mutuo dato ſervatur, ut quæ modatio data eſt, eadem reddatur numero, quæ ſpecie, five diminutione ſit vini pretium, *vinum hoc 20. de Accurſius notat in l. 3. de mut.* ſcribique ad hanc rem quod Plinius ſcribit *lib. 23. cap. 3. de numiſm. Veſtinis*, qui ſeſtertium nummum, id eſt, quod diminuti erant, & nihilominus horum pari numero creditoribus mutui obligatio prærepta eſt. Poſtrema recitatione quidem, in multis legis differentiis, quæ ſunt, ſi res, Paulus ſtatuit eſſe inter eas res, quæ pondere, numero, menſura conſtant, & ceteras res, quæ corpore ſpectantur, & videtur non diſtinxiſſe ſatis: in illis, non eſſe ſatis certum ex his mutuum conſiſtere poſſe: illis eſſe in abuſu, id eſt, uteudo abſumi, & deperire, ceteras autem utendo non abſumi. Ceteris rebus, quæ corpore valent, non uti ſalva earum fubſtantia illas à domino nobis appendantur, vel adnumerantur, vel adnumerentur, nobis utiles eſſe non poſſe, nili noſtra ſint, nili dominium earum in nos tranſferatur, ita ut conſeſſim in uſum noſtros eas abſumere, & abuti nobis licet: at deinde liberari ſolvendo, non eaſdem ipſas res; quæ nec ſervando ſolvere poſſumus: ſed alias eiuſdem generis, naturæ, & qualitatis, eadem menſura, eadem pon-

A dere, eodemve numero. Si eandem ipſe reddendæ ſortem, nobis inutiles eſſent, quandoquidem iis uti non poſſemus. Ut ſic earum, ubinamgentium earum eſt. Ceteris autem res nobis utiles ſæe, aut apud nos eſſe poſſunt, etiam ſi noſtræ non fiunt, vel etiam ſi noſtræ factæ, vel non factæ, noſtræ eadem ipſæ quotidque nobis reddendæ ſint: neque enim quod eadem ipſe quandoque nobis reddendæ ſint, ideo interim nobis ſunt inutiles. Dixi etiam in extremo, creditorem, qui aureos mutuos accepit exempli gratia deciti mutui, ſolvere debitore, cogi aureos accipere ejuſdem generis, & formæ, quamvis diminuta fuerit eorum poteſtas: num & vice verſa, ſi aureos mutuos dederit, non cogi creditorem in aliam formam numismatos accipere ex *l. Paulus, de ſolutionib. & cap. alien. ætas, de cenſibus*. Quod utique verum eſt, quamvis aureorum poteſtas diminuta ſit, dummodo tanti ſint B quanti non fuit illi, quos crediderit, videlicet, ſi quod ære ea re damnum creditor poſſurus ſit, ut *l. Paulus*: ut puta ſi quo negotio ære proficiſcitur, tunc eos non poſſe exponere. Verum ita addenda eſt exceptio, niſi creditor aureos de ſerit æſtimatos denarios, qui argentei erant, vel aſſibus. Hoc enim caſu in arbitrio eſt debitoris, vel aureos ſolvere, vel denarios, ubique ad concurrentem quantitatem aureorum, qui creditis fuit, *plerumque, ſi alit. de jure dot.* Nunc ad hæc videamus, ſi ab eo creditor, qui certum aurí, vel argenti pondus credidit, cogatur aureos numeros accipere, quos debitor offert, ſi eorum quantitas ſit eadem: Quod ſane *Accurſius negat in l. 107. l. 6. & Laun ad num. 3. l. de aur. & arg. leg. & ex l. ſi ego argentum, 3. de legat.* Quibus omnibus locis oſtendunt, donato vel legato certo pondere, vel argenti, heredem, vel donatorem liberari ſolvendo æſtimato numero pecuniæ numeratæ. Sed hoc ideo C quia eam teſtator, vel donator, qui legavit, vel donavit certum pondus auri, puta auri libras pondo tot, cum non deſiderarent certum numerum aureorum, vel auri, quem ſolvendo creaverit certam auri, vel argenti maſſam, utique æſtimationem reſpiciunt, aut donaſſe videntur, *l. item 34. §. fed & quidem de leg. 1. l. de minoribus*. Et ſane ita eſſe tenendum illo Perſii loco. *. . . . Populo eripiam decuſſa farina.*

Cornutus *farina* verbo panem ſignificari ait. His conſentuum eſt, ut & caro apponi poſſit numerum certum poſſe. Num & caro appendi ſolebat, *Ianum de lanionis, in privil. de vect. vel cibar. leg.* Et piſcium quoque mutuum contrahi poſſe *Varro, de re ruſtic.* Horum Cæſar ſex millia mutuarum dedit in pondus. Qua eadem de re ita D Plin. *l. 9. c. 55.* Hircum Cæſar ſex millia mutuarum mutuo appendit, *pro numero*. Quidam putant ova ex illis ve mere voluiſſe. Denique plane mutuarum appendarum mutuum contrahi, quod eſt certiſſimum. Sequitur in hac lege, *deperditi nummi aureus dati ab eo, quod de meo tunc fit*. Appellatum ergo eſſe mutui dationem abeo, quod de meo fiat tuum, nimirum eadem forma, ut *Varro* dixit: *Novum eſſe, quod non fuerit, quod quia alii novo charaxpavit*. Scita autem hæc eſt magis, quam vera notatio vocabuli, qualis & illa, *reformatum a reformidando*. Sed ſatis de his. Sequitur interpretantur IC. Stoicos? qui placebant ſibi non in quotidianis notationibus nominum vera, fed ſcitis tantum atque E quæ confictis. Sed ſatis ſuperque. Ceterum ea res eſt, ut inter negotiæ dictitur ſpem mutuum ſolvi, ſi de meo tuum non fit, ſequitur ergo non contrahi mutuum, non mihi mutuum videri, ſeu dati aliena pecunia poſſe, *l. primo, de jure dot.* dicere autem dotem omnes non poſſe. Et ideo ait lex *promittendo*, promittendo dotem omnes obligari poſſe, ſed *promittendo*, non *dotem dicendo*

rat dari dicere, & ut hoc loco, cum ita scripsisset Paulus, *velori si nil nupsit, dos dicitur*, ille respondit, *proinitur*. Atque ita imprudens effecit, ut superflue repetatur in fine legis, & *stipulatione* interposita creditum fieri. Ultima differentia inter mutuum, & creditum eft haec fumme notanda: Mutuum dicimus, ubi interpositam obligationem acquiri, etiam non domino, sine voluntate domini, ut si quis commodaverit, vel deposuerit, vel pignori acceperit rem alienam invito domino, & aliquitur obligatio ex contractu commodati, vel depositi, vel pignoris, *commodare, commodatum, si pignus, si pignus, de pignor. ff.* Et mutuum dicimus dari pecuniam tantum, cuiquitur obligatio, vel voluntate domini, non domino, ut si procurator meus nummos fuos mutuo dederit meo nomine, voluntate mea mihi acquiritur obligatio, quamvis nummi mei non fuerint, *l. 9. §. Claudius, de verb. obligat.* Et fimiliter, si fervus meus, cum exemplo Paulus hic ait, mutuo dat mihi filiusfamilias nummos peculiares mutuo dederit, qui quodammodo ejus funt, non mei: peculium enim eft veluti patrimonium fervi, aut filiifamilias, *l. 6. ff. de minor. l. 1. §. ult. l. bona quaterus, §. 1. de pecul.* & ita quam, fervus meus, aut filiusfamilias nummos peculiares mutuo dederit meo nomine, & mea voluntate: nam & hoc requiritur, haec habet liberam peculii administrationem, mihi acquiritur obligatio, quamvis proprie nummi mei non fuerint, *l. 18. §. ult. & l. 39. de pignor. l. 7. §. 1. l. 8. §. ult. hic.* Cum enim eam pecuniam, quam procurator meus, vel fervus, aut filiusfamilias, ex arca fua mutuam dederit mea voluntate: cum eam mihi fit ratum habuerim, efficit, ut mihi adverfus eum, qui accepit pecuniam, acquiratur C obligatio, perinde atque si meam pecuniam accepiffet. Unde ita concludamus: ficut pecunia, quae ex meis, quam quis debit mea voluntate, eo dedifle videor, *l. per traditionem, l. fuffic. de rerum divis.* ita pecuniam fuam, quam quis dedit mea voluntate, eo dedifle videtur, qui dedidor, & proinde mihi acquiritur obligatio.

Ad L. VI. cod. *Certum eft, utrum fpecies, vel quantitas, quae in obligatione verfatur, aut nomine fuo, aut ex demonfratione, quae nominis vice fungitur, quafie quantaque fit offendatur. Nam & Paulus libro 5. ad Sabinum ait: Si hil refert ait, propria nomine res appelletur, an digito oftendatur, an vocabulo quibuflam demonfretur, quatenus nomine vice fungatur, quae res propria fit.*

EQuitur ex eodem libro 28. lex 6. Hoc lex 6 pertinet D ad adiones, *fi certum petatur de reliqua creditis*, quae & certi condictio dicitur. Quemadmodum enim ex certis creditoris nomen modo fpecialiter accipitur, modo generaliter: ita certi condictio fpecialiter pro adione, quae ex mutuo nafcitur, ponitur aliter adhibetur, *l. 2. de condict. non obtin. lang. temp. prafc.* & generaliter pro adione, quae ex alia quacunque obligatione nafcitur, ex qua certum petitur. *Ita & hic lex.* Quae quidem ita etiam nafcitur condictio alius actionibus, quae fpecialiter comparatae, & proprium fuae ex contractibus, vel ex delictis, ita ut libertum fit arbitri, vel illis actionibus fpecialibus experiri, vel generali certi condictione. Exempli gratia: liberum eft mihi ex contractibus agere mandati, & negotiorum geftorum, & pro focio, & ex contractibus fimilibus, quae cum fint actiones bonae fidei, incerte E pecuniae actiones funt, ut M. Tullius refpondisse ait pro Roficio Comoedo: vel generali condictione, quae certa res, pecuniave actio eft, & actio ftricti iuris, quae plerumque actio condictionem eft, quam actio bonae fidei. Ex bane itaque diftinctione effe aliqui oftenditur in *l. 1. de reput. & l. 3. de exceptis rei iudic. & I. inductus 3. de exceptio. de fponsal.* Itaque, inquit, mandati, vel condicti, generali nempe condictione: & eodem modo liberum eft mihi agere actione inftituria, & exercitoria, & quod iuffu, & in ea rem verto, quae fpecies actionis funt, vel generali certi condictione, *l. 3. ad exercitor. hoc tit. l. 3. quae municipia, l. ult. de inftit. actione, l. ult. ftatut. quod cum eo, qui in aliena eft pot.* Et eft diferimen horum inter

fe actionum non leve. Actionibus illis fpecialibus, inftituria, exercitoria, quod juffu, de in rem verfo, dominus vel patter teneturferri, aut filiifamilias nomine, non fuo nomine: nec quod illis actionibus perfequimur, femper certae rei vel fummae finitionem, aut taxationem habet. Certi autem condictione pater vel dominus tenetur fuo nomine propio, directo & principaliter, & in certam rem vel fummam, quae petitur ab actore, qui in judicium deducitur. Dico *certam rem vel fummam*, quia omnes res certae in certi condictionem, vel quae eadem eft, *alteram pro certum* accipiuntur, quae res in genere, vel in hac lege 6. a Paulo tradita evidenter oftendit. Neque obeft *lex 1. inf. de condict. triric.* quae dicit eum, qui certam pecuniam numeratam petit, hac actione *certi*, & non incerti actione fuum perfequi: nam ideo negat & alias quoque omnes res certas eadem actione peti poffe: fed certi condictionem commixtis cum condictione incerti, ex quo petatur numerata non fit certum. Et ideo propriae certi condictione tantum, five actione fi certum petetur, certus petuntum numeratam peti. Deinde, condictione, & petuntum numeratam certam, & certam res omnes certas peti: condictione autem tritiaria certeras res omnes excepta pecunia numerata. Ac petitores, quos certos tritiarium nominavit, de eis ita, modo incerti, ut quum poffeffio conditur, *d. l. 3. ad.* quae incerta res eft. Ideo autem, quod neceffario explicandum eft, & brevitur, in conditionem rem, certum petitores, vel certum excepta pecunia numerata, quia illa actione agitur de ea re, quae petitur affirmanda atrio judicia, *l. pen. de offic. eod. l. 2. tenor. hoc t.* quae eft de conditione tritiaria, & certae res omnes mobiles, immobiles, incorporales, vel quae pondere, aut mentura conftant, arbitrariam affimationem, judicium arbitrium nonem recipiunt, nec pecunia numerata, non res quae numero conftant, quia nummorum certa non arbitrariae affimatio eft, *l. 3. ad de re fit. pet.* At pecunia numerata certa in quantitate, & in petitore certi condictione, aut arbitratio eius. Itemque res omnes certae certi condictione debitrix & obfcuffe petuntur, in quam arbitrio refertur, non arbitrio quantitatis. Et haec quidem oftenduntur, id eft, certi condictionem, five actionem fi certum petetur refpicientes Paulus in hac lege debuit, *certum eft vel qui fpecies, vel quantitas, quae in obligatione verfatur, aut nomine fuo, aut ex demonfratione, quae nominis vice fungitur, quafie quantaque fit offendatur.* Speciem vocat rem, quae propria nomine vocatur, & fpectatur. Quantitatem rem illam, quae pondere, numero, vel menfura continetur. Et fpectum certum ait effe, quae aut nomine fuo, inquit, id eft, nomine propio, aut demonfratione, quae nominis vice fungitur, id eft, *demonstrum*, vel ut eft in *Aquiliae, fi fi qui nomine, de bonis Aquiliae*, inhabitabili fuo, quod pene nihil a nomine differt, demonfratione quae nominis fit oftenditur. Et in hanc rem Paulus utitur authoritate Pedii: juriconfulti qui *libro 2. de ftipulationibus*, fine congruo loco, quia de ftipulationibus non agebat, ita etiam nafcitur condictio, *l. 24. hoc t.* Qua de caufa, & in tractatu de ftipulationibus quaeritur, quid fit certum, quid incertum, *l. 75. §. 1. de verbobl. ff.* Pedius, inquam, *lib. 2. de ftipulat.* fcripfit, nihil referre proprio nomine res appelletur, an digito oftendatur: res prorfus fcilicet, ut in rei vindicatione: hic nihil refert, an Stichum meum digito oftendam, *l. 9. §. 2. de rei vind.* & in eunucupatione heredis, hic mihi: *heres esto, i. nomo, de heredibus. inft.* ut fubjicit vocabula quibuflam fine nominum, vel demonfrationum, ita heredem inftituo,

vinur quandoque arbitrio judicis, si modo justus cavere de pecunia ibi solvenda, ubi promissa est, consultum parturit ipsius fere arbitrio judicis. Cautio pro satisdatione est, l. 4. §. 1. hoc t. Hinc igitur ortio dicitur arbitraria, quia tota pender ex arbitrio judicis, scilicet ut reum vinculis vel minoris damnet, vel etiam, si hoc ei videatur, cum absolvat: cautione ab eo exacta, sicut videtur, cum absolvat: cautione ab eo exacta, sicut divimus & rursus quia arbitrio judicis in hoc judicio definitur quanti res, vel actiones interest, an loco agi, vel solvi, quo ex conventione agi, vel solvi debuit. Arbitraria autem est damnoftratio qualitatis adhonis, cum nomen adhonis sit quarras unum, vel plura ad actio ex fidepulatu, vel ex mutuo, vel de constituta pecunia, vel ex testamento utili, quo scilicet non agatur agere & defendere, sed cum adhibione loci, quo agi debuit, quae adjectio huius rei arbitrium omne permittit judici. Nunqi ejus hanc adjectionem, pura & strictis edet actio. Ex hoc igitur hac actio, utilis actio ex fidepulatione, vel ex mutuo, vel ex testamento, & ex genere arbitrariarum. Inde in l. 4. §. ex hac actione, inquit, cum de arbitraria (est subaudiendum) sit quarras unum, quanti res sit actio ex fidepulatu, vel ex mutuo, vel de constituta pecunia, vel ex testamento utili, qua scilicet non agatur agere & defendere, sed cum adhibione loci, quo debuit, quae adjectio huius rei arbitrium omne permittit judici. Nunqi ejus hanc adjectionem, pura & strictis edet actio. Ex hoc igitur hac actio, utilis actio ex fidepulatione, vel ex mutuo, vel ex testamento, & ex genere arbitrariarum. Inde in l. 4. §. ex hac actione, inquit, cum de arbitraria (est subaudiendum) sit quarras unum, quanti res sit actio ex fidepulatu, vel ex mutuo, vel de constituta pecunia, vel ex testamento utili, ut speciem polui, id est, utilis est actio ex fidepulatu, aut venit ex mutuo fine stipulatione, si mutua pecunia data fit ex lege, ut certo loco reddatur, l. 6. h. t. aut si mutua pecunia, inquit, fit data fuerit, ut certo loco reddatur aut venit ex constitutione, pura & quae debitor pollicitus pro se, vel pro alio certo loco fe foluturum constituerit, l. si duo, §. 1. t. Fg. Nam ex iis caulis actione agit, qua certo loco agi, vel ubique pecunia peti potest. Venit etiam hac actio ex testamento, ut ex hoc libro Pauli relatum est in l. 5. h. t. ut puta si teftator certo loco heredi pecuniam dari, vel ubique legatum praestare jufferit: nam & alio loco legatarius legari nomine actione ex teftamento utili: arbitraria, in qua fit mentio loci, quo res legata vel debita, vel experiri poteft. Haec igitur actio utilis, quae arbitraria eft, competit in judicio ftricti juris, veluti ex fidepulatione, ex mutuo, ex conftituta pecunia, ex teftamento. An non ex his omnibus judicio ftricti? Sic fane: fed haec funt judicia ftricta, quae magis frequentantur. Nam & nominibus, de judicio. Item actio ex teftamento hoc commodum habet cum judicio bonae fidei, quamvis ex ftricta, quod ficut dolus debitoris vindicatur actione bonae fidei, ut patet ex fi fervum, 3. num. folum, de dolo, l. 23. §. 2. commod. l. 1. §. fi res, depof. & de actione ex teftamento vindicatur dolus heredis, qui debitorem fervum, vel legatum eft, legatario dolo malo praeftat, l. burjusmodi, §. ult. de leg. 1. Non omnes actiones ftrictis eodem jure funt. Aliae aliis ftrictiores funt. Aliae funt arbitrariae, aliae non funt arbitrariae, ut utar aliis exemplis, quamvis ftipulatio dotis ftricta fuerit ante Juftinianum, tamen in ea res omnes veniebant ufu- E cae, ficut hodie, l. ult. §. penult. de dot. act. Item, ficut in bonae fidei judicio. Ap portecta ficut dolus, aut mora, qui eaufam praebuit contractui bonae fidei, nullum facit commodum ipfo jure: ita etiam ftipulatio dotis nulla erat, quam exterferat dolus, aut mora adverfarii ipfo jure, l. fi mulier, 3. fi dos, de eo, quod mor. caus. & tamen dolus, qui dat cauffam aliis negotiis ftrictis, urgentis ftatim non facit ipfo jure: fed rei reficiendae cauffa neceffaria eft actio de dolo. Itaque non eodemjure actiones funt omnes ftrictii judicii. Nec quod quaedam ex iis quaedam habeant commoda cum judicii bonae fidei, ideo minus ftrictio jure confentur: iis enim detractis, quae habeant communia cum illis, certe ftrictio jure conftant. Verum ad rem: in arbitrio ftrictii judicio alio arbitraria locum habet. Quaritur an etiam aftimi arbitrarie locus fit in judicio bonae fidei: Et Paulus oftendit hoc ipfo libro in l. 7. §. 1. in judicio bonae fidei non eft locum arbitrariae aftimi, aut non eft neceffarium arbitrarium aftimare, fed agi, vel ex empto, aut vendito, vel depofiti, adde, vel commodati ei l. si ex certo, in princ. commod. In his judiciis, & ceteris fimilibus, etiamfi in contrahendo conveniret, ut certo loco res vendita, vel res depofita, aut commodata reddatur, non eft neceffaria actio arbitraria, fi quidem ex empto, vel depofito, vel commodato, aut alio loco emptor ex empto, vel actio arbitraria, vel adjecta commodata actione velit: quia haec adjectionem non facit actio arbitraria ineft bonae fidei judicio, id eft, in bonae fidei judiciis tantum potefi bonae fidei nomen, & in ftrictis judiciis claufula arbitrii, five, quae illum importat adjectio loci, quo dari debuit. Et fic in actionibus bonae fidei: dolus vindicatur actione bonae fidei, non actione ftricta. Exempli gratia, fi quid in ftipulatione dolo malo admiftum fit, neceffaria eft quid in ftipulatione dolo malo admiftum fit, neceffaria eft actio de dolo. Actio, quae habet adjectionem bonae fidei, ne- que eft neceffaria actio de dolo, neque actio arbitraria ex hoc titulo: & hoc de actione de dolo oftendimus in l. Ofilius, 3.

pecunia constituta est. Quæ est sententia legis 8. Verum ut additur in l. 9. poterit debitor a Titio repetere condictione indebiti, quod ei imprudenter solvit. Quomodo imprudenter? Nimirum non animadvertens constitutum, quod mihi soli fecit, pro solutione haberi, id est, constituendo mihi, jam se quasi mihi solvisse videri. Solvit igitur Titio, qui jam mihi solvisse intelligebatur. Denique solvit Titio vi constituti mihi facti, non tenens quod constitutum vice solutionis est. Et hoc ex eodem lib. Paulus comprobat in l. 10. proposita specie hujusmodi.

Ad L. X. eod. *Idem est & si ex duobus reis stipulandi post alteri constitutum, alteri postea solutum est: quia loco ejus, cui jam solutum est, habere debet is, cui constituitur.*

Ad L. XIII. eod. *Sed quis viginti debens, decem constituit se soluturum, tenebitur.*

Duo sunt rei stipulandi, duo stipulatores, vel duo rei credendi, quibus eandem pecuniam singulis in solidum debes: fac esse Titium & Cajum, & postea tu soli Titio constitueris te soluturum. Id jam pro eo est, ac si Titio solvisses. Et ideo si postea imprudens Cajo solveris alteri creditori, Cajus tibi tenetur condictione indebiti, tu Titio, cui soli constituisti, teneris actione constitutæ pecuniæ. Et hoc vult Paulus in l. 10. in qua recte Basilica, ὁ ἀντιφωνηθεὶς ἔοικε τῷ ἀπολαβόντι, *is, cui constitutum est, similis est ei, cui solutum est.* Constitutum vice solutionis est, atque ideo qui constituit uni, postea si solverit alteri, bis solvisse videtur. Cui sententiæ congruit etiam vox de via collecta, id est proverbium, quod in ore omnium versatur, *Qui respond paye.* Nam ita respondere, ut Græcis ἀντιφωνεῖν, est constituere se soluturum. Observa autem legem 8. loqui de eo, qui cum promisisset mihi aut Titio, mihi soli postea constituit se soluturum. Et retine hanc speciem: nam si aliter ponas speciem, non idem erit, ut puta, si cum quis promisisset mihi aut Titio, alius pro eo mihi constituerit, non obligatur exemplo fidejussoris, qui si mihi soli promiserit, cum reus principalis promisisset mihi aut Titio, non obligatur: quia in duriorem causam fidejussisse intelligitur: durior est causa ejus, qui uni tantum solvere potest: levior ejus, qui huic, vel illi, prout elegit, solvere potest, nec uni destricte solvere adstrictus est, *l. hi qui accessionis, de fidejuss.* Ut fidejussor igitur, ita & reus constitutæ pecuniæ in deteriorem, dnrioremve causam accipi non potest, *l. 11. §. ult. & l. seq. h. t.* Et ut dixi, deterior est causa ejus, vel fidejussoris, vel rei constitutæ pecuniæ, qui creditori soli promisit, cui debitor non soli promiserit, sed ei aut Titio. Accipi tamen uterque potest in leviorem causam, inversa superiori specie. Si cum quis mihi soli promisisset, & alius pro eo, me volente aut mandante, constituerit se soluturum mihi aut Titio, vel si alius pro eo fidejusserit, mihi aut Titio dari, obligatur, quia in leviorem causam intervenit, *d. l. hi qui.* Levior est enim causa ejus, quia potest vel Titio solvere, cui reus principalis non potest: verum si solverit Titio, mihi agenti ex priori stipulatione proculdubio obstabit exceptio, quia mea voluntate solvit, quæ est sententia *l. pen. h. tit.* Non facio in hac re differentiam inter fidejussorem & reum constitutæ pecuniæ, quia generaliter proditum lego: *in universis, qui pro aliis obligantur,* in *l. Græce, §. illud*: in universis, qui accessionis loco promittunt, *d. l. hi qui accessionis*: ergo in mandatoribus, in fidejussoribus, in reis constitutæ pecuniæ, quos Accursius solet *sponsores* appellare, pro *ex sponsores*, ut Græci ἀντιφωνηταί, in leviorem eos causam accipi posse, non in deteriorem. Hæc est regula generalis, quam secutus etiam dicam, eum, qui pro eo, qui viginti debet, constituerit decem, obligari, sicut si debens 20. pro seipso constituit 10. *l. 13. h. t.* quæ est ex eodem libro Pauli, quia in minorem summam denuo se obligat: eum vero, qui pro se ipso debens 10. vel pro alio debente 10. constituerit 20. quæ major summa est, in 10. tantummodo obligatur, non in integra 20. *l. 11. §. ult. h. t.* Idque exemplo fidejussoris, qui si pro eo, qui debet 10. promiserit 20. in 20. quidem non tenetur, in decem tantum eum teneri æquius est: cujus sententiæ fortissimum argumentum præbet *l. si a reo, de fidejuss.* Cujus sententia hæc est: Si quis pro eo, qui promisit, sub una conditione, puta si navis ex Asia venerit, fidejusserit sub eadem, & insuper alia conditione disjunctim, puta si navis ex Asia venerit, aut si Titius consul factus fuerit: hoc casu lex hoc primum ait, *fidejussorem nullo modo teneri*, aut ut subjicit se corrigens, *quod magis est*, id est, quod æquius est, teneri, *si prior conditio, quæ utrique fuit adscripta, communis conditio exstiterit.* Et simili modo cur non dicam, si pro eo, qui 10. debet, fidejussor promiserit 20. aut nullo modo fidejussorem teneri, aut, quod magis est, teneri in 10. tantum, id est, in summam debitam, non in summam majorem, ut eadem ratio servetur in summa, quæ servatur in tempore. Qui putant nimis aspere fidejussorem nullo modo obligari, suæ opinionis firmandæ non habent, nisi hæc verba d. *l. Græce, §. illud, in majorem summam adhibitum fidejussorem omnino non obligari.* Quæ tamen verba sunt ambigua: Nam & hanc interpretationem recipiunt, *nullo modo obligari*, & hanc, *non in totum obligari*, id est, in id tantum, quod debitam quantitatem excurrit non obligari, quod Alciatus docuit 5. παρέργων, *cap. 17.* ambiguam scilicet orationem esse. In ambigua autem oratione, melius est humaniorem interpretationem sequi.

Ad L. XV. eod. *Et licet libera persona sit, per quam tibi constitui, non erit impedimentum, quod per liberam personam acquirimus, quia ministerium tantummodo hoc casu præstare videtur.*

Constituere possum meo creditori me soluturum, non per me ipsum tantum, sed etiam per epistolam ut dixi paulo supra, vel per nuntium liberum hominem, qui ei meo nomine caveat, & constituat me soluturum certa die. Nam & in hoc genere ei quæritur actio de constituta pecunia: neque enim dici potest ea actio ei per nuntium liberum hominem acquiri, quod nec jure fieri potest, sed ei videtur acquiri per semetipsum, ac si mecum rem habuisset: nuncius minister est tantum: ego & ille auctores sumus contrahendæ obligationis: ut epistola mea tibi non acquirit obligationem, ita nec nuntius, qui nihil aliud est, quam epistola loquens, & retro epistola, tacitus nuntius, ut Epictetus dicebat: sic summates viri & matronæ adiri solent. Plautus in Milite: *per nuntium*, inquit, *aut per epistolam, quasi regem adiri eum jubet.* Et hæc sententia Pauli in hac l. 15. de nuntio libero homine valde notanda est: quia non ad constitutum tantum, sed ad ea omnia accommodari potest, quæ per nuntium expediri possunt, veluti ad conventiones, aut contractus, qui nudo consensu perficiuntur, *l. 2. de pact. l. 2. de obl. & act.* & ad donationes, *l. 4. de donat.* & ad jussa arbitrorum & compromissariorum, *l. diem, in princ. l. sed & interpellatur, §. 1. de recept.* & ad precaria, *l. 9. de precar.* & ad cessiones bonorum, *l. ult. de cess. bon.* & ad restitutionem hereditatum, aut ad recusationem adeundæ hereditatis, *l. 6. & 37. ad Trebell.* quæ omnia per nuntium etiam liberum hominem peragi possunt.

Ad L. XVII. eod. *Sed etsi alia die offerat, nec actor accipere voluit, nec ulla justa causa fuit non accipiendi, æquum est succurri reo, aut exceptione, aut justa interpretatione, ut factum actoris usque ad tempus judicii ipsi noceat: ut illa verba*, nec fecisset, *hoc significent*, ut neque in diem, in quem constituit, fecerit, neque postea.

Præter leges quinque, quas jam exposui ex titulo *de constituta pecunia*, quæ sumptæ sunt ex libro 29. Pauli ad edictum, sunt adhuc aliæ tres, *l. 17. 19. & 21.* e quibus jam mihi licebit tantum explicare *l. 17.* quia quæstio ejus multa & magna complectitur, & ea quidem omnia scitu, atque explicatu dignissima. Constitutum omne fit ad diem certum, idque vox ipsa demonstrat: condictum enim diem, constitutum dicimus: constituere se soluturum, est constituere certo die se soluturum. Denique constitutum omne fit ad diem, vel si forte fiat sine die, intelligitur factum

ad diem decimum saltem, ut explicabitur in *l. 21. §. 1. h. t.* Iterum dico, constitutum omne fieri ad diem. Et inde colligo actione de constituta pecunia teneri eum, qui condicta & præstituta die non solvit, aut non fecit quod constituit, ita ut postridie ejus diei, quo se daturum, facturumve constituit, conveniri possit actione de constituta pecunia. Sed si postridie, vel qua alia die postea offerat quod constituit, nec creditor velit accipere: si, inquam, post diem constitutum priusquam conveniretur actione de constituta pecunia, offerat creditori, quod constituit, nec creditor velit accipere, nec ulla sit ei justa causa non accipiendi, quæritur, an si forte pecuniam oblatam mox debitor sine culpa sua perdiderit, liberetur, quasi perierit pecunia creditori, non sibi: quasive pro soluta habeatur, quam creditor sine justa causa accipere recusavit. Hæc est quæstio. Fuit quidem ipse reus constitutæ pecuniæ prior in mora, quia constituta die non solvit, & mora fit ex die ipso: hoc est certissimum in jure, ubi obligationi dies adscriptus est etiam ante litem contestatam: mora, inquam, fit ex solo die, quo solvi debuit, ex solo tempore tardæ solutionis, etiam antequam lis contestata sit, antequam cum debitore egerit creditor, *l. ad diem, de verb. oblig. & l. 53. de fideic. liber. l. magnam*, quæ in hanc rem vulgo citatur, *Cod. de contrah. stipul. l. 2. C. de jure emphyt.* Si obligationi dies adscriptus non sit, sive solutioni, mora plerumque non fit, nisi ex tempore litis contestatæ, *l. 1. 2. & 4. C. de usu. legat. l. quæsitum, §. ult. de leg. 1.* Constituto dies fuit adscripta: adscribitur enim semper constituto, aut adscripta intelligitur: & ideo debitor prior moram fecit, qui constituto die non solvit. Verum creditor deinde posterior moram fecit in accipienda oblata pecunia, quia ante litem contestatam oblatam pecuniam sine justa causa accipere recusavit, eique posterior mora, posterius factum nocet usque ad litem contestatam: posterior mora actoris sive creditoris exstinguit priorem moram debitoris. Prior mora emendata, sive purgata esse intelligitur oblatione, *l. illud, de peric. & comm. rei vend. l. qui decem, in princ. & §. 1. de solut. l. interdum, §. ult. l. si servum, §. sequitur, de ver. obl.* Et ob id recte ait Paulus in hac lege 17. hoc casu reum constitutæ pecuniæ, videlicet si oblatam pecuniam perdiderit sine sua culpa (hæc omnia supplenda sunt) liberari, quia periculum pecuniæ respicit creditorem, qui posteriorem moram fecit, & liberari, inquit, vel exceptione, doli mali scilicet, vel justa interpretatione, id est, vel liberari jurisdictione prætoris (omnis enim exceptio est prætoria) vel interpretatione juris civilis, quæ pro ipso jure habetur. Liberari igitur vel exceptione, vel ipso jure: & sic in *l. 12. de legib.* Jurisdictio (quæ specialiter accipitur pro prætoria, quum ita ponitur absolute) respondet interpretationi, & in *l. justa, de verb. sign. & l. 3. C. de interd. matrim.* Justa interpretatio similiter, id est interpretatio juris civilis, quæ fit a prudentibus, vel a judice, & quæ, ut dixi habetur pro ipso jure, pro mero jure civili. Atque ideo committitur, ut hoc loco, prætorio juri, nempe exceptioni prætoriæ. Et in aliis quoque causis quamplurimis debitores dicuntur liberari, vel ipso jure, vel per exceptionem, non quidem in una & eadem specie: sed adhibita distinctione suo quoque modo, id est, ipso jure, vel per exceptionem in sua specie, ut in *l. si sine, §. ult. rem rat. hab.* actionem inutilem fieri, vel ipso jure, vel per exceptionem: Ipso jure, id est, solutione, vel acceptilatione: per exceptionem, pacto. Et in *l. 28. de reg. jur.* obligationis causam pactione immutari vel ipso jure, vel per exceptionem. Ipso jure, id est, si obligatio sit bonæ fidei, quia ei insunt omnes exceptiones tacite, hoc est, supplentur officio judicis: Per exceptionem autem pacti, si obligatio fuerit stricti juris. Et in *l. qui servum, de oblig. & act.* eum, qui rem sibi commodatam surripuit, domino teneri actione commodati, & condictione furtiva: sed altera actione alteram perimi, vel ipso jure, inquit, vel per exceptionem. Ipso jure, si prius egerit condictione furtiva: per exceptionem, si prius egerit commodati, ut similiter in *l. si is cui commodate, de furt. & l. prædia, de action. empt.* Eodemque modo in *l. ubicunque, de fidejuss.* novata principali obligatione fidejussorem, vel ipso jure, vel per exceptionem liberari. Ipso jure, si novatio fuerit facta legitime: per exceptionem, si non fuerit facta legitime, quæ tamen valet ut pactum: & exceptio pacti, quæ reo principali prodest, prodest etiam fidejussori. Sic & in *l. si rem 29. §. 1. de evict.* venditorem, qui emptori promisit duplam evictionis nomine, si emptor amiserit rei emptæ possessionem, ac deinde in rei vindicatione victus fuerit, vel ipso jure tutum esse venditorem, vel propter exceptionem: ipso jure, si emptor sua sponte possessionem amiserit: per exceptionem, si culpa intervenerit. Et hæc, quæ ita variis locis proponuntur, vel ipso jure quem liberari, vel per exceptionem, aliter efferuntur, vel exprimuntur hoc modo: vel per exceptionem, vel officio judicis, *l. 3. §. ult. nautæ, caup. l. bona, de noxal. act. l. sumpt. de rei vind.* Nam quod fit ipso jure, suppletur officio judicis. Sic vero & in specie hujus legis recte Paulus ait, reum constitutæ pecuniæ post diem pecuniam offerentem ante litem contestatam, si sine justa causa creditor eam accipere recusaverit, liberari, vel per exceptionem doli mali, vel justa interpretatione, id est, ipso jure, & exceptione doli mali, si prior obligatio, cui accessit constitutum, fuerit stricta. Ipso autem jure, si prior obligatio fuerit bonæ fidei, quia ut eleganter ait *l. qui id quod, de donat.* causa & origo constitutæ pecuniæ in primis spectanda est, non stricti judicii potestas, quale est judicium constitutæ pecuniæ, quod usui esse potest in multis litibus. *Il faut regarder la source de la debte que l'on paye, non pas la rigueur de la loy.* Liberari igitur vel hoc, vel illo modo in specie proposita reum constitutæ pecuniæ, & liberari a periculo, ut ante dixi, si postea oblatam pecuniam sine culpa sua amiserit, ac consequenter, liberari ab actione constitutæ pecuniæ, quia solvisse intelligitur, *d. l. qui decem*, atque adeo liberari eum a præstatione ejus quod interest, quia nihil creditoris interest, propterea quod nullam justam causam habuit recusandæ solutionis, ut posuimus. Ceterum ne quid objiciatur, dicat, quod & Accursius intellexit, non liberari tamen a pœna, si qua fuerit in stipulatum deducta, si ad diem constitutam pecunia non solveretur. Moræ semel commissæ emendatio fit per oblationem, scilicet quæ fiat integro adhuc jure creditoris, id est, cum nondum quicquam interest creditoris sibi præmaturius solutam pecuniam fuisse. Ac pœnæ semel commissæ, de qua conventum est, evitandæ nulla ratio est, quia pœna conventa hoc omnino agitur inter contrahentes, ut stricto jure rem agant, *l. trajectitiæ, de obligat.* Ex his vero concludit Paulus hoc loco, hæc verba edicti, quæ sunt in *l. 16. si paret eum, qui constituit, neque solvisse, neque fecisse*: hæc, inquam, verba sic esse accipienda, si neque is, qui constituit, ad diem constitutum solverit, aut fecerit quod constituit, neque postea quandoque ante litem contestatam: tunc, ut teneat actio constitutæ pecuniæ. Contra vero si ante litem contestatam solverit, vel fecerit quod constituit, etiamsi post diem constituti, vel si per eum non steterit quo minus solveret, aut faceret, si obtulerit constitutum, ut tunc actio constitutæ pecuniæ ipso jure non teneat, vel summoveatur per exceptionem doli mali, videlicet si nulla fuerit creditori justa non accipiendi quod offerebatur causa, puta si nihil interfuerit actoris, sive creditoris die potius constituta, quam hodie solvi sibi. Nam si quid intersit actoris, ut puta si negotiator fuerit, cujus maxime interfuerit ad constitutum solvi sibi debitam pecuniam, hoc casu non facit moram creditor, si alia die recusat accipere, quam qua reus constituit se daturum, nisi, quod & Accursius excepit recte, debitor & sortem simul offerat, & id omne quod interest creditoris. Quod si faciat, audiendus est post litem contestatam, & absolvendus: quia omnia judicia sunt absolutoria: est vulgare dictum juris, id est, omni judicio reus absolvi potest, si ante rem judicatam satisfaciat actori ad plenum, scilicet, si tantum faciat, quantum ei satis est, *§. ult. Instit. de perpet. & temp. act.* Et hæc est sententia hujus legis decimæ septimæ. Verum ad eam confirmandam non erit inutile demonstrare, non male ab Accursio adduci *legem etsi post tres, si quis cantion.* Nam & stipulatio judicio sisti,

ſi, de qua ibi agitur, fit in diem certum judicio ſiſti iſſe die, aut loco, quo die ſi promiſſor defuerit, ſtipulatio committitur adverſus illum, ita ut ex eo agi poſſit adverſus illum. Sed ſi antequam agatur, alia die poſtea ſe ſiſtat, quam ex mora rei jus actoris deterius factum non eſt, id eſt, cum actoris nihil intereſt, etiamſi ſe conducta die non ſiſtent, modo ſe iſtat nunc, hoc caſu convenitus ex ſtipulatione, quanti ea res eſt, ſe defendere poterit excepturnon doli mali, quia revera nihil dolo actoris, etiamſi alio die ſe ſiſtat, quam quo cavit ſe ſiſturum. Dico ex ſtipulatione quanti ea res eſt, id eſt, quæ conductorum in id quod intereſt, puta ſi pretium locaverit, ſe illo die ſiſti, aut quanti ea res erit dari, ſi alio die ſiſtat ſe poſt mortem, quia ad diem conſtitutum non adfuit, mora emendavit. At ſi eum pœna promiſerit aut ſtipulatus eſt, pœnæ exactio erit, ſi cum pœna vadimonium promiſerit, pœnæ exactio erit, etiamſi ſiſtat ſe poſtea, atque etiamſi nihil interſit actoris, poenam tamen committi, quia non eſt ſeſſugere, nec ſi poſtea ſiſtat ſe, tamen integrum ſit jus actoris & illæſum. Damnationem autem id quod intereſt, effugere poteſt, ſi integro jure actoris poſtea ſiſtat ſe ante litem conteſtatam ex ſtipulatu, quæ ſpectus huic noſtræ pertinuiſſe eſt. Et hæc quidem hactenus de reo conſtituræ pecunia. Sed non eſt prætermittendum, quod ex Ulpiano ſubjicitur in *l. ſeq.* de actore, ſive creditore, cui conſtituta pecunia eſt. Actor ſive creditor ſi ad diem conſtitutum mortuus ſit, ſine ullo incommodo, ſi die conſtituto partus fuerit accipere, ſi venerit conſtitutum accipiendi cauſa, ſed mortuo fuerit ante diem, vel poſt diem, cum ex pecunia nihil ad eum pervenerit, aut eam rem nihil ei nocere. Et quidem, ſi ante diem conſtituti noluerit accipere, nihil nocet: qui nec mortuo feciſſe intelligitur, qui obſtante nullo noluit accipere, quia non offerebatur congrue die, *l. ſi ſtaturem, de dolo.* Et libertus quidem debitor, qui ſolvit ante diem accipienti creditori, *Legatum ante diem cedit, l. ſi ſervo, de adim. & transl. ſtipulatio ſiſta, & inter incertum, de verb. oblig.* Verum creditor non cogitur invitus ante diem accipere: ſi accepere, liberatur debitor. Paulus? Verum ille non cogitur invitus accipere. Et ſi recuſat accipere, juſta ratione recuſat. Juſta eſt dilatio: ergo non eſt mora. Quid eſt mora? Injuſta dilatio ſolvendi, vel accipiendi quod debetur. Extra eum legimus apud Titum Livium 36. Carthaginenſes cum deberent certis pendionibus certam pecuniam populo Romano, eumque annum in diem proferrent, populum Romanum reſpondiſſe, ſe ante diem non accepturos. Verſatur in eo die, quo nobis ſolvi cæperunt, utilitas quæſtionis noſtræ, quem tempus ſit, quo non cogere ad pecuniam accipiendam ante diem. Ergo ſi creditor ante diem conſtitutum non acceperit, ea res ei fraudi eſſe non poteſt. Quid ſi poſtea acceperit? Quid ſi noluerit acciperę, qui die conſtituti paratus erat? Si poſt diem conſtituti noluerit acciperę, etiam hoc ei nihil nocet, videlicet ſi mora interfuerit, conſtituto quoniam debitor ſiſti, ut dixi, & res eſſerat eamus, quod eius intereſt. Sed ſi nihil ejus intereſt, vel hodie ſolvi, vel conſtituto die, ſiſtum eum, id eſt, mora, quam in eo fecerat, non eſſe purgatam, ſique ad litem conteſtatam, quia non habuit juſtam cauſam non accipiendi, cum nihil ejus intereſſet. Hoc oſtendimus in lege ſequenti. Verum quod dicebamus creditorem adiem conſtituti moram facere: puta non venerit, aut noluerit accipere pecuniam die conſtituta obſtante ſibi: ſe poſtea præſens, quam tunc temporis debitor non habebat, perierit furto, vel rapina, vel alio caſu? Et ruris: Quid ſi creditor impeditus fuerit, ut in frequenti propoſitur, veniens ad conſtituram, vel ſuſcipiendam, vel adverſa tempeſtate, vel vi majore, infoſſus vi aquarum, an ea res ei nocet, id eſt, an periculum pecuniæ, quæ poſt diem conſtitutum perit, ad eum reſpicit, an ad debitorem? Et ait periculum ad creditorem pertinere, debitorem liberari: quia verum eſt creditorem moram feciſſe in accipiendo. At dices, impedisse fuis in majore, morbo ſcilicet, adverſa tempeſtate, aut vi fluminis, qui tres caſus excuſant actorem, excuſant reum, excuſant judicem ex 12. tabulis, qui judicii die non venerunt, qui judicio non adfuerunt, *l. 2. ſi judicia, & quæ sententiam dicere, Cod.* Non eſt ita dicendum ita, ſed ſimpliciter, ut dixi in *l. ſeq.* de actore, ſive creditore, cui conſtituta pecunia eſt. Ad ea, quæ dicta ſunt, reſpondeo, & dico eos caſus excuſare eum, qui ad diem conſtitutum ſolvendæ pecuniæ non venerit, puta ut reo fit integrum alio die offerre, & actori alio die petere, ſed non etiam, ut periculum liberetur. Primum non ut periculo liberetur actor, ſi ipſe ad conſtituendum non venerit, & pecunia ſolutioni debitorem ita paranque interim deperdita fuerit ſine culpa debitoris: Nam hoc caſu, etiamſi vi majore creditor venire impeditus fuerit, non tamen pecuniæ ad eum pertinet, non ad debitorem, qui ſuuſtus eſt officio debitoris bonæ fidei, & quia veram eſt eum debitam peruſſe ante mo- B modo peremptam ante moram debitoris perire creditori, periculum eius res reſpicere creditorem, *ſi ſic ſeger venerit ſeger venerit. Hoc* Contra quoque, ut periculo liberetur reus, qui ad diem conſtituti non venit, licet impedimus fuerit caſu majori, atque ita pecuniam, renove amiſit poſt mortem. Hic non liberatur: nam ut interiit poſt mortem. Et ita explicanda eſt hæc lex.

Ad L. XIX. eod. *Id quod ſub conditione debetur, ſive pure, ſive certo die conſtituatur, eadem conditione ſuſpenditur, ut exiſtente conditione tenetur: deficiente, pure actio ab initio competit.*

Ad §. Sed is, *qui pure debet, ſi ſub conditione conſtituat, tenetur ſimpliciter, in hanc ut ſolvat ſimpliciter.*

Ad §. Si, *quis pecuniam conſtituerit ſe ſiſturum, quod fuit in pecunia, non minuetur pecuniam eo, quod ex ea cauſa obſtitit eſſe expers, & liber interfuerit actoris, non tamen liberatur.*

REſtat ex eodem titulo de conſtituta pecunia leg. 19. & 21. Hoc edicto nominatim expreſſum eſt, de eo tantum pecuniam, quæ pure data eſt, quam ſub conditione, apperebat fuiſſe debitam, non de eo, quæ tum erat profuta indebita, *l. 1. l. 2. l. 5. l. 6.* Ex eo ſequitur ſi quis conſtituerit, quod ſibi debitorem debitum a ſe eſſe ab alio, nihil referet, etiamſi conſtituerit pure, vel in diem certum, eum hac actione non teneri, eum non teneri de conſtituta pecunia, quæ ſub conditione conſtituta exiterit. Reſte quidem aſſeſſ principali obligationi, quæ fuiſſet futura eſt, ſi conditio exiſteret: ſed ut principalis obligatio conditionalis eſt, & hæc pecunia, quæ pure in diem profertur, vel in alium diem certum concepta eſſet, conditionalis eſſe intelligitur, ac proinde eadem conditione ſuſpenditur, quæ & principalis obligatio eſt. Nec enim conſiſtere poteſt, id eſt, incipere non poteſt (quæ enim cuperit ſemel, poteſt conſiſtere) ut infra demonſtrabimus. Non poteſt igitur incipere conſtituta pecunia, quæ ſub conditione

pecunia, ex pacto nudo tenerí, ex pacto nudo obligari, & fridet in multis aliis locis, quæ frustra citantur. Constitutum fit pactum nudum, fed omnino eft falfum. Conftituti verbum confilii deliberationem fignificat, non pactum. Conftituum eft fimile contractui, qui receptum olim dicebatur, actio conftituræ pecuniæ, actio conftituratoris fimilis eft actioni receptitiæ. Pactum non parit obligationem, nifi legitimum, & civile pactum. Conftitutum fpecialiter parit obligationem. Ne igitur dicamus, eum, qui tenetur ex conftituto, teneri ex pacto nudo. Conftitutum enim non eft pactum nudum.

A pecunia locupletior factus fuerit. Hoc enim cafu ex fcripto D. Pii pupillus ex omnibus contractibus, quamvis non miferetur cum aliis fine tutoris auctoritate, in quantum locupletior factus eft, teneatur utiliactione. Utiliqitur actione commodati, vel depofiti, vel mutui, quia tenetur, vel pecunia auxit fuum patrimonium. Ut fi vel auxerit femel, fatis eft, quamvis poftea rem amiferit, *l. ex pupillo de pupillo*. Ita hujus refcripti fit mentio multis in locis, *l. 3. in prine. h. t. & 2. an in pupillum, l. pupillus, de eff. tut. l. 3. pupillus, de neg. geft.* Altero etiam cafu pupillus tenetur actione commodati, vel depofiti, qui commentum, vel depofitum accepit fine tutoris auctoritate, fi tuncei commodatum, aut depofitum fit, quum erat deli capax, vel pubertati adpropinquat, & in depofito dolum admifit, vel in commodato dolum aut culpam: Nam & hic cafu quafi negotio ab initio cum eo iure contracto tenetur actione depofiti, aut commodati, *l. 2. de off. eius, l. 3. an in pupill. quod etiam fignificat l. 1. §. ult. h. t.* quæ potnit, non tenetur pupillum commodati, etiam fi pubertatem dolum aut culpam admiferit. Quod ideo potuit, quia fi ante pubertatem dolum aut culpam admiferit, eum ei jam doli potenti res commodata eft, proculdubio commodati tenetur. Et hunc cafum ex Sabino accipimus in commodato, & depofito, ut expofui. Nam in mutuo nunquam quæritur de dolo vel culpa, quia res confumendo fit, dum confervando, ut in commodato, vel depofito. Præterea notandum eft, precarium, quod alias dicitur effe fimile commodato, *l. 1. de precar.* hic in re manente a commodato differre, quod poffit revocari quotcunque. Nota quidem eft omnibus hæc differentia inter precarium & commodatum, quod ex commodato actione obligatio nafcatur ex contractu, ex precario ex pacto. Sed totum hoc ex liberalitate defendit ejus, qui precario conceffit, ædes ut id, quod precario conceffit, quandoque ut libeat, poffit revocare, quamvis non ante recepta commodatæ fuere nona poteft. Non poteft fcilicet commodator rem commodatam inportune repetere, & retinere. Unde etiam fequitur, in commodato actionem dolum & culpam in fe dolum tantum, *l. 17. §. ferui, hic vii. l. 17. l. 8. § eam quoque, de precar.* hæc, inquam, differentia non eft omnibus. Verum, eft alia fane maxima differentia, quæ inter hæc duo contractus intercedit, quam non animadvertunt: quod fi pupillus fine tutoris auctoritate commodatum acceperit, non tenetur actione commodati, quamvis fupradictis diftinctionibus, ex fi pupillus precario rogaverit fine tutoris auctoritate, tenetur interdicto de precario indiftincte, & omni cafu, fi non habeat, quod ex edicto præftet *l. ult. §. ult. de precar.* Et ratio variietatis proficiitur ex varietate formularum, quam & ex ultimus fignificat. Aftionis omnis. Ita hæc eft formula: *Quod ex illo fundo ex cauſa precarii rogavit Titium Seium, id eſt, quod mihi ea nomine obligatus eſt.* Verbum *oportet*, fignificat obligationem: Hæc formula non cadit in pupillum, qui fine tutoris auctoritate precarium accipit: eis auctoritate. Formula autem interdicti de precario hæc eſt: *Quod precario habet, aut dolo fit, quo minus restituatur, id reſtitui oportet.* Hæc formula non cadit in pupillum, qui precarium fine tutoris auctoritate accepit: & ideo hoc loco acceptior generaliter *pro fideſpiſſorem dare*, fed hoc loco acceptior generaliter *pro fideſpiſſore quoquo modo obligari*, per *hoc, ſolutam de fideiuſſ. l. 2. §. ult. de fideſpiſſ.* Et nihil eſt præterea in *l. 21.* Hæc de aftione de conſtituta pecunia : fequitur actio commodi.

Ad L. II. Commodati. *Nec in furioſum commodati actio danda eſt, ſed ad exhibendum adverſus eos dabitur, ut res exhibeat, vindicetur.*

EXpoſito edicto de conſtituta pecunia libro 29. ad edictum, fecundo loco expoſuit Paulus edictum de commodato, de quo in libro *Sabi l. 17. §. 1. & 2. 17. Comment.* quas hodie explicabimus. In l. 2. Paulus docet, in perfonis impuberis commodatum non conſiftere fine tutoris authoritate: & ideo fi pupillus commodatum acceperit fine tutoris authoritate, non tenetur actione, quia ex commodati directa actione commodati, etiamſi pubes ftatim dolum, aut culpam in ea re admiſerit: quia ab initio commodatum jure non tenuit, ut ex fcripto D. Pii commodis ulla effe poteft. Eodemque modo in perfona pupilli non conſiſtit mutuum fine tutoris authoritate, *l. proper. de adilic. & ff. nec pupillus, l. 1. §. ult. de pupillus, de pof. Sed* fi res commodata, vel depofita, vel pecunia mutuo data pupillo fine tutoris authoritate exiter, & eam pupillus poſſideat, cujus reſtituendæ fit commodata, vel depofita, & ea rei fubnegada qui eas poſſeſſ tutore auctore actione ad exhibendum, ut exhibita vindicetur. Si, inquam, exter, fi eam poſſideat, non fi eam poſſideat pupillus: fi aliquo dolo malo confumpta fit. Poſſeſſio enim adverſarii petitori potet actionem ad exhibendum, vel in rem. Verum fi quis pubes dolum, aut culpam admiſerit in re commodata, eius ratio habebitur in actione ad exhibendum, vel in rem, puta fi eam rem dolo malo deferit poſſidere, aut culpa lua, quoniam commodatarius non folum dolum, fed etiam culpam præſtat, etiam leviſſimam. In fpecie igitur propoſita, pupillus, fi rem poſſidet, tenetur quidem actione in rem & ad exhibendum: actione vero commodati, vel depoſiti, vel mutui non tenetur, excepto quo, & altero caſu. Uno caſu, fi ex earte, vel

Jam interdicti. Hæc eſt ratio *l. 8. §. ult. de perear.* Quod autem juris eſt in pupillo regulariter, ut commodati non teneatur: fed fi retinetur, teneatur ad exhibendum, & rei vindicationem. Pendet in hac *l.* fcribit, idem effe in furioſo: & plane idem eſt: fed in furioſo multo magis, & nullo cafu excepto ut recte hoc Alberticus & Angelus notant: Nam hoc loco nullum negotium contrahere poteſt, ne curatore quidem adhibito, *l. 5. de reg. jur. l. 1. §. pen. de adilig. & aft.*

A Ad L. XV. cod. *Commodare poſſumus etiam alicui eam rem, quam poſſidemus: tamquã fiuentes alienum poſſidemus.*

QUotidie contrahi non tantum rei noſtræ, ut mutuum: fed etiam rei alienæ, quam bona aut mala fide poſſidemus, & eam rem, quæ nobis commodata eſt, commodari, *l. 2. de off. eius, l. 3. an in pupill.* quod etiam fignificat *l. 1. §. ult. h. t.* quæ potnit, non teneri pupillum commodati, etiam fi pubertatem dolum aut culpam admiſerit. Quod ideo potuit, quia fi ante pubertatem dolum aut culpam admiſerit, eum ei jam doli potenti res commodata eſſet, proculdubio commodati teneatur. Et hunc cafum ex Sabino accipimus in commodato, & depoſito, ut expoſui. Nam in mutuo nunquam quæritur de dolo vel culpa, quia res conſumendo fit, dum confervando, ut in commodato, vel depoſito. Præterea notandum eſt, precarium, quod alias dicitur effe fimile commodato, *l. 1. de precar.* hic in re manente a commodato differre, quod poſſit revocari quotcunque. Nota quidem eſt omnibus hæc differentia inter precarium & commodatum, quod ex commodato actione obligatio nafcatur ex contractu, ex precario ex pacto. Sed totum hoc ex liberalitate defendit ejus, qui precario conceffit, ædes ut id, quod precario conceffit, quandoque ut libeat, poſſit revocare, quamvis non ante recepta commodatæ fuere nona poteſt. Non poteſt ſcilicet commodator rem commodatam inportune repetere, & retinere. Unde etiam ſequitur, in commodato actionem dolum & culpam in ſe dolum tantum, *l. 17. §. ſervi, hic vii. l. 17. l. 8. § eam quoque, de precar.* hæc, inquam, differentia nota eſt omnibus. Verum, eſt alia fane maxima differentia, quæ inter hæc duo contractus intercedit, quam non animadvertunt: quod ſi pupillus fine tutoris authoritate commodatum acceperit, non tenetur actione commodati, quamvis ſupradictis diſtinctionibus, ex ſi pupillus precario rogaverit fine tutoris authoritate, tenetur interdicto de precario indiſtincte, & omni caſu, ſi non habeat, quod ex edicto præſtet *l. ult. §. ult. de precar.* Et ratio variietatis proficiitur ex varietate formularum, quam & ex ultimus fignificat. Aftionis omnis. Ita hæc eſt formula: *Quod ex illo fundo ex cauſa precarii rogavit Titium Seium, id eſt, quod mihi ea nomine obligatus eſt.* Verbum *oportet*, fignificat obligationem: Hæc formula non cadit in pupillum, qui fine tutoris authoritate precarium accipit: eis auctoritate. Formula autem interdicti de precario hæc eſt: *Quod precario habet, aut dolo fit, quo minus restituatur, id reſtitui oportet.* Hæc formula non cadit in pupillum, qui precarium fine tutoris authoritate accepit: & ideo hoc loco acceptior generaliter *pro fideſpiſſorem dare*, fed hoc loco acceptior generaliter *pro fideſpiſſore quoquo modo obligari*, per *hoc, ſolutam de fideiuſſ. l. 2. §. ult. de fideſpiſſ.* Et nihil eſt præterea in *l. 21.* Hæc de aftione de conſtituta pecunia : ſequitur actio commodi.

B Ad L. II. Commodati. *Nec in furioſum commodati actio danda eſt, ſed ad exhibendum adverſus eos dabitur, ut res exhibeat, vindicetur.*

EXpoſito edicto de conſtituta pecunia libro 29. ad edictum, ſecundo loco expoſuit Paulus edictum de commodato, de quo in libro *Sabi l. 17. §. 1. & 2. 17. Comment.* quas hodie explicabimus. In l. 2. Paulus docet, in perſonis impuberis commodatum non conſiſtere fine tutoris authoritate: & ideo ſi pupillus commodatum acceperit ſine tutoris authoritate, non tenetur actione, quia ex commodati directa actione commodati, etiamſi pubes ſtatim dolum, aut culpam in ea re admiſerit: quia ab initio commodatum jure non tenuit, ut ex ſcripto D. Pii commodis ulla effe poteſt. Eodemque modo in perſona pupilli non conſiſtit mutuum ſine tutoris authoritate, *l. proper. de adilic. & ff. nec pupillus, l. 1. §. ult. de pupillus, de pof. Sed* ſi res commodata, vel depoſita, vel pecunia mutuo data pupillo ſine tutoris authoritate exiter, & eam pupillus poſſideat, cujus reſtituendæ fit commodata, vel depoſita, & ea rei ſubnegada qui eas poſſeſſ tutore auctore actione ad exhibendum, ut exhibita vindicetur. Si, inquam, exter, ſi eam poſſideat, non ſi eam poſſideat pupillus: ſi aliquo dolo malo conſumpta fit. Poſſeſſio enim adverſarii petitori potet actionem ad exhibendum, vel in rem. Verum ſi quis pubes dolum, aut culpam admiſerit in re commodata, eius ratio habebitur in actione ad exhibendum, vel in rem, puta ſi eam rem dolo malo deferit poſſidere, aut culpa lua, quoniam commodatarius non ſolum dolum, ſed etiam culpam præſtat, etiam leviſſimam. In ſpecie igitur propoſita, pupillus, ſi rem poſſidet, tenetur quidem actione in rem & ad exhibendum: actione vero commodati, vel depoſiti, vel mutui non tenetur, excepto uno, & altero caſu. Uno caſu, ſi ex earte, vel

A Ad §. Contraria *commodatæ abſit etiam ſine principali mandare poteſt: ſicut & emtæ, quæ dicitur pro emptis.*

Ad §. Si ex facto *heredis agatur commodati, in ſolidum condemnatur, licet ex parte heres eſt.*

Ad §. Sicut autem *ſubſtantiæ, & officium mercis eſt, quum neceſſitate, commodate: ita modum commodati, ſumque præſcribere rive eſt, qui breviſſimum præbuit. Cum autem eſt ſpes, ut ſolet, ſine commodante: tunc ſuum præſcribere, & retro agere, atque intempeſtive nimis commodata res auferre: non abſtinam tantum inquiſite: ſed & ſolicite obligetur: non dandum exceptionis locum. Geritur enim negotium innocens. Et ideo tantum propoſito ſuæ actionis, ut apparent, quod privilegio ſcholaſtici, ne multa volumina ſcreat, quæ non ſunt neceſſaria. Adſervus quippe nos, non decipis beneficio operæ. Ex quibus cauſis etiam commodatum, indicium utile eſſe, dixendum eſt.*

Ad §. Dabitur *enim commodatum, vel ab altera commodati ejus poſſe, Vicarium ſcripſit. Quod in uſu videri verum ſi ſeparate ſint, Pomponius ſcripſit. Non eum, qui certum pecus, vel ſpeciem commodavit, non teneri ejus actorum de fingulis partibus.*

C Ad §. Rem commodatam *poſſidet, & pro ea penitus dedit, dicendum eſt, non teneri, Lalius ait, contrarium juſtius, aut rem mihi præſtare te debere, aut pretium, aut ut ipſe poſſit reddere.*

D Nitio legis adhibenda eſt conſtituendam actionem in commodato contrahendo, *ne dolus præſtetur a commodatario*, non valere, quia eſt contra bonos mores, & contra negotii naturam, quod reſpicimus ex Marcello: cui pulla præſtetur, pactio valet. *l. 5. §. interdum, ff. de pact.* Et præſtetur adeo, ut dolus poteſt ſalva & incolumi natura contractus: quia præſtatio abeſſe non poteſt ſalvo natura contractus, qui eſt bonæ fidei, quia nihil eſt magis contrarium bonæ fidei quam dolus.

D Ad §. *Contraria*. Nonnulli, dixerunt, quæ commodatori, & contrariam, quæ commodatario competit actio ex contrario, unde nomen datur. Dicitur autem nomen ex eo id, quod eſt principale abſit. Et inde in hoc §. 1. contrariam actionem commodati, quamvis ex nomen eius ſerre non videatur, moveri poſſe fine principali, id eſt, ſine actione commodati, & contraria tutelæ, vel pignoratitia, vel contraria negotiorum geſtorum, vel contraria mandati, vel depoſiti moveri, & intendi poteſt, etiamſi actio, quæ negotiorum gerit, & ſuperior cauſa eſt, non agat directo: ex his actionibus, inquam, naſcitur actio ultro citroque: fed ex uno latere directa, ex altero contraria, quia potior eſt cauſa eius, qui depoſuit, vel commodavit, vel quia, ad quem tenet, negotiare geſta pertinent, vel ejus, qui rem pignoratam, quæ mandata ſunt, vel ejus, qui vel commodatarii, vel depoſitarii, vel commodatarii, vel creditoris: ex aliis negotiis actio eſt ultro citroque directa, ut ex locatione, ex emptione, vendítione, locatione, conductione, quia pars eſt utriuſque contrahentis quia ſa, nec alius alio potior eſte intelligitur. Qua de re conſule *capos 2. obſervationum 9.* Pergamus ad reliqua.

E Ad §. *Si ex facto heredis* notandum eſt, ſingulos heredes commodatarii hac actione teneri pro parte hereditaria hereditariis ex facto defuncti, puta ſi defunctus dolo vel culpa res commodata peretit, etiamſi ad eos nihil pervenerit, & ante diei. Nam quamvis facto defuncti teneri ſingulos pro parte hereditaria. Ex facto autem proprio, ut hic: Paulus

ait, id est ex dolo proprio, vel ex culpa singulos teneri in solidum, non pro parte, quod confirmatur etiam *l. in depositi*, *infra*, *depos.*

AD §. *Sicut* Voluntatis nudæ, & officii est commodare, non necessitatis. Initium omnium contractuum est voluntarium. Aristoteles in 5. Ethicorum ἡ ἀρχὴ τῶν συναλλαγμάτων ἑκούσιος. Verum postea contractus convertuntur in necessitatem, in obligationes, in præstationes necessarias & mutuas, adeo ut quem dominus, vel is, qui rem commodavit (nam & non dominus potest rem commodare) quem modum, finemve præscripsit commodato, postea mutare, aut intempestive rem commodatam revocare non possit. Quod & in mandato procedere, & negotiis gestis hoc loco ostenditur: voluntatis esse mandatum suscipere, necessitatis consummare. Confert negotium gratuitum cum gratuito: Nam & mandatum & commodatum sunt negotia gratuita. Negotium alienum, quod quis semel susceperit, vel ultro, vel ex mandato, ab eo non impune deseri, ut *l. si mandavero, §. ult. mand.* forte enim, ut ait, alius suscepisset, si ipse non cœpisset gerere negotium alterius. Itaque periturum negotium, quod inchoavit, impune non deserit. Unde, quo exemplo utitur, si pugillares tabulas mihi commodaveris, ut in eis debitor mihi sua manu caveret, mox eas revocaveris importune, antequam debitor mihi cavisset suo chirographo, eo nomine mihi teneris actione commodati contraria in id quod interest: quia si negasses ab initio, ego vel emissem pugillares, quibus mihi debitor cavisset, vel in cedendo, inquit, testes adhibuissem, qui locus est valde notandus. Nam ex eo apparet, chirographis veteres non solitos testes adhibere. Chirographum faciebat fidem etiam sine testibus. Item si ad fulciendam domum mihi tigna commodasti, deinde ea protraxisti, id est, repetiisti, & retraxisti priusquam ædificio adaptarentur; aut si sciens tigna esse vitiosa, ea mihi commodasti, similiter eodem nomine mihi teneris actione commodati. Quia, ut eleganter ait, commodatum beneficium est: est enim gratuitum, & adjuvari nos beneficio oportet, non decipi. Quæ sententia est elegantissima, & confirmatur *l. ad res, in fi. de ædil. edict.*

AD §. *Duabus rebus*. Sequitur in §. pen. Duabus rebus diversis, & sejunctis commodatis recte agi adversus commodatarium de una tantum re, si velit, protrahenda, & revocanda, si res separatæ sint, ut dixi: nam si carrucam commodaverit, vel lecticam, non recte agit de singulis partibus protrahendis, quibus constant: quia nec singulas res commodavit, nec singulæ proprie partes esse intelliguntur lecticæ, vel carrucæ. Eademque ratione si navem commodavit, non recte aget de singulis tabulis: Si domum (nam & domus commodari potest, *l. 1. §. inter, hoc tit.*) non recte aget de singulis cæmentis, vel tignis, vel columnis, quæ exempla credo ad exemplum lecticæ, & carrucæ hoc loco addidisse Paulum: idque colligo ex *l. 36. de evict.* quæ est ex hoc libro, & docet, quæ est eadem ratio, etiam nave, aut domo vendita, singularum tabularum, singulorumve cæmentorum nomine, si evincantur, postquam exempta fuerint ædificio, forte ex stipulatione duplæ venditorem non teneri, quia navem vendidit, aut domum. Et singulæ tabulæ domus, aut navis partes non sunt: denique singulæ illæ res venditæ, aut rei venditæ partes esse non intelliguntur. Et ideo de evictione earum rerum nomine venditor non tenetur, quia nec quota pars evicta sit rei venditæ sciri potest. Ita perquam apte l. 36. conjungetur cum hoc §. penult.

AD §. *Ult.* In §. ult. hoc tantum proponitur, commodatarium rem commodatam perdidisse culpa sua, & conventum a domino, a commodatore ei præstitisse æstimationem rei sua culpa amissæ, postea rem pervenisse ad commodatorem. Quid fiet? an & rem habebit & æstimationem rei? Hoc bona fides non patitur. Et ideo contraria actione commodati vel litis æstimationem restituere debet, vel rem præstare, quam postea recuperavit: qui litis æstimationem accepit, vendidisse rem videtur, *l. 5. §. 1. h. t.* Ita quidem, si eam habuerit commodator, & a commodatario oblatam rei æstimationem acceperit, non si eam perdiderit commodatarius: tum eam non intelligitur vendidisse, sed culpæ pretium tulisse tantum. Et ideo recte Accursius sentit in hoc casu, in electione esse ejus, vel ut rem præstet, quæ postea ad eum pervenit, vel rei æstimationem, quam accepit, restituat: si pro venditore haberetur, abscisse teneretur ad rem præstandam commodatario. Atqui nego illum haberi pro venditore, quia ab eo accepit litis æstimationem, qui rem perdiderat, qui rem penes se non habebat. Sequitur nunc edictum de pigner. act.

Ad L. XIV. de pigner. act. *Ea igitur, quæ diligens paterfamilias in suis rebus præstare solet, a creditore exiguntur.*

LIbro 29. ad edictum tractavit Paulus tertio loco de edicto, & actione pigneratitia, quæ, ut commodati actio, etiam est duplex. Directa, quæ debitori datur soluta omni pecunia pignoris recipiendi gratia, & contraria, quæ datur creditori pigneratitio ex certis causis. Actio constitutæ pecuniæ, de qua priore loco egit in hoc libro, simplex est, ex parte creditoris tantum, non ex utraque parte duplex, sicut nec ex mutuo, vel ex promutuo, vel ex stipulatu, condictio certi vel incerti, de quibus egit libro superiore. Actio commodati, itemque actio pigneratitia duplex est: ex parte ejus, qui commodavit, vel pigneravit, quæ pars est pensior & principalior, est directa: ex parte commodatarii, vel creditoris pigneratitii, contraria. Et in utramque quidem directam actionem, vel commodati, vel pigneratitiam, venit dolus & culpa commodatarii, vel creditoris, & custodia ejusdem, *l. 13. §. ult. h. t.* At hoc interest, quod in directam commodati venit omnis culpa, etiam levissima, quia ejus solius plerumque, qui utendum rogavit, utilitas in commodato versatur. In directam autem pigneratitiam, quia utriusque contrahentis utilitas versatur tam debitoris scilicet, quo magis ei pecunia credatur, quam creditoris, quo magis ei in tuto sit creditum, non omnis culpa venit, non certe levissima. Et hoc Paulus significat in *l. 14.* quæ est ex hoc libro, dum ait, *ea, quæ diligens paterfam. in suis rebus præstare solet, & creditorem præstare debere in conservando pignore sibi tradito: quæ diligens*, inquit, *paterfamilias*. Loquitur proprie, non dicit *quæ diligentissimus*, sed *quæ diligens*. Quæ igitur mediocriter diligens, ut in *l. si pignore, §. ult. inf. cod.* Longe aliter, quam commodatarius, a quo ea, quæ diligentissimus paterfamilias præstare solet in tuendis, servandisque rebus suis, exiguntur, *l. in rebus, commod.* Diligentia diligentis patrisfamil. respondet culpæ levissimæ. Custodia autem, & diligentia idem est, & venit ea quidem in utroque negotio, quia non hoc tantum exigitur a commodatario, vel a creditore, ne sit negligens: sed ut sit diligens, & attentus in conservanda re commodata, vel pignerata. Verum longe major, attentior, accuratior diligentia, custodia a commodatario exceptis quibusdam casibus, quam a creditore desideratur: a creditore desideratur exacta diligentia, §. 1. *Instit. Quib. mod. re cont. oblig.* a commodatario exigitur exactissima, *l. 1. §. is vero, de obl. & act.*

Ad L. XVI. eod. *Tutor lege non refragante, si dederit rem pupilli pignori, tuendus erit: scilicet si in rem pupilli pecuniam accipiat. Idem est & in curatore adolescentis, vel furiosi.*

Ad §. Contrariam *pigneratitiam creditori actionem competere certum est. Proinde si rem alienam, vel alii pigneratam, vel in publicum obligatam dedit, tenebitur: quamvis & stellionatus crimen committat. Sed utrum ita demum si sciit, an & si ignoravit: Et quantum ad crimen pertinet, excusat ignorantia. Quantum ad contrarium judicium ignorantia eum non excusat, ut Marcellus libro 6. Digestorum scribit. Sed si sciens creditor accipiat, vel alienum, vel obligatum, vel morbosum, contrarium ei non competit.*

Ad §. Etiam *vectigale prædium pignori dari potest, sed & superficiarium: quia hodie utiles actiones superficiariis dantur.*

Lex

LEx ait, tutorem pupilli, si in rem ejus sive negotia pecuniam mutuam accipiat, & rem pupilli pignori det: Itemque curatorem adolescentis, vel furiosi, si in rem adolescentis, vel furiosi pecuniam accipiat, & rem ejusdem creditori pignori det, tuendum esse, inquit, id est, tuendum esse pignus a prætore, ut in *l. 18. §. ult.* similiter ait, *servus si rem peculiarem pignori dederit, tuendus est.* Et hoc, ut Paulus ait in *hac l.* si lege non refragante tutor, vel curator rem pupilli, vel adolescentis, vel furiosi pignori dederit. Quid hoc est *lege non refragante*? Nempe si pignori dederit rem mobilem: nam rem immobilem sine decreto prætoris dare non potuit, quoniam id vetat SC. sive oratio Severi, *de rebus cor. qui sub tut. vel cura sunt non alien. vel pigner.* quod est de rebus immobilibus. Lex igitur hoc loco pro SC. ut in lege *lex, C. de admin. tutor.* Hoc est apertissimum.

AD §. *Contrariam*. Sequitur in §. 1. creditori decepto in contrahendo pignore dari contrariam actionem pigneratitiam in id, quod interest, ut in *l. si in pignore, de fidejuss.* ut puta, si debitor ignoranti, & imprudenti creditori rem alienam, vel rem suam alii privato homini, vel etiam publico, puta fisco, aut Reip. obligatam, vel si hominem morbosum, nullius æris, ignoranti creditori pignori dederit, *l. 9. in pr. h. t. l. 6. C. si res alien. pign. data sit*: forte contra fidem datam in contrahendo pignore, ut moris fuisse Demosthen. ait adversus Locriti paragr. quod & hodie fieri solet, pactis pignorum inseri, pignus quod datur esse liberum ἀνεπίδανειστον, se nihil alii debere, neque debituros esse sub eodem pignore. Eo igitur nomine, creditori ignoranti & circumscripto, debitor tenetur contraria actione pigneratitia, sive sciens, sive ignorans debitor, eam rem esse talem, pignori dederit: in danda contraria actione non separatur ignorans a sciente. Et hoc amplius, sciens debitor rem esse alienam, vel alii obligatam, vel servum, quem pignori dabat, esse morbosum, tenetur extra ordinem crimine stellionatus, tanquam varius, ut stellio.

Variis stellatus corpore guttis.

ut Ovidius ait 5. Metamorph. tanquam impostor, *l. 1. & 2. C. de crim. stellion.* Ignorans autem debitor talem rem esse, quam oppigneravit, crimine stellionatus non tenetur, in ignorantem crimen non cadit. Inhumanum esset ignorantem pœna affici, quæ improbitati proposita est, quæ quidem nulla existit in ignorante. Itaque in crimine stellionatus separamus scientem debitorem ab ignorante, non etiam in contraria actione pigneratitia. Quia contractus fides exigit, ut salvum jus suum sit creditori.

AD §. *ult.* In §. ult. hujus *l.* Paulus tradit, non tantum eam rem a nobis jure pignoris creditori obligari posse, quæ dominii nostri est: sed etiam eam rem, cujus alter dominus est, maxime si in ea re jus emphyteuticum, aut jus superficiarium habeamus. Jus superficiarium, quod jus ἐμβατευτικὸν dicitur in *l. 3. §. si jus, de reb. cor. qui sub tut. vel cur. sunt*. Jus emphyteuticum est jus excolendi, exercendi prædii alieni in perpetuum, domino præstito vectigali annuo. Jus ἐμβατευτικὸν est jus considendi, & habitandi ædificium in alieno solo positum, præstita quotannis mercede, quæ merces vulgo dicitur *solarium*. Et hoc quoque jus constituitur in perpetuum, ita ut perpetuo mihi habitare liceat in superficie ædium tuarum, præstito annuo solario, sicut appellatur in *l. 2. §. si quis nemine, ne quid in loco publ. l. etiam, qui potior. in pign. hab. l. cum servus, §. heres, de leg. 1.* Symmachus 4. epist. *solvere*, inquit, *solarium patris jussus est, taxatione pretiorum graviter aggerata*. Res igitur non mea, in qua jus habeo ἐμφυτευτικὸν, vel ἐμβατευτικὸν, a me pignori obligari potest, etiam invito domino. Res aliena, in qua nullum jus habeo, a me pignori obligari non potest, nisi consentiente, aut ratum habente domino, *l. 20. in princ. h. t.* Ratihabitio domini sufficit, quia retrotrahitur, & consensui comparatur. Sed si neque consensus, neque ratihabitio domini interveniat, res illa aliena pignori obligari non potest, id est, res illa obligatione adfici non potest, pignori tamen dari potest, pignori obligari non potest. Facio differentiam inter obligari & pignori dari; ita scilicet, ut inter dantem & accipientem constituatur obligatio ultro citroque. Nam & qui ignoranti creditori pignori dedit rem alienam, obligatur contraria actione pigneratitia, ut docui supra, & qui accepit, soluta omni pecunia, obligatur directa actione pigneratitia, *l. 9. §. pen. l. 22. §. si prædo, h. t.* Et sicut in *l. cum hic status, §. si socer nurui, de don. int. vir. & uxor.* Si socer nurui, vel consocero nuntium remiserit, invitis filiis, qui matrimonio juncti sunt, matrimonii dissolvendi causa, quod ad ipsos dicitur finitum esse matrimonium: ita dicere possumus, quod ad ipsos contrahentes rei alienæ pignus consistere: uno verbo, personas contrahentium obligari, rem ipsam invito domino non obligari: denique rem alienam pignori dari posse, non etiam pignori obligari. Rem, inquam, alienam, in qua nullum jus habemus. At prædium vectigale, in quo habemus jus emphyteuticum, sive prædium ἐμφυτευτικὸν, itemque prædium superficiarium, sive ἐνοικικὸν, ut Græci hoc loco loquuntur, etiam invito domino emphyteuta vel superficiarius pignori dare vel obligare potest, fretus hoc jure, quod in eo prædio habet, salvo semper vectigali, aut solario prædii domino, *l. etiam, qui pot. in pignor. hab. l. grege, §. & in superficiariis, de pignor.* Quia, & hac ratione utitur Paulus in hoc §. ult. etsi jure veteri, emphyteuticarii, vel superficiarii non habent rei vindicationem, quia non sunt domini: hodie tamen ex constitutionibus eis, quasi dominis datur utilis vindicatio prædii emphyteutici, vel superficiarii, atque etiam utilis vindicatio servitutis ei prædio debitæ, & adversus quemvis possessorem, etiam adversus dominum, *l. 1. §. ult. si ager vectigalis*, id est, *emphyteuticarius petatur, l. superficiario, de rei vind. l. in provinciali, §. ult. de novi oper. nunt. l. ei qui, de servit.* Itemque dantur eis & aliæ actiones, quæ non solent, nisi dominis dari, aliæ, inquam, actiones emphyteuticariis, & superficiariis, quasi dominis accommodantur, velut actio arborum furtim cæsarum, & actio aquæ pluviæ arcendæ, *l. cædere, §. ult. arb. furt. cæs. l. quod principis, §. 1. de aq. pluv. arc.* Ideoque & id prædium alienare, distrahere, vendere, legare, donare, vel extraneo, vel domino in eo prædio usum, vel usumf. vel aliam servitutem concedere possunt quasi domini, *l. 1. §. pen. de superf. l. si domus, §. ult. l. 1. §. pen. l. si tibi, §. ult. de leg. 1.* Non mirum igitur si & id prædium etiam invito domino pignori obligare possint, suo jure freti, quod in eo prædio habent, quodque dominio proximum est. Sed, quod maxime notandum, si forte jure commissi, puta ob non solutum vectigal, ut fit, prædium fuerit ad dominum redierit, prædium domino commissum fuerit, jus pignoris evanescit, *l. lex vectigali, de pignorib.* Quod confirmatur etiam argumento *l. 3. Quibus modis pig. vel hyp. solvatur, & l. 4. §. sed & Marcellus, de in diem addictione.* Quarum speciem explicare erit perutile. Si fundus venierit ea lege, *ut si quis intra certum tempus meliorem conditionem, vel uberius pretium offerret, fundus esset inemptus*, & traditum sibi fundum emptor pignori dederit, postea meliore allata conditione, & fundo revocato a priore emptore, pignus, quod prior emptor contraxit, finitur. Sed si, ut subjicitur *in d. l. 3.* fundus venierit hoc modo, *nisi emptori displicuerit intra illud tempus, fundus tibi emptus esset, nisi tibi intra biennium displicuerit*, & interim emptor fundum pignori dederit, ac postea ei emptio displicuerit, hoc casu pignus non finitur, ne sit in potestate ejus finire pignus, quod ipse contraxit, & decipere creditorem suum: Facto ejus pignus perimi non potest. Priore casu non perimitur facto ejus, sed facto venditoris, & ejus, qui offert meliorem conditionem ingratis emptoris, id est, invito emptore. Eademque ratione non finitur pignus, quod emptor contraxit, si postea rem emptam, & mox a se pigneratam creditori suo, redhibeat venditori ob vitium latens, vel morbum. Facto, id est, facto ejus, quia facto ejus non potest jus pignoris extingui: pignus igitur manet, quod contraxit emptor, si redhibeat rem. Ideoque & eam rem venditor, cui redhibetur, non aliter recipiet, quam si eam redhibeat

 omni

omni pignore liberatam. Hoc offendit in *Iohanne, §. fig. de edil. edict.* Ex his vero rectiſſime, & perſpicue Bart. in *l. 4. §. fi de Carbonian.* ita colligit: Si vendidi tibi fundum ea lege, ut eum mihi revenderes poſt certum tempus, quo res recepta eſt, *l. 7. C. de poſt. inter vend. & emp.* nec nullis frequentior eſt, & ea interim acceptum fundum pignoraveris, deinde revendere conſilius ſis, interpellante debitore, pignus, quod contraxiſti, evincitur, non ſolo tuo, ut certum eſt, ſed ſolo venditoris, qui fidem tuam appellat. At ſi vendiſti fundum (eſt alia ſpecies) ea conditione deceptus ſim ſupra dimidium, quod juſto pretio, qua ex causa poſſum agere de reſcindenda venditione, ſi tempore non elapſo magna ſupplere quod juſto pretio deeſt, *l. 2. de reſcind. vend.* omnibus notiſſimus. Si igitur cum in vendendo fundo deceptus eſſem ſupra dimidium juſti pretii, tempore priuſquam ob eam rem reſcinderem, pignori feciſſem. vend. interim fundum pigneravit: poſtea ex hac causa reſciſa venditione, & revocato fundo, pignus non interit, quia in poteſtate fuit emptoris, ſi voluiſſet, pignus retinere fundum, quæ omnia pergunt recte illo loco Bartol. tradidit, argumento ſuperiorum legum. Verum ad hæc omnia poteſt quæſtio moveri, quia, ſi fundum emphyteuticarius ad dominum redierit jure commiſſi, pignus finitur, ut diximus *d. l. ſex veſtilegi*. Quæro, an etiam pignus finiatur, quo emphyteuſis ſolvitur, & fundus emphyteuticarius ad dominum redierit jure *optionis*, vel, vocant, jure prælationis, quod dominus femper habet, ſcitæ emphyteuticario ſuam conditionem aliarum volenti (tam ex *l. colt. C. de iure emphyt.* dominus ſi velit eodem pretio emere, præferatur extraneo, quod jus *protimiſeos*, ita prælationi dicitur. Quæro igitur plene prælationi fundus emphyteuticarius ad dominum redierit, an exnerefcit jus pignoris ante ab emphyteuticario cauſtridi? Quod quidam putant, ſed facio aliud ſtudet. Et quæſto attendite. Nam ut eodem pretio id dominus emit, jure prælationis extraneum excludit, ita per, & conſequens eſt, ut, ſi id eodem jure acquirat, quo extraneus acquiſſet, id eſt, cum ſua cauſa, cum cauſa pignoris. Et ratio differentiæ inter ea commiſſi, & iure prælationis eſt manifeſta. Commiſſo prædio ob tardam ſolutionem vectigalis, eſt quod imputetur creditori pignerationis, cur non ſolverit vectigal pro debitore, ut ſibi ſolvendo pignus, quod & *Adelon veſtilegis* ſignificat illo loco. *Si in cofolutione vectigalis eam debitor, quam creditor offuſſet*. Prædio autem a dominio ad ſe prætorio remoto, quod alii tempore eſt, emphyteuticarius vendere poſſabat, nihil eſt, quod creditori imputari poſſit, qua nullum creditor huic rei impedimentum, nullumve morum obſtitit. Quare, & non ea cur amittat jus pignoris jure contractî. Et hæc ſunt quæ pertinent ad *l. 17. ſequitur l. 18. de pign. act.*

Ad L. XVIII. ſed. Ct. *ſi conveniet, ut nomen debitoris mei pignori ſibi ſit: tunendo ad ea, quæ ſuperius retuli, ut ſit in contingenda pecunia, & debitorem adverſus me, ſi eum ea experiat, tutetur. Ergo ſi ad nomen pecuniarium ſuerit, creditum pecuniam nomen debitoris. Ut vero nonpoſſe alicuius: id, quod acceperis, erit tibi pignori loco.*

Ad §. 3. Simula *proprietatis pignoris dare: is quafruſtur, qui poſſidet adverſarius, pignoris erit: debitor adverſus ſe adiuuetur.*

Ad §. 5. Si fundus *pignoratus venierit: manere cauſam pignoris: quia eum ſua cauſa fundus tranſeat: ſicus in parte amiſſa, qui poſt venditionem natus ſit.*

Ad §. 8. Si quis *extraneus, ut ſolum ſibi pignori eſſet, nouem ex eo materia ſuſtulam, non eſſe pignoris. Caſſius autem aiuit aliud ſe mauttus, aliud nouit. Et ideo nominatim ea damna pignore adjiciendum eſſe ait: Quoque ex ſylva ſuſta natuere ſint.*

Ad §. Servus. *tem peculiarem ſi pignori dederit, tunc demum eſt, ſi liberum peculii adminiſtrationem habuit. Nam & alienare eas res poteſt.*

Hæc etiam *l. 18. & 20. ex eod. tit. de pign. act.* quas ordine S explicabo. Initio l. 18. offendimur, debitorem creditori ſuo tacite pignori obligare nomen, ſive cautionem debitoris ſui, eamque conventionem a pactum tacitum eſſe, data creditori uti actione hypothecaria, qua id, quod A debitori ſuo debetur, perſequatur, vel a debitore debitoris, vel a debitore ſuo, ſi id jam ex ſolutum ſit: & ſive per eam actionem nummos exegerit, eos credito ſuo pari quantitate compenſabit: ſive rem exegerit, eam debitor debitoris certæ rei, certi corporis debitor erat, qui pecuniæ ſibi debitæ cum re corporali inſtituta, quam exegit, compenſatio nulla eſt, eam rem retinebit pignoris loco, quod nimirum pecunia ex ſoluta fit, quod confirmatur *l. 4. prop. §. ſed poſt §. 1. cum conuenit, de pignor. Et, poſſignum. C. de pact. inter emt. vend.* Quin etiam ſub generalis hypotheca, five pignore omnium bonorum, ſumma vel omnium ſorum nomina debitorum debitoris, continueri oſtendit *Lauren. C. prior res pignibi poſſ.* Quod ſi debitor debitoris conventus iure ſupradicti pignoris, creditori creditoris ſolveret, ac poſtea conuentus a creditore ſuo, qui pignus habet, creditori creditoris ſui nomen erit, ut Paulus ait hoc loco, adverſus creditorem ſuum, data exceptione doli mali. Itaque pretor duplici via, nanque vere hoc pignus pignoris tuetur: data actione hypotecaria adverſus debitorem debitoris, & debito ſuum creditori creditoris, data exceptione ei, qui ſolvit adverſus creditorem ſuum: pignus præterea eſt pignoris, quæ via audo ſpecio conſtituuntur, non tantum, & de pignore ex pacto iure tantum pretorio auctiore actio, *l. 3. §. ſola hoc propter. de poſſ. ſuorum fructuum, inſt. de actione.* Dixi ei cui nomen ſui debitoris debitor pignerarit, dari item hypothecariam, quia *d. l. cum conuenit*, eviderter ait, eum cum debitore debitoris agere pignoris nomine. Ego agere hypothecaria. Ac præterea nominatim eadem lex, ſicut & *d. l. prop. §. ſed poſt, & d. l. nomen* ait, creditori cui debitor nomen debitoris pignoravit, dari actionem, ſine alia adiectione, ſimpliciter. Et certiſſimum eſt, cum debitor de pignoribus utilem actionem pollicitus accipi pro hypotheca, quæ ſemper dicitur utilis, quia eſt utilis Serviana. Ergo creditori, cui debitor nomen ſui debitoris pignori dedit, datur hypothecaria, non actio in perſonam, ut Acc. & Bart volunt, quæ debitoris debitorem debitoris in perſonam non poſſit agere cum ſit certum, nomen principale, quæ debitori competit, ob id ſolum, quod nomen debitoris ſui ei ſit pignoratum. Si nomen ei ſit datum in ſolutum, vel ſi ſit venditum, quia tunc ex causa emptionis, aut venditionis in perſonam ip debitorem debitoris, quia nomen in eum omnino transfuſum, & translatum eſt, datur ſine cellione, aut mandato. Quæ omnia contrahit pignoratum eſt, non poteſt ei dari utilis in perſonam ſine cellione. Ideo oſtendit *Iaſol. C. quando ſiſc. vel priv. debitor. deb.* Et conſequenter, quæ Bartolus ibi quæſtione facit ſpecie Novellam Juſtiniani quartam, quæ vult in primis agi in perſonam contra debitorem principalem, prius excita debitorem principalem, quam agatur debitorem hypothecaria adverſus extraneum. Refellit namque eum aperte *l. pen. C. de exc.* quæ nominibus debitoris ſibi obligatis, quæ utique ſemper filio obligata ſunt, quia tacite generalis hypotheca, quam ſemper filius obtinet, ait, prius excutiendum eſſe debitorem principalem. Qui ordo in filio etiam ante Novellam Juſtiniani ſemper obſervatus fuit. Et ex ea Novella obſervatur etiam in ceteris creditoribus omnibus. Ergo & in ceteris idem ſtatuemus, ut prius bodie excuti debeat debitor principalis, quam nomen, quod ei pignori obligavit. Et hæc ſunt quæ pertinent ad initium huius legis. Sequitur §. r. huius legis.

Ad §. 1. Si nuda *proprietas pignori data ſit, uſusfructus, qui poſſet adiectus, pignori erit, & c.*

IN §. 1. oſtenditur, ab eo, qui nudæ proprietatis dominus eſt, fundo pignori obligato, augeri obligationem, fundo maiore effecto per conſolidationem uſusfructus. Itemque eſſe, ſi fundus major effectus ſit per alluvionem fluminis, ut *l. ſi fundus, in principe pignoris*. Reſte: nam & minutæ pignus fundo maiore effecto five eum, major, five minor fundus effectus ſit, is eſt fundus, qui pignori obligatus eſt. Augmentum vel diminutio ſubjecti id non permittit: ſicut nec alteratio, nec mutatio loci, nec mutatio dominii. Fr. hoc quidem, quod dico de mutatione domini, A per eam ceſſionem non permitti cauſam pignoris, id ſubjicitur ſtatim in hac *l. 8. §. ſimilius*: fundum ceſſerit, pignoratum a debitore alienari, id eſt, mutari eius dominium eam ius cauſa, id eſt, ſua cauſa pignoris, nili ceſſerit creditor ſtipulationi conſentiens, *ut alienari, alienabit, exempl. l. 15. C. de pignor. l. 12. C. de diſtract. pignor.* Subjicit in hoc §. *ſi fundus*: ſecus in parte accidit, qui poſt venditionem natus ſit. Senſus hic eſt. Ancilla pregnans pignori obligata, partum quoque pignori eſſe, quamvis natus ſit poſt venditionem ancillæ, quæ in partu nondum finitum fuit, ligitur pignori eſſe, & mutatur in emptorem tranſit cum ſua cauſa, cum cauſa pignoris, *l. 1. C. de partu pignoris*. Unde quæres: Quid ſi ancilla non pregnans pignori obligata fit, ancillam ſi poſtea conceperit, partus ex ea editus, pignori erit, licet de eo ſpeciliter nihil convenit? Et ut breve ſcitum, ſi ancilla pregnans, vel hereditem ejus pignori, vel apud creditorem, partus pignori eſſe cenſetur, quia in bonis debitoris fuit. Sed ſi apud extraneum, veluti apud ex quoque muſſi ſe in legari aut publicis cauſis, puniamen ea furtas ejuſdem forme vafa reſci poſſunt, atque reſtant. Verum ex mutationibus diſtinctiones vix ſervantur in adſtrictis, quem facile quiſque mutare ſci, in quis uſufructus conſtitutus eſt, extingui, nili ſe permodica, veluti ad vitam in vitam, vel certe quadriennium ab inuentio honeſta occaſio eſt uſusfructus conſolidandi, & confundendi cum proprietate, nullumque ius fragilius uſufructuo iure, quo facile ſine ullo ſuo facto extinguitur, unde prodiit, ſemper rendit & recurrit. Quo verbo & in hinc notiſſ. auctores utuntur, uſusfructus recurrit ad proprietatem, & proprietatem propterea. Sic ſi: ut muſſe uſusfructus finitur, ſi ea res fuerit vaſa; & contra: item ut ſylva, ſi ea ſit naruſa, vel ſi ex materia ejus ſtatuam aut ſimilia, quæ, cum ita, rogat: item bono quo finitur uſusfructus, ſi ſolo adjecerit, quæ omnia adſtrictiorum ſi *quid tamen, quando ardeo uſusfructus amittitur*. Hæc duas tantum attigi mutationis ſpecies, unam, quæ fit ex non ſubjecto in ſubjectum, ut ſi ex ædibus fiat navis, ſi ex navi ædes, vel navis ædes, aliamque, quæ fit ex ſubjecto in ſubjectum, ut ſi ex domo fiat navis, vel ſi ex area fiat vines. Eſt & terria ſpecies mutationis, quæ fit ex ſubjecto in non ſubjectum, ut ſi navis abſtrahatur tota, quæ omnium ſummis mutatio eſt, mors nempe, interitusve ſubjecti, ut cum ex homine ſit pulvis, aut cinis ex lignis. Itaque hæc genus mutationis, mutationem uſumfructum, ſed etiam pignus & ſignum extinguit, ut hoc loco. Et ex eo pignore ſubjecto in non ſubjectum interitio ortum fit, ut dodor ſapientum docuit. Pergamus ad reliqua.

Ad §. ult. in §. ult. huius Iuit, pignus contractum ex fervo, vel filiof. re peculiari creditori peculiario pignori datus, non peculii non alteri, quam ſi habuerit liberum peculii adminiſtrationem, tamdiu eſſe, quia de filio poſſeſſ. l. 2. §. pen. l. 11. §. ult. de reb. cred. Si alienare poteſt, & multo magis obligare. Sic ſupremum tit. *C. de alienatione iudicii mon. interd.* §. 1. *cod. de pig. l. ult. C. eod.* Et poteſt etiam qui liberam peculii adminiſtrationem habet, patrefi, or res peculiares alienare, ut ſupra dixi, in §. ſi de alienatione in ſilent, §. *poſſeſſ. inſt. Quod magis pignus, vel hyp. fil.*

E Ad L. XX. ſed. *Aliena res pignori data: voluntate domini poſſeſſ. Sed eſſi ignoranti eo dante ſit, & tamen habuerit, pignoris eſſicit.*

Ad §. Si plures *ex ſimul pignori dare, aequalitermonium cauſa eſt.*

Ad §. Si per creditorem ſtetit, *quo minus ei ſolvatur tuo, vel te agere pignoratitia.*

F Ex 20. non erit longi ſubſidii. Initio docet rem alienari non poſſe pignori obligari ſine conſenſu domini. Hoc ſatis expoſuimus in *l. 16. ſup.* fed ſubjicit ratihabitionem domini ſufficere, qua ratihabitio retrotrahitur, retro

Equitur *L. 6. cuilibet* Pauli. Hac loco explicandus eft Nobis, quid haec actio differ ab actione de peculio, & contractu fervi, vel filiifam habet privilegium deductionis, nempe, ut primore loco ibi folvat, quod fervus, aut filius debet unufquifque (civiliter non potefl debere) & ut ante omnia deducat ex peculio, quod fervus, aut filius debet: & ex reliquo quantulocunque, utcunque fatisfaciat creditoribus peculiaribus, ut denique primum ibi ipfe folvat folidum, deinde reliquis, quantum ferit, quod reliquum peculio. Hoc eft privilegium deductionis, quod privilegium praeferatur in omni alio privilegio, *l. hoc quoque de pecul.* Conventus autem actione tributoria, in folidum, ad eft, in participationem mercium peculiarium, pro rata fit debitoria vocatur, quia extraneus creditor cum ceteris creditoribus peculiaribus, non habet privilegium deductionis, *l. 5. in tributoria, fi.* Quo genere fint freqiuenter, ut fui debitores, ut quantumplum ferat, non, ut in actione de peculio, integritas debitum. Item dominus non tenetur de peculio, fi nihil fit in peculio rei judicatae tempore: & nihil interim in omni alio privilegio, *l. hoc quoque de pecul.* Poteft unus idemque homo duplicis juris peculium habere. Unum quod pertinet ad proprietarium, alterum quod pertinet ad fructuarium. Haec autem peculia multum diftinctionem. Et ob id recte Paulus in *l. 2. hoc tit.* que eft ex hoc libro, ita denum ait actionem tributoriae locum effe, fi mercx, qua negotiatus fuerit, peculiares ad dominum proprietatis fcientibus nobis, ad non pertinet. Alioquin non hac actione tenetur rationis non eft. Et in hoc fane conveniunt fuperiores actiones inftitoria, & exercitoria, cum hac actione, quia licet ifte here non fuit, nifi de re, aut merce, quae ad nos pertinet. Et ad hanc maxime actionem, haec actio actionem refert, quae dicit actionem de peculio, & de eo quod in rem patris, vel domini ipfius versum eft. Nam & haec actio tributoria eft perpetua, *l. 1. & quod actio de dolo*, notiffimum eft, fit fimula, haec actio non item. Alieni eft igitur actio de dolo, aliud actio, quae dolum coercet. Et ita eft explicanda in *l. 2.* Haec vero Paulus tradit in *l. 4. hoc* hoc lib. fi tutore fcientc fervus pupilli negotiatus fit in merce peculiari, vel curatore fcientc fervus furiofi, vel pupillus dotem fcilm, vel furiofus fcilm fuae mercis, dolo malo inquam diftributionem fecerit inter fe, & creditores mercis peculiaris, cum teneri hoc edicto hac actione, quia in rem patris, vel pupillorum, vel furiofi mercem receptam emptr haec actio nafci, & competere ex prara diftributione, quae potuit etiam incidere in pupillum ipfum dolo negotiantem, vel pupillorum pubertati. Quibus diftributionem feciffet mercium peculiarum, *l. 3. §. 1. &.*

In Lib. XXX. Pauli ad Edictum.

autem tributoria datur tenetur in dominum fcientem fervum negotiari in merce peculiari, nec prohibentem. Item, cui competit tributoria, competit etiam actio de peculio, fi hanc malit eligere, & quandoque actio de peculio illi utilior eft, quam actio tributoria, ut oftenditur in *l. 5. §. 1. & §. 3. l. 27 l. pen. hoc tit.* Cui competit autem actio de peculio, hanc non femper & tributoria competit. Tributoria tantum competit uni rei, fi fervus fcienti domino in merce peculiari negotiatus fit: actio de peculio innumeris competit. Omni negotiatio, omnis contractus fervi, vel filiifinducit actionem de peculio: omnis negotiatio non inducit actionem tributoriam. Sed negotiatio tantum merce peculiari, quae pertinet ad fcientem & patientem dominum, *l. 5. §. merces, hoc.* Negotiatio quidem omnium rerum quamcumque, quae fint fcienti domino, tributoriam inducit actionem, *l. 1. §. 1. hoc tit.* & qualibet alia negotiatio, item in actione de peculio rerum peculiarum patitur, *l. pen. hoc.* In actione tributoria id duntaxat fpectatur, quod in merce peculiari eft, vel quod ex ea refertum eft, *l. 5. non autem, hoc.* Praeterea fi plures fint creditores, quibus fervus fit obligatus ex contractu, in actione de peculio tenetur ei tantum, qui fibi fervum, vel filiifamilias ex contractu obligavit, *qui fe fuis paret & penitus*, vigilantis, condemnatio demittur, *l. 1. hoc tit.* quibus fervus, *l. 8. vero, de pecul.* In actione autem tributoria aequalis eft caufa omnium creditorum mercis peculiaris, nec refert quis prior, quis pofterior agat tributoria: cum & qui prior agere, & integrum forte debitum fuum exigere poterat, tamen, cum ceteris quibus creditoribus mercis peculiaris, eam ceteris quibus creditoribus mercis peculiaris, cum ceteris quibus creditoribus mercis peculiaris, cum ceteris quibus creditoribus mercis peculiaris, cum

test, damnari debet, ut si heres quidem institutus sit, sed statim rogatus sit, hereditatem patris alii restituere, & postulante fideicommissario coactus se immiscere hereditati patris, ejus restituendæ causa, se immiscuerit, & eam restituerit, ut in *l. recusare, §. sed & ad filium, ad Treb.* Quo casu nihil retinet ex hereditate, sed restituit totam, non detrahit Falc. Falcidiam perdit, qui coactus adit, vel miscet se bonis periculo fideicommissarii, *l. quia poterat, eod. tit. ad Treb.* Nomine igitur heres est, honore heres est, reipsa sive effectu heres non est: quia rem non habet, & ideo pro eo est, ac si abstinuisset se, quod etiam malebat, & fecisset, nisi coactus fuisset se immiscere. Et hæc sunt quæ pertinent ad *l. 5. Quod cum eo qui.*

Ad L. VIII. ad SC. Macedon. *Cum tamen a curatore per ignorantiam solutum sit, repeti debet.*

Ad L. X. eod.

SEquitur *l. 8. ad SC. Maced.* Recte diximus sup. filiumf. ex omnib. contractib. obligari in solidum naturaliter, & civiliter, & ob id cum eo agi posse, excepto contractu creditæ pecuniæ. Quoniam si filiusf. sibi pecuniam, id est, nummos (sic pecunia est accipienda in SC. Macedon. pro nummis, non pro ceteris rebus, in quibus etiam mutuum consistere potest) si, inquam, filiusf. sibi pecuniam, id est, nummos mutuos acceperit, ignorante aut invito patre, obligatur quidem naturaliter, sed non civiliter, propter SC. Macedon. quo obligatio sive actio civilis, agente creditore, qui modo scivit, aut scire potuit, se filiof. credere, hæc omnia sunt necessaria, per exceptionem inanis & irrita constituitur, quia senatui nummorum datio filiisf. atque etiam parentibus eorum perniciosissima visa est. Itaque censuerunt inhibendam esse filiisf. nummorum tractationem. Et hoc quoque proprie servatur in filiisf. ut ait nominatim *§. pen. Inst. Quod cum eo, qui est in aliena potest.* In filiisf. inquam, qui nihil proprium habent. Nam si quædam bona habeant propria, veluti castrensia, aut quasi castrensia, vel etiam hodie quibusdam casibus bona adventitia, pro quantitate patrimonii sui, creditæ pecuniæ mutuum consistit, creditorum nummorum mutuum consistit, nec improbatur SC. Macedon. *l. 2. h. t.* Quia in his bonis scilicet filiusfa. ut in bonis propriis, scil. propriis pleno jure, ita ut nec in iis usumfructum habeat pater; in his, inquam, bonis filiif. sunt quasi patresfam. nec tamen omnimodo. Patres enim familiarum supra quantitatem patrimonii sui obligantur, hoc est certissimum: At filiif. qui sunt in bonis propriis, supra quantitatem eorum bonorum, ex causa mutuatitiæ pecuniæ non obligantur. Quod maxime notandum est. Et invenies etiam alium casum in *l. ult. ad SC. Tertul.* quo filiif. in castrensibus bonis non omnimodo habentur pro patribusf. at si filiif. qui mutuam pecuniam acceperunt, id est, nummos, bona propria non habeant, unde se ære alieno liberare possint, ex ea causa, ut dixi, civiliter non obligantur, naturaliter tantum obligantur; civiliter non obligantur propter SC. Maced. Et ideo si creditori solverint, indebiti condictionem, repetitionem non habent, quia natura debitores erant: SC. Maced. non expungit naturalem obligationem, *l. 10. h. t.* quæ est ex hoc lib. quia, inquit, naturalis obligatio manet. Et ideo quod solverint filiif. nummariis creditoribus non repetunt. At alia est causa SC. Vell. de intercessionib. mulierum, quod totam obligationem etiam naturalem expungit, *l. 16. D. ad Vell.* Et ideo, quæ tuta cum esset exceptione SC. Vell. solvit ei, apud quem intercesserat pro alio, habet indebiti condictionem, quia nec naturaliter debuit, *l. qui exceptionem, de condictione indebiti.* Nescio quid in mentem venerit Accursio, qui in hac *l. 10.* scribit SC. Vel. non tolli naturalem obligationem, quod refellunt supradictæ leges, & *l. si mulier in jure*, quam adducit, nihil probat hujusmodi. Quamvis autem filiusf. si solverit creditori nummos, quos ab eo sumpsit mutuos, non habeat condictionem, tamen si curator adolescentis forte emancipati a patre, nam qui est in potestate patris non habet curatorem: si, inquam, per ignorantiam, inquit *l. 8.* ex hoc lib. id est, per ignorantiam facti, *ut in l. ult. h. t.* ne quis hoc accipiat de ignorantia juris, ut accepisse Accursius se significat, dum in eam l. 8. adducit *l. interdum, de condictione indebiti.* Ad rem, si curator igitur adolescentis emancipati, per ignorantiam facti solverit pecuniam, quam adolescens, cum esset in potestate patris mutuam acceperat, indebiti condictionem habet, hæc est sent. l. 8. quæ est ex hoc lib. Et ratio hæc, ne curator, qui errore deceptus bona fide pecuniam solvit, versetur in damno, qui utique versabitur in damno, si id quod solvit, repetere non possit, quia adolescenti in judicio negotiorum gest. reputare non potest. Æquum est igitur, ei dari repetitionem, ne ea res, quam gessit bona fide, damnosa ei sit. Et ita etiam in *l. si procuratorem in prin. de cond. indeb.* dicitur procuratorem, qui solvit indebitum quasi debitum a domino per ignorantiam facti, id ipsum repetere posse. Et vero debere, si sibi consultum velit, quia eam solutionem non est domino reputaturus.

Ad L. XII. eod. *Si tantum sciente patre creditum sit filio, dicendum est cessare SCtum. Sed si jusserit pater filio credi: deinde ignorante creditore mutaverit voluntatem, locus Senatusconsulto non erit: quoniam initium contractus spectandum est.*

REstat l. 12. quæ docet, si sciente tantum patre & tacente, crediti sint nummi filiof. cessare SC. Macedon. Taciturnitas patris consensum imitatur. Et hoc quoque probat *l. 7. §. interdum in fi. hoc t.* cum ait SCto. locum esse, si pater ignoravit filiof. pecuniam credi. Ergo si scivit, Senatusconsulto locum non esse, quia legitime credita pecunia est volente patre: voluisse videtur qui scivit & tacuit. Idem multo magis dicendum est, si pater jusserit filiof. pecuniam credi: Et hoc quoque casu verum est cessare SC. Macedon. ut & in hac l. 12. ostenditur: quamvis postea pater mutaverit voluntatem pœnitentia actus, si modo hoc creditor, quum tradebat pecuniam filiof. ex jussu patris, ignoraverit, si modo tempore numeratæ pecuniæ ignoraverit patrem mutasse voluntatem, quia origo contractus legitima est. Et in contractibus semper spectatur origo, semper initium. Quam in rem l. 12. valde notanda est. Operæ pretium est, ut in extremo hujus recitationis, quamvis hoc proprie non pertineat neque ad l. 8. neque ad l. 10. neque ad l. 12. quæ sunt ex hoc lib. adnotemus, multa severius esse recepta hac in causa nummorum creditorum filiisf. in odium & pœnam creditorum, non dico fœneratorum. Nam & SC. locus est, si filiisf. pecunia credita sit sine usuris, ut ostenditur in quodam loco *l. 7. h. t.* Multa igitur severius in hac causa esse recepta vel introducta in odium & pœnam creditorum. Primum, ut nec pater teneatur de peculio, ut nec pater, qui ignoraverit a creditore conveniri possit actione de peculio, cum filiusf. peculiatus sit, *l. pen. C. eod. tit.* Item, ut nec credita pecunia peti, aut repeti possit, etiamsi extet in peculio, nec sit consumpta, non potest vindicari, non potest condici, *l. 9. §. hoc SC.* Item, si duo sint creditores, qui simul nummos crediderint filiof. vel si unus sit creditor, alter stipulator, qui stipuletur sibi reddi pecuniam, quam alter numerat & mutuatur, mutuamve dat, ut scientia unius noceat alteri: qui ignorans credidit filiof. non tenetur SCto. Macedon. sed qui scit tantum, aut qui scire potuit, si sint duo, ut ante dixi, alterutrius scientia sufficit, quod etiam severiter receptum est *l. 7. §. non solum, h. t.* illo loco, *sed etsi alteruter eorum ignoraverit in patris esse potestate, severius dicendum est utrique alterius scientiam nocere.* Vulgo etiam in Florentinis vox illa *severius* est divisa: sed una tantum est vox *severius*, sic est legendum, sine subdistinctione: nam & ita in *d. l. 9. §. hoc SCtum.* Multo magis, inquit, severitate SCti. ejus contractus improbabitur, qui filiæf. mutuum dedit, severitate, inquit. Postremo ut cesset SC. si filiusf. qui pecuniam mutuam accepit, postea factus paterf. factus sui juris pignus dederit creditori, quo tamen genere videtur agnovisse creditum contractum vivo patre. Et ideo cessare videtur SC. Maced. nec cessat tamen, nisi usque ad pignoris quantitatem, *l. 9. in prin. hoc titul.* quod etiam severiter introductum, quandoquidem alias petitio sortis non solet modum, aut finem accipere ex pretio pignoris, *l. si promutua 8. C. si certum petetur.* Nunc ad eas ll. quæ sunt de peculio transeamus.

Ad L. XX. de Pecul. *Nam inter se agere socii de peculio non possunt.*

DE edicto & actione de peculio dicere incipio a l. 20. Si duo sint socii, qui servum communem habeant, & cujus etiam peculium inter eos commune sit, & unius ex iis dominis servus debitor sit ex contractu, hic non potest cum altero agere actione de peculio, sicut nec ex delicto servi, quod scil. servus communis admisit in unum ex dominis, hic dominus non potest cum altero agere actione noxali, quia vetus est regula juris, eum qui servi nomine tenetur noxali actione, non posse agere noxali actione, *l. penul. C. de furtis*, quæ regula trahitur etiam ad actionem de peculio: eum, qui ex contractu servi tenetur actione de peculio, non posse agere de peculio ex contractu, quem miscuit cum eodem servo: atquin unus ex dominis in solidum tenetur extraneis omnibus actione noxali, servi nomine, ex delicto servi, vel actione de peculio ex contractu, *l. & ancillarum, §. ult. hoc tit. l. sed si unus, §. si servus, de injuriis.* Ergo non potest ipse agere noxali, nec de peculio neque cum alio, neque cum socio, *l. 8. 20. 41. de nox. action. l. ut tantum, §. si servus, de servo corrupto, l. licet, §. 1. naut. caup. stab.* Nec igitur aliud de servo communi statuendum est, quam de servo proprio. Et ideo sicut ex contractu habito cum servo proprio, mihi non datur actio de peculio (in quem enim daretur? Nam cum servo non est actio, vel etiam ex delicto, quod in me servus proprius admisit, mihi non datur actio noxalis) ita nec ex contractu vel delicto servi communis datur mihi, vel actio de peculio ex contractu servi, vel actio noxalis ex delicto servi. Et hæc est ratio. Sufficit mihi, quæ verba significant, non esse necessariam actionem de peculio, vel noxalem, quia sufficit mihi eo nomine in socium actio pro socio, vel communi dividundo, vel familiæ ercisc. videlicet, ut pro parte, quam socius in peculio habet, mihi præstet, quod mihi servus debet, tantumve mihi, quantum debet, cedat ex peculio, vel ut mihi damnum, quod servus fecit sarciat, aut partem dominii cedat, veluti pro noxa, ut *l. & puto, §. ult. fam. ercisc. l. 61. de furtis*, & ita explicanda est hæc ratio hujus l. Verum huic sententiæ primo obstat *l. 29. inf. h. t.* ubi servo testamento manumisso, & heredibus institutis iis, qui cum eo servo contraxerant, ait coheredes inter se, vel de peculio agere posse, hac ratione, quia, inquit, de eo quisque peculio, quod apud eum est, quolibet alio agente tenetur, quasi dicat. Ergo, & coherede agente tenetur de peculio, quod apud se est. Verum hæc ratio ostendit, coheredes apud se separata peculia habuisse, quod quibus casibus evenire possit, ostendit *l. 16. & 17.* Ubi ergo sunt apud eos separata peculia, nihil vetat inter se eos agere de peculio ex contractu servi defuncti, quoniam ille servus coheredum nunquam fuit servus, qui testamento fuit manumissus, ut posuimus. Et eo facilius cum is nunquam servus eorum fuerit, inter se agunt de peculio. Ubi autem commune est peculium, sufficit actio pro socio, vel communi dividundo, neque necessaria est actio de peculio. Et illo loco illius *l. 29. vel de peculio agere*, ille articulus *vel* non ponitur pro *saltem*, ut Glossa notat, sed est disjunctiva conjunctio, quoniam subintelligitur, posse coheredes inter se, vel de peculio agere, ubi subintelligitur communi dividundo, ut integra oratio hæc sit, posse coheredes inter se communi dividundo, vel de peculio agere: communi dividundo, scilicet si apud eos commune peculium sit: De peculio autem, si separata apud eos peculia sint, & intra annum scilicet, quia servus scilicet testamento manumissus est, & servo manumisso, vel mortuo, vel alienato, quia extinguitur peculium, extingui etiam videtur actio de peculio, sed ex edicto Prætoris producitur tamen in annum utilem post manumissionem servi, aut mortem, aut alienationem, quod inferius latius explicabitur. Similes vero scribendi formæ occurrunt sæpe in his lib. & in vetustis auctoribus in *l. recusare, ad Trebel.* Recusare hereditatem absentes, vel per epistolam posse, subintelligitur enim per nuntium, vel per epistolam. Cato de re rustica: *Oleæ optime condiuntur, vel virides in muria.* Ubi subintelligitur *Aridæ*, Aridæ scilicet, vel virides. Opponi etiam posset sententiæ hujus leg. 20. quodammodo *l. 5. §. ult. de exercit. actio.* ducto argumento ab actione exercitoria ad actionem de peculio, quia ut ex hoc ipso libro Pauli notatur, si duo pluresve sint exercitores navis, & unus eorum cum magistro, quem præposuerunt, contraxerit, ille adversus ceteros agere potest exercitoria: Ergo inter se possunt agere exercitoria: Cur non, & de peculio? Verum quod ibi scriptum legitur, ita procedit, non si magister fuerit servus communis, quia & tunc sufficit actio pro socio, vel communi dividundo, sed si fuerit liber homo, vel servus alienus, nihil est apertius.

Ad L. XXVI. eod. *Si semel ex causa, id est, quod dolo fecerit, dominus præstiterit, de peculio conventus ceteris ex eadem causa nihil præstabit. Si tantundem servus ei debeat, quantum dolo minuit, non erit condemnandus. His consequens erit, ut manumisso quoque, vel alienato servo, ex causa etiam doli intra annum teneatur.*

CErtum est edicto Prætoris in peculium imputari, quum agitur de peculio, non tantum, quod extat de peculio: sed etiam, quod dolo malo domini factum est, quo minus in peculio esset: ut si servo jam multis obærato peculium ademerit in totum, vel pro parte, vel si averterit aut minuerit, aut servum intricare, consumere, abligurire passus sit, in fraudem creditorum peculiarium, *l. summa, sup. hoc t.* quod spectatur non tantum in actione de peculio perpetua, quæ competit vivo servo, vel filiofam. sed etiam in actione de peculio annali, qua dominus tenetur servo mortuo vel manumisso, vel alienato sine peculio, quamvis eo genere extinctum sit peculium, atque adeo videatur extincta actio de peculio: sed tamen adhuc post extinctum peculium durat intra annum utilem tantum, in eamque actionem de peculio intra annum veniet & id, quod dolo malo domini factum est, quo minus in peculio esset, *l. 1. in princ. & §. pen. tit. seq. quando de pec. act. &c.* Sed si dominus conventus actione de peculio ab uno ex creditoribus ex doli causa, qui scilicet cessantibus ceteris creditoribus occupavit agere in dominum ex doli causa, quod peculium avertit dolo malo, vel consumpsit, si huic, inquam, qui agere occupavit, dominus præstiterit, quod dolo malo minuit, post conventus a ceteris ex eadem causa damnari non potest. Quod Paulus recte proponit in hac *l. 26.* quia in hoc judicio occupantis melior conditio est, *l. 6. de tribut. act.* & æquitas non patitur, ut quod quis semel præstitit, id eidem iterum, vel alii præstare cogatur, *l. 18. rer. amot. & l. qui servum, de interr. in jur. fac. &c.* Unum tantum casum notat Paulus in hac *l. 26.* quo nec ex doli causa dominus cuiquam ex creditoribus peculiariis damnari debet, puta si quantum dolo malo ejus factum est, quo minus in peculio esset, tantum ei servus debeat. Id enim non deducendo ex residuo peculio, quod ei servus debet, creditoribus satisfacit, idque creditores compensare coguntur. Quod natura debetur (ut quod servus domino debet, id enim debet naturaliter non civiliter) in compensationem venit, *l. 7. de compensat.*

Ad L. XXXI. eod. *Sed si ipse dolo fecit solidum præstet.*

AD hæc notavit Paulus, ut liquet ex *l. 31. h. t.* si dominus dolo malo fecerit, quo minus in peculio esset, ex hac causa etiam heredes ejus teneri. Ex dolo igitur defuncti heredes teneri, non quidem in solidum, sed quatenus ad eos pervenit, id est, quatenus ex dolo defuncti locupletior hereditas ad eos pervenit, *l. summa, §. emptor, h. t.* eodem modo quo fit in actione de dolo, *l. in heredem, de dolo*, & in actione tributoria, quæ etiam dolum persequitur distributoris, & ulciscitur, *l. 7. §. ult. l. 9. de tributoria actione.* Quia scil. hic dolus ex delicto venit magis, quam ex contractu, qua de causa & vix patitur prætor de peculio ex causa doli, id est, ex causa dolo malo diminuti peculii, agi ultra tempus præstitutum actione de dolo, quod fuit olim annuum, hodie est biennale, ut *l. 30. §. ult. h. t.* Ex contractu ob dolum de-

defuncti singuli heredes tenentur, pro parte hereditaria, etiamsi nihil ad eos pervenerit, *l. si hominem*, §. 1. *l. in depositi*. Ex delicto autem, aut quasi delicto ob dolum defuncti heredes non tenentur, nisi de eo, quod ad eos pervenit. Ex dolo autem proprio tenentur in solidum indistincte, sive ex contractu rei, quæ ex præsumptione doli descendat, sive ex delicto, *d. l. in depositi*, *l. in commod.* §. *si ex facto*, *commod. l. 9. in fin. de trib. act.* Et hoc est, quod ex hoc lib. Pauli refertur in *l. 31.* heredem, qui dolo malo diminuit peculium, creditoribus peculiariis teneri in solidum, qui scilicet ex dolo defuncti domini non teneretur, nisi quatenus ad eum pervenisset. Ex eodem lib. Pauli est in hoc eod. *tit. l. 43.*

Ad L. XLIII. eod. *Si posteaquam tecum de peculio egi, ante rem judicatam servum vendideris, Labeo ait, etiam ejus peculii nomine, quod apud emptorem quæsierit, damnari te debere: nec succurrendum tibi, culpa enim tua id accidisse, qui servum vendidisses.*

SI *posteaquam tecum de peculio egi*, ubi statim recte glossa, id est, si posteaquam tecum litem contestatus sim: judicio de peculio egisse non dicitur, nisi qui litem contestatus est. Recte in *l. in pupillo, de solut.* & *in l. in pup. de excep.* Tempus quo agitur, id est, tempus litis contestatæ. Sententia autem hujus l. hæc est: Si dominus conventus actione de peculio, post litem contestatam, pendente judicio nondum finito, nondum re judicata, servum vendiderit, ex ejus contractu de peculio damnari dominum, non tantum pro quantitate peculii, quod tunc apud eum est, quum res judicatur: sed etiam pro quantitate peculii, quod servus apud emptorem adquisivit, quodque etiam apud emptorem est tempore rei judicatæ, quia circa quantitatem peculii semper tempus rei judicatæ spectatur, *l. quæsitum*, *h. t.* Et merito culpa domino imputatur, quod servum vendendo, pendente judicio sese majori condemnationi subjecerit. Eademque ratione didicimus (quod miror hic non adnotari, cum proprie conveniat huic loco) ex *l. quemadmodum*, *de nox. act.* conventum dominum noxali judicio ex delicto servi, si pendente judicio servum alii vendiderit, omnimodo cogi præstare æstimationem damni, æstimationem noxæ, quia culpa sua vendendo servum, sibi ademit noxæ deditionem, qua si servum non vendidisset, defungi potuisset, atque ita non subire æstimationem litis. Et hæc est sententia *l. 43.*

Ad L. XLI. de Negot. gest. *Qui servum meum me ignorante, vel absente in noxali causa defenderit: negotiorum gestorum in solidum mecum, non de peculio aget.*

AD actionem de peculio pertinet etiam alia *lex 41. de neg. gest.* Sententia hæc est: eum, qui animo gerendi negotii mei, me absente, & ignorante in noxali causa, cum de furto, vel damno a servo commisso erga aliquem ageretur, ut servus scil. ipse plecteretur, servum meum in noxali causa defendit, gerens negotium meum, & forte litis æstimationem subiit, atque ita servavit servum amico absenti: eum, inquam, non de peculio, sed negotiorum gest. in dominum habere actionem. Ratio hæc est: quia actio de peculio nascitur ex contractu servi, & hic procurator voluntarius, sive negot. gestor cum domino servi, non cum servo contraxisse intelligitur. Actio de peculio in dominum competit, cui servus debet: huic servus nihil debet, sed dominus, cujus negotium gessit. Ergo cessat actio de peculio, & competit adversus dominum actio negot. gestor. per quam recipiet quod solvit, id est, æstimationem litis, quam solvit. Et competet utique actio negotiorum gestorum in dominum, etiamsi expedierit, quod notandum est, servum noxæ dedere, propter vilitatem hominis potius, quam pro eo solvere litis æstimationem, saltem ut dominus teneatur actione negotiorum gestorum usque ad pretium servi, quem domino servavit, quia vel eatenus utiliter negotium domini gessit. Idque etiam demonstrat aperte Africanus in *l. Stichus*, *de pecul. leg.* Et delenda, quæ aliter in hanc legem consignavit Accursius.

Ad L. II. Quando de peculio act. &c. *Cum post mortem filiifamilias annua adversus patrem actio est, quemadmodum adversus eum esset perpetua vivo filio: ideo, si ex causa redhibitionis erat de peculio actio, sex mensium erit post mortem filii. Idemque dicendum in omnibus temporalibus actionibus.*

Ad §. Si servus, *cui creditum est, apud hostes sit: de peculio actio in dominum non anno finienda est, quamdiu postliminio reverti potest.*

POstrema l. Pauli ex hoc lib. de actione de peculio est *l. 2. quando de peculio actio annalis sit*. Qua in l. duo ponuntur casus, quibus actio de peculio filiofam. aut servo mortuo, vel pene mortuo, quod postea explicabimus, anno non finitur, sed vel citeriore tempore finitur, vel perpetua est. Morte filii, ut jam dixi, vel servi peculium desinit esse peculium, peculium extinguitur. Ergo summo jure extinguitur etiam actio de peculio. Sed ex æquitate adhuc producitur in annum utilem ex hoc edicto prætoris, *Quando act. de pec.* His duobus casibus non producitur, vel non producitur in annum utilem, vel perpetua manet. Prior casus hic est, si actio de peculio erat temporaria, nulla est actio de peculio simpliciter, sed actio de peculio ex empto, actio de peculio ex locato, actio de peculio ex condictione certi, ex contractu aliquo, si actio de peculio fuerit temporaria, manebit temporaria mortuo filio, vel servo, non producetur in annum, exempli gratia, actio redhibitoria finitur sex mensibus, si in patrem fuerit actio redhibitoria de peculio ex contractu filiif. & post natam actionem, moxque diem obierit filius, an actio redhibitoria erit annua? minime. Unde ita concludamus, quæ vivo filio actio de peculio est perpetua in patrem, idem de servo dici potest, veluti actio creditæ pecuniæ in rem patris, aut sciente vel volente patre, aut actio ex empto vendito, ea mortuo filio est annua in patrem, qui eum habuit in potestate. Quæ autem vivo filio actio de peculio est temporaria, non perpetua, veluti redhibitoria, mortuo interim filio temporaria manet, nec producitur in annum. Et ait idem esse dicendum in omnibus temporalibus actionibus, ut in alia actione ædilitia, quæ dicitur *æstimatoria*, sive quanto minoris, quæ finitur anno utili: nam & si cœperit adversus patrem vivo filio, post mortuo filio non producitur in annum integrum. Alter casus hic est: Si servus, ex cujus contractu dominus tenebatur de peculio, captus sit ab hostibus: nam hoc casu actio de peculio est perpetua, veluti actio creditæ pecuniæ in servo proprio; spes enim postliminii efficit, ut non habeatur pro mortuo, non finitur, inquit, actio anno, quamdiu postliminio reverti potest. Et spem postliminii facit virtus bellica: faciebatque olim in casibus omnibus, ita ut non haberetur pro captivo, qui erat captivus, atque adeo sustineret omnia negotia, quæ ad captivum pertinebant, interim spes illa postliminii, spes reversionis. Sequentur aliæ actiones de in rem verso, & quod jussu.

Ad L. VIII. de in rem vers. *Et nihil interesse Pomponius ait, filiæ suæ nomine, an sororis vel neptis ex altero filio natæ dederit. Idem ergo dicemus, & si servus mutuatus fuerit, & domini sui filiæ nomine in dotem dederit.*

LEges, quæ restant ex Pauli libro 30. ad edictum, sunt de edicto, & actione quod jussu, & de actione de in rem verso, & de actione præscriptis verbis æstimatoria, & de SC. Vellejano, quod est de intercessionibus mulierum, quæ omnia facile hodie explicabuntur. Deficiente vel non sufficiente actione de peculio, de qua ante dictum est, si nihil sit in peculio rei judicatæ tempore, vel si non tantum sit in peculio, quantum filiusfamilias aut servus debet, & quod debet versum sit in rem patris vel domini, cum & filiofam. & servo ab initio animus fuisset principaliter gerendi negotii patris vel domini, ex hac causa pater vel dominus tenetur actione de in rem verso in solidum, si omne sit versum in rem ejus, aut quatenus versum erit. Sumatur ex hoc

libro Pauli exemplum ex *l. 8. de in rem verso*: si filiusfamilias pecuniam mutuatus sit, ut eam pro filia sua, vel pro sorore, vel pro filia fratris in dotem daret, quod genus mutui Senatusconsultum Macedonianum non improbat, *l. 17. ad Senatusc. Maced.* pater ex hoc casu creditori tenetur actione de in rem verso, quia quam dotem patri necesse erat dare pro filia, vel pro nepte, eam filius dedit ejus nomine, quæ & ad eum reditura est quasi ab eo profecta, si filia, vel neptis moriatur in matrimonio eo superstite. Itaque ut sit locus actioni de in rem verso adversus patrem, necesse est, ut dotem filius dederit pro filia sua, vel pro sorore, vel pro filia fratris, patris nomine, quasi gesturus negotium patris, non si pro filia sua dotem dederit suo nomine: & hac mente, ut quandoque mortua in matrimonio filia, dos ad se reverteretur, ut *l. profectitia*, §. *si filiusfam. de jure dot.* Hoc casu in rem patris versum non videtur, quia sibi filius, non patri negotium gessit: necesse est etiam, ut ad patris onus spectaverit dotis datio, & pertinuerit dotis promissio, ut puta, si filiam aut neptem habuerit in potestate, hanc etiam dotare cogitur, *l. qui liberos*, *de ritu nupt. l. 6. de collat. bonor.* Sed si filiam emancipaverit, vel neptem, dos, quam filius pro filia sua, vel pro sorore dedit, vel pro filia fratris emancipata ab avo, non videtur versa in rem patris, vel avi: nec enim pater necesse habuit eas puellas dotare, quæ jam exierant potestate sua. Ergo, qui eas dotavit, patris negotium non gessit. Et adjicit Paulus, idem esse dicendum si servus pecuniam mutuatus sit, ut eam pro herili filia in dotem daret: Nam & hoc casu creditori dominus tenetur in solidum actione de in rem verso. Sequitur ex eodem libro Pauli in l. 11.

Ad L. XI. eod. *Quod servus in hoc mutuatus fuerit, ut creditori suo solverit: non erit in rem versum, quamvis actio de peculio liberatus sit dominus.*

SI servus pecuniam mutuatus sit, ut creditori suo solveret, & solverit suo nomine, atque ita se ab eo liberaverit, in rem domini versum non videri, quamvis eadem opera, eadem solutione dominum liberaverit actione de peculio. In causa hoc est, quod servo animus principaliter fuerit se liberare, non dominum. Eventus liberavit dominum, non propositum, quod in animo servus habuit, non προαίρεσις: & ideo dominus non convenitur actione de in rem verso. Et in hoc tractatu de actione de in rem verso, hoc est principium juris certissimum, patrem, vel dominum ea actione non teneri, nisi filiofamilias aut servo fuerit animus principaliter gerendi negotii, & augendi patrimonii patris, vel domini, eumque etiam ex ea causa sibi obligandi naturaliter, *l. 3.* §. *sive cum servus*, *l. 5.* §. *ult. l. 7.* §. *ult.* Et passim in hoc titulo. Et nihil præterea ex hoc libro habemus de actione de in rem verso.

Ad L. II. Quod jussu. *Si tutoris jussu servo pupilli creditum sit, puta si ex utilitate pupilli fuerit creditum, in pupillum esse dandam actionem, quod jussit tutor.*

Ad §. Si jussu *domini ancillæ, vel jussu patris filiæ creditum sit, danda est in eos quod jussu actio.*

Ad §. Si jussu *meo cum alieno servo contractum fuerit, eumque postea redemero: quod jussu non tenebor, ne actio, quæ ab initio inutilis fuerit, eventu confirmetur.*

DE actione quod jussu est *l. 2. hujus tit.* ut scientia tutoris, vel curatoris locum facit actioni tributoriæ, *l. 3.* §. *ult. de trib. act.* & similiter præpositio institoris, vel magistri a tutore, vel curatore facta, locum facit actioni institoriæ, vel exercitoriæ, *l. 5.* §. *ult. de instit. act.* ita jussus tutoris, vel curatoris, qui scilicet jubet contrahi cum servo pupilli, vel adolescentis, locum facit actioni quod jussu, perinde atque si adolescens ipse, vel pupillus tutore auctore, id jussisset: sive mandasset, præsertim si id fit ex re, ex utilitate pupilli. Et ideo in pupillum erit actio quod jussu, perinde atque si ipse jussisset tutore auctore vel mandasset. Nam hæc actio locum habet, sive quis jusserit, sive mandarit, aut rogaverit cum servo suo contrahi, *l. 1.* Imo, ut opinor, etiamsi hortatus fuerit aliquem, ut cum servo suo contraheret, ut servo suo crederet pecuniam. Hortatio plus est, quam jussio. Apollonius III. περὶ συντάξεως τὸ ἐγκελευστικὸν ἐπιτείνει πρόσταξιν. *Hortantis oratio auget jussum, sive imperium*. Nec quæ posset contra objici *lex 20. de dolo*, quicquam obstat. Cum servus meus mihi pecuniam deberet, ego hortatus sum eum, ut a te pecuniam acciperet mutuam, quam mihi solveret: accepit, & mihi solvit. Habes ne in me actionem de peculio? non, si nihil sit in peculio, ut ait. Pone nihil esse in peculio. Ergo non est actio de peculio. Sed habes ne in me actionem de in rem verso? minime, quia solutione pecuniæ mihi debitæ non videor factus locupletior. Meum mihi redditum est: in rem versum videtur, si quis ditior factus sit, non si non sit factus pauperior, non si sua, aut sibi debita ei reddita sint. Deficit ergo actio de peculio, deficit actio de in rem verso. Quid fiet? Tibi, qui pecuniam credidisti servo meo, qui eam hortatu meo de te mutuatus est, in me competit actio de dolo; quæ est actio subsidiaria, quæ scilicet non competit, nisi cum aliæ omnes actiones deficiunt. Ergo & in hac specie, quamvis ea lex de eo nihil attingat, deficit actio quod jussu, quia scilicet neque jussi tibi, ut crederes pecuniam servo meo, neque mandavi, neque rogavi, neque hortatus sum, sed servum meum hortatus sum. Actio quod jussu non datur, si imperavero servo, ut a te pecuniam acciperet: sed si imperavero tibi, sed si rogavero te. Subjicitur in hac *l. 2.* actioni quod jussu locum esse non tantum, si filio, vel servo, sed etsi filiæ, vel ancillæ jussu patris, vel domini creditum sit. Quod & in omnibus superioribus actionibus adnotandum est, nullam esse constituendam differentiam inter filios & filias, servos & ancillas, quamvis prima verba edicti, quo hæ actiones promittuntur, ita sint concepta: *Quod cum eo, qui in aliena est potestate*, neque dixerit prætor: *Quod cum eo, eave*. Ideo adnotant ubique, in his actionibus nullam esse constituendam differentiam inter filiosfamilias & filiasfamilias, inter servos & ancillas, *l. 1.* §. *sed etsi ancilla*, *de tribut. act. l. 7.* §. *1. de instit. act. l. 1.* §. *in potestate*, *de exercit. act. l. 2.* §. *1.* & *l.* & *ancillarum*, *de pecul. l. 3.* §. *pen. comm.* & *in* §. *1. hujus l. 2.* Unde certo certius est in *l. si filiusfamilias 14. de negot. gest.* ubi ait, si filiusfamilias negotium gesserit alienum, in patrem esse actionem negotiorum gestorum de peculio, in patrem esse actionem quod jussu, si rogatu ejus quis filiofamilias negotia sua commiserit, aut ab eo administrari passus sit. Quis de eo ambigit, si filiusfamilias hoc fecerit, in patrem esse actionem de peculio? Legendum *si filiafamilias*; quoniam subjicit in fine, *Item* & *in ancilla*. In fine hujus legis hoc docet Paulus, actionem quod jussu dari in eum, qui jussit cum servo suo contrahi: non si jusserit cum servo alieno contrahi, etiamsi postea eum emerit, eum suum fecerit, sua pecunia comparaverit. Quia, quod principium juris maxime notandum est, quod notatur hoc loco, quæ ab initio actio inutilis est, ex eventu non confirmatur, ex causa non confirmatur. Quod etiam belle comprobat *l. 1. in fi. comm.* Idem prorsus dicendum est, si quis jusserit cum libero homine contrahi, quamvis is postea in ejus servitutem redactus fuerit: tenetur quidem, qui jussit cum libero homine, vel cum servo alieno contrahi suo nomine directa condictione, directa actione, quasi ipse contraxisse videatur, *l. ult. pro soc.* quasi ejus persona solius spectata sit in contrahendo cum libero homine, vel servo alieno: verum non tenetur actione quod jussu, quia hæc actio pertinet tantum, sive datur ex negotiis gestis ab iis, qui sunt in potestate, aliis personis cum iis contrahentibus jussu parentum, vel dominorum.

Ad L. I. ad Senatusconsultum Vellejanum. *Vellejano Senatusconsulto plenissime comprehensum est, ne pro ullo feminæ intercederent.*

Ad §. Nam *sicut moribus civilia officia adempta sunt feminis,*

minis, & pleraque ipso jure non valent: ita multo magis adimendum fuit eis id officium, in quo non sola opera, nudumque ministerium earum versaretur, sed etiam peculium rei familiaris.

Ad §. *Æquum autem visum est, ita mulieri succurri, ut in veterem debitorem, aut in eum, qui pro se constituisset mulierem ream, actio daretur. Magis enim ille, quam creditor mulierem decepit.*

ULpianus refert in *l.* 1. *ejusdem tit.* primo quidem temporibus Augusti, mox deinde Claudii, edictis eorum interdictum fuisse, ne mulieres pro viris suis intercederent, atque ita se obligarent, resve suas opponendo pignori, vel hypothecæ. Postea Senatusconsulto Vellejano, quod & ejusdem Claudii temporibus factum opinor, cum & de eo Senatusconsulto, qui circa ea tempora fuit, Cajum Cassium respondisse legamus in *l.* 16. §. *ult. h. t.* & quia plerumque edicta principum solebant mox subsequi SC. quæ idem censerent, quæve plenius de ea re, qua de princeps edixisset, censerent, statuerentque. Senatus vel augebat edictum principis, vel minuebat. Quod videmus etiam hodie Senatum facere, vel adjicere aliquid amplius, vel minuere aliquid edictis principis. Itaque cum videretur imperfectum edictum Claudii, eodem tempore senatus plenissime, ut ait Ulpianus in *l.* 2. & Paulus in *hac l.* mulieribus opem tulit, videlicet non solum ne pro viris suis, sed ne pro ullis aliis intercederent, ut *l.* 2. *in fi. l. ult.* §. *item si mulier, h. t.* Et ut Paulus scribit *lib.* 2. *Sent. eod. tit.* ne pro viris, aut feminis feminæ intercederent, quod suspicionem facit hac in re, fuisse olim diversitatem aliquam: quia & ante hoc Senatusconsultum verba Senatusconsulti demonstrant jus ita dictum fuisse, ut si mulieres pro aliis intercessissent, neque adversus eas actio esset actio efficax, neque ab eis petitio, id est, vindicatio: id proprie petitio significat, puta, si res suas pignori obligassent, ne eæ res ab eis vindicari possent cum effectu, forte jus ita dicebatur cum pro viris intercesserant, non cum pro feminis: honestius est feminam pro femina, quam pro viro ullo intercedere. Utut sit, Paulus scribit illo loco, Senatusconsulto subventum esse mulieribus, sive pro viris, non pro viris suis solum, sed & pro maribus, sive pro feminis intercessissent. Et præterea Ulpianus in *l.* 2. hoc Senatusconsulto ait subventum esse feminis omnibus: forte enim olim non omnibus, non illustrioribus feminis. Itaque plenissime Senatusconsulto feminis subvenitur, sive intercesserint pro viris suis, sive pro aliis, & sive pro masculis, sive pro feminis. Et subventum feminis omnibus sine discrimine, sine delectu. Et ita est interpretandum illud *l.* initium. Rationem autem Senatusconsulti, quæ & Senatusconsulto expressa est, latius explanat Paulus in hac *l.* 1. Quia & moribus, inquit, more majorum feminis civilia, sive publica (idem est) officia adempta sunt, & pleraque, inquit, ipso jure non valent. Pleraque officiorum, sive munerum publicorum: Basilica, πλεῖςα τῶν λειτουργημάτων, ut puta, si cognitoriam operam præbuerint, sive procuratoriam, si tutelam gesserint, vel quod aliud munus publicum, id quod gesserunt, ipso jure non valet. Hinc ita argumentatur: Si munera publica interdicta sint feminis, & pleraque ex iis, quæ gesserunt, ipso jure irrita sunt: multo magis interdicendum est eis officium, in quo non sola opera, nudumque ministerium earum versatur, sed etiam periculum rei familiaris. Munera civilia, quæ dixit esse interdicta feminis, pleraque sunt personalia tantum, sive corporalia, non patrimonialia. Itaque in eis muneribus gerendis nullum versatur periculum rei familiaris. In intercessionibus, quæ fiunt pro aliis, in officio intercedendi pro aliis, versatur periculum rei familiaris, quia intercessio obligat. Et vero hoc officium intercedendi pro aliis, velut fidejubendi, aut constituendi, aut expromittendi, pars est officii argentariæ mensæ, *l.* 6. §. *rationem in fi. de edendo*, a quo officio etiam feminæ remotæ sunt, *l. pen. eod. tit.* Quod si forte feminæ intercesserint pro aliis, & conveniantur, eis succurritur per exceptionem Senatusconsulti Vellejani. Pleraque ex muneribus publicis, ut dixi, ipso jure non

A valent. Intercessiones mulierum, quæ fiunt pro aliis (alioqui non essent intercessiones) ipso jure valent: sed rescinduntur per exceptionem Senatusconsulti Vellejani: bisque rescissis & infirmatis, si novatione facta mulier susceperit in se alienam obligationem, quæ intercessio proprie appellatur expromissio, tum actio restituitur in veterem debitorem, quem novatio liberavit. Et ob id ea actio dicitur sæpe in hoc titulo actio *restitutoria*, & utilis, & actio *rescissoria*, quia rescissa mulieris intercessione datur, *l. ult.* §. *ult. hoc t.* sed si vel mulier, quod est aliud genus intercessionis longe astutius pro alio, cui exempli gratia, quidam erat crediturus pecuniam, ipsa intervenit, ut non alius eam pecuniam acciperet, cui creditor daturus erat, sed ipsa, atque ita se constitueret ream principalem, & mox ei, pro quo interveniebat, acceptam pecu- B niam dederit, actio in eum, pro quo interveniebat, instituitur perinde atque si ipse mutuam pecuniam a creditore accepisset. Instituitur magis, quam restituitur, ut ait *l. quamvis*, §. *si cum essem, h. t.* Quia ut eleganter ait Paulus in fine legis primæ, hic, qui supposuit mulierem, ut pro se mutuam pecuniam acciperet, magis mulierem decepit, quam creditor, qui nescivit, eam pro alio intercedere, intervenire, interponi. Hæc est sententia *l.* 1.

Ad L. III. eod. *Sed si eum defendat, qui damnatus regressum ad eam habeat, veluti cum venditorem hereditatis sibi venditæ, vel fidejussorem suum defendat, intercedere non videtur.*

AD ea, quæ diximus de Senatusconsulto Vellejano, duo casus adnotandi sunt, quibus intercessiones C mulierum non rescinduntur per exceptionem Senatusconsulti Vellejani, quorum unus ex hoc libro Pauli, qui est in manu, proponitur in *l.* 3. *eod. t.* alter ex eodem libro in *l.* 11. Intercessionum unum genus est, si debitorem conventum a creditore mulier defendat, ejus vice judicio accepto, lite contestata, quo modo veluti genere novationis quodam, debitor liberatur, ipsa sola obligatur, quia litis contestatio obligat: litem contestari est litem contrahere. Si contrahere, & obligare igitur: judicio accepto quasi contrahitur, etiam nondum secuta condemnatione, *l.* 3. §. *idem scribit, de pecul.* Mulier igitur, quæ pro reo judicium accipit, quæ se liti offert, quæ litem pro reo subit, plane se obligat, & illum liberat, & quasi novatio fit prioris obligationis mutatione personæ, mutatione rei, sive debitoris. Duplex est novatio, voluntaria, quæ fit per stipulationem Aqui- D lianam inter volentes, ut si mihi stipulanti novandi causa mulier promittat quod mihi Titius debet: & novatio necessaria, quæ fit judicio accepto, lite contestata, ut si me agente, aut parante agere cum debitore meo, mulier pro eo litem subeat. Hæc sunt duo genera novationum, *l. aliam, de novat.* Utraque autem novatio, quæ facta est interventu mulieris, rescinditur Senatusconsulto Vellejano, si modo in rem alienam fuerit, quia judicium pro alio accipiendo se obligavit imprudens, & illum liberavit, *l.* 10. §. 1. *de in rem verso.* Verissimum enim est quod ait *l. solutione, de solut.* Judicium accipiendo, vel solvendo pro debitore, debitorem etiam invitum & ignorantem liberari: utroque genere debitorem liberari: sed utroque tamen genere, quod notan- E dum, interveniente muliere, liberanteque debitorem, non esse locum Senatusconsulto Vellejano. Multum enim interest, mulier pro alio solverit, an judicium subierit in rem alterius. Nam si judicium susceperit in rem alterius, juvatur Senatusconsulto Vellejano: si solverit pro alio, non item, sive solverit donandi animo, sive quasi gestura negotium debitoris, sive ex mandatu debitoris, *l.* 4. & 9. *C. ad Senatusc. Vell.* Quia quo facilius mulier se obligat, quam solvit pro alio, eo magis quoque subveniendum ei fuit se obliganti, quam solventi pro alio, *l.* 4. *hoc tit.* Sunt enim mulieres per se satis parcæ numerandi. Et Menander recte;

Οὐκ ἔςιν ἐν γυναικὶ πλεῖον χάρις.

Solvere igitur pro alio non est intercedere. Intercedere est se, vel sua obligare. Ergo si judicio accepto, suo nomine

ne mulier alium defendat, non in rem suam, sed plane in rem ejus, quem defendit, proculdubio juvatur Senatusconsulto Vellejano. Sed si in rem suam propriam mulier alium defendat in judicio, puta quod is si damnetur, regressum ad eam habiturus sit, ut puta, si fidejussorem suum conventum a creditore suo judicio defendat, ne condemnetur, & solvat, ac postea, quod solverit a muliere repetat judicio mandati, quia mandatu ejus pro ea fidejussit, vel si defendat eum, qui sibi vendidit hereditatem aliquam, cum quo experiuntur creditores hereditarii: si hunc, inquam, defendat ne condemnetur, & solvat creditoribus hereditariis, ac post regressum ad se habeat ex stipulatione emptæ & venditæ hereditatis, quæ interponi solet inter emptorem, & venditorem, de qua *l.* 2. §. *si quid, l. si ex pluribus, de hered. vend.* hoc casu intercedit quidem pro alio, sed quia intercedit in rem suam, ut se expediat ab illo regressu, quem veretur, reapse suam potius, quam rem alienam agit, suam potius, quam alienam obligationem suscipit, & ideo non juvatur Senatusconsulto Vellejano. Et hoc est quod ait *l.* 3. *hujus tit. Sed si eum*, inquit, *defendat, qui damnatus regressum ad eam habeat, veluti cum venditorem hereditatis sibi venditæ, vel fidejussorem suum defendat, intercedere non videtur*: rem suam agere, non est intercedere: si regressum, inquit, ad eam habeat; intercedit enim, ut illo regressu se absolvat, quem Græci solent appellare ἀναφορὰν. Demosthenes adversus Timocratem; Ἐκεῖνοι εἶναι ἀναφορὰν πρὸς τοὺς ἔχοντας, *ont leur recours contre ceux, qui ont l'argent.* Euripides in Oreste.

Ἀλλ' ἔςιν ἡμῖν ἀναφορὰ τῆς συμφορᾶς.

Si quid adversi nobis acciderit, habemus quo recurramus, habemus ἀναφορὰν, *habemus regressum ad illum.* Alter vero casus est in *l.* 11. *hujus tit.* Si mulier quasi in rem suam pecuniam acceperit mutuam, id est, si finxerit se in usus suos pecuniam mutuam accipere, cum id factum vellet alteri, cui mox eam pecuniam erat creditura, hoc quoque casu, quamvis revera intercesserit pro alio, tamen non juvatur SC. Vellejano, *l.* 4. *in princ. l. bona fide, l. vir uxori, h. t.* Hoc SC. deceptis opitulatur, non decipientibus: hoc SC. deceptæ juvantur, non decipientes, ἀπατώμεναι, non ἀπατῶσαι, ut est in *l.* 2. *h. t.* Ipsa vero in casu proposito decepit creditorem ignorantem, quæ finxit se in suos usus rogare mutuam pecuniam, non creditor ipsam; qui scit quid agat, quidve moliatur, decipit: qui ignorat, decipitur. Et in Phormione recte: *Imo enimvero hic me decepit: nam hic me hujusmodi sciebat esse: ego hanc esse aliter credidi.* Et ut SC. Macedonianum, de quo diximus supra, ita SC. Vellejanum scientibus tantum creditoribus obstat, & officit, quive scire potuerunt: nam supina ignorantia non excusat creditorem, *l. pen. ad SC. Maced.* & in hoc tit. *l.* 12. & *l. Seja*, §. *ult. l. si fidejussores*, & *C. eod. tit. l.* 5. & 7. & 18. quod aliquando fuit mihi usui in hac specie. Moribus provinciarum quarumdam vir & uxor socii sunt rerum in matrimonio quæsitarum quarumcumque, & rerum mobilium, nisi aliud convenerit, ne socii sint. Sed hoc raro fit in hisce provinciis. Verum cum contigisset aliquando, ut in contrahendo matrimonio cavissent inter se, neque res mobiles, neque res quæsitas in matrimonio inter eos communes fore, nullam communionem inter eos fore, si constante matrimonio sumpserint mutuam pecuniam a creditore, qui eos acceperit quasi duos reos, existimans, ut fieri solet, eos mutuari pecuniam in rem communem, & esse socios, & mox creditor agat in solidum cum muliere, quia est rea debitrix in solidum, si, inquam, agat cum muliere, & illa objiciat SC. Vellejanum, jure creditor contra objiciet replicationem doli mali, *l.* 18. *C. eod.* quia ignoravit, eam fuisse dissortem a viro, existimavit eam esse consortem viro in rebus mobilibus, aut in rebus quæsitis manente matrimonio, prout fieri vulgo consueverat. Scienti denique mulieri adversus ignorantem non succurritur. Et eleganter in specie proposita Paulus in hac *l.* 11. si aliter constituamus, id est, si dicamus, locum esse Senatusconsulto: *si mulier tanquam in suos usus pecuniam mutuam acceperit, alii mox creditura*, vix ullus invenietur, qui cum feminis con-

A trahere velit, quia ignorare potest, quid pecunia accepta facturæ sint. Denique quodammodo commercio cum feminis interdictum esset. Et ita explicanda est *l.* 11.

Ad L. II. de Æstimat. act. &c. *Hæc actio utilis est, etsi merces intervenit.*

HUIC Libro XLIV. tres leges tantum adscribuntur, *l. 1. de jur. & fact. ignor. l. 2. si quis aliqu. test. proh. & l. 3. quis ordo in bonor. possess. serv.* Sed ex his tribus *dict. l. 2.* rejicienda est in librum sequentem, qui est de testibus: hic liber 44. fuit de bonor. poss. ut & tres, qui præcedunt, & specialiter de temporibus, intra quæ iis, quibus priore loco defertur bonorum possess. defuncti, petenda ea vel admittenda est. Petenda olim erat solemniter a prætore vel præside, *l. 1. & 2. C. comm. de success.* Hodie satis est eam, si sit edictalis scilicet, non decretalis bonor. possess. quæ desiderat causæ cognitionem, hodie, inquam, satis est edictalem bonorum possess. admitti quocunque indicio voluntatis, etiam non adito prætore vel præside, *§. ult. Inst. de bon. possess.* quæ res efficit, quod notandum, ut in Digestis locis innumeris, pro *petere* Tribonianus reposuerit *admittere*, quod non sit hodie petenda, quodque satis sit hodie eam admitti, agnosci ab eo, cui competit, cuique edicto prætor, se eam daturum pollicetur. Quæ pollicitatio prætoris, delatio est. Et liberis quidem, aut parentibus intra annum utilem bonorum possessio petenda vel admittenda est, *l. 1. §. largius, de success. ed. l. 2. Cod. qui adm. ad bonor. poss.* Ceteris autem agnatis vel cognatis bonorum possessio petenda est intra centum dies utiles, id est, intra tres menses utiles: nam cum unus mensis lege præstituitur, mensi additur semper unus dies. Et similiter duobus mensibus unus dies, & tribus mensibus unus dies, anno unus dies. Quod ostendit *l. 2. C. de temp. appell. & l. ubi lex, de reg. jur.* Sicut 100. dies sunt tres menses, superaddito uno die, qui omnibus temporalibus præscriptionibus superaddi solet, & mensibus singulis in jure, ut & aliis disciplinis τεχνικῶς, sive μαθηματικῶς tribuuntur dies 30. tantum. Ceteris ergo agnatis vel cognatis, ut cœpi dicere, quæ defertur bonorum possess. petenda vel admittenda est intra centum dies utiles, quibus scierint defunctum esse eum, de cujus bonis agitur, & quibus delatam bonorum possessionem petere & admittere potuerint. Denique quibus scierint & potuerint petere, *l. 2. quis ordo in bonor. possess.* Sicut jure civili hereditas adeunda est intra 100. dies, quibus, ut est in formula cretionis, sive aditionis, *heres scieris, poteritque*, id est, intra 100. dies utiles, *l. si Titio, §. 1. quando dies leg. cedat, l. 3. §. etsi heres, de minor. l. 2. de jur. delib.* Et ita dies aditionis, dies legitimus, scilicet aditionis accipiendus est in *l. pen. §. si filiusfam. de jur. & fact. ignor. & l. Pannonius, de adquir. hered.* Tempora ergo illa petendæ vel admittendæ bonorum possessionis scientibus duntaxat cedunt, & imputantur, non ignorantibus. At duplex est scientia, duplex item ignorantia. Scientia vel ignorantia juris, & scientia vel ignorantia facti, id est, rei gestæ, sive ἀντιπεπραγμένων. Et scientibus quidem factum & jus, vel scientibus factum tantum. Jus autem ignorantibus tempora petendæ bonor. possess. cedunt. Ignorantibus autem factum & jus, vel ignorantibus factum tantum, scientibus vero jus, tempora non cedunt, non currunt, non imputantur. Quod variis exemplis propositis Paulus demonstrat in hac lege: ut puta, si quis nesciat vita decessisse eum, cujus bonorum possessio ei defertur, tempora petendæ, vel admittendæ bonorum possessionis ei non cedunt, non computantur, quia in facto errat, facti ignarus est. Error, vel ignorantia facti non nocet. Sed si sciat quidem cognatum intestatum vita decessisse, nesciat autem proximitatis nomine bonorum possessionem unde cognati, sibi deferri, quæ est species *legis 2. C. qui admitti*, aut si sciat, se heredem scriptum esse, nesciat autem scriptis heredibus deferri bonorum possessionem secundum tabulas, prætore nempe eam in edicto promittente heredibus scriptis testamento obsignato non minus quam septem testium signis: ei proculdubio, id est, scienti factum & ignoranti jus, cedit tempus petendæ vel admittendæ bonorum possessionis, eoque præterito excluditur a commodo bonorum possessionis, & defertur successio ex edicto successorio ad sequentem gradum. Ergo erranti in jure, non etiam in facto. Hic error juris nihil prodest, quo minus tempus ei cedat. Juris civilis, vel prætorii ignorantia nocet. Idemque est, ut Paulus hic ostendit, si quis fratrem suum consanguineum, id est, ὁ μονοπάτριον ex eodem patre, sciat quidem intestatum vita decessisse, sed nesciat in ejus successione potiorem se esse matre defuncti fratris consanguinei: quia & hic errat in jure, quo comparatum est, fratrem consanguineum prorsus excludere defuncti matrem, *l. 3. §. si mater, de Carbon. edict. §. præferuntur, Instit. de SC. Tertull. l. 2. C. Theod. de sec. nuptiis.* Frater consanguineus in successione intestati fratris consanguinei omnino præfertur matri defuncti, etiam si quæsitus sit per adrogationem, non natura, ut indicat *l. 7. ad Senatusc. Tertull.* Quod jus omne Justinianus immutavit, & quidem varie & inconstanter. Primum enim *l. ult. Cod. de SC. Tertull.* matrem cum fratre aut fratribus consanguineis filii defuncti vocavit in virilem portionem: deinde *Novella 118.* distinctionem adhibuit inter fratres consanguineos ex eodem patre, eademque matre, cum quibus matrem vocavit in virilem portionem, & fratres consanguineos matre diversos, quibus prætulit omnino defuncti matrem. Recte autem Paulus hic ait, *idem est, si frater consanguineus*

neus defuncti credat matrem potiorem esse. Recte frater consanguineus: nam frater uterinus, qui non est consanguineus, non est agnatus, sed cognatus tantum: non erat potior matre defuncti: neque etiam frater naturalis, id est, quæsitus ex concubinatu, defuncto fratre legitimo quæsito ex justis nuptiis. Quamvis (quæ est species *l. Lucius, de vulg. & pup. substit.* summe notanda) Quamvis, inquam, testamento patris filius legitimus, id est, quæsitus ex justis nuptiis, & filius naturalis, id est, quæsitus ex concubinatu, heredes instituti sint, & invicem vulgari modo substituti, & frater legitimus impubes intra pubertatem vita decesserit, quia hoc casu in substitutione vulgari facta invicem, in substitutione vulgari reciproca, non inest pupillaris, quia alter fuit pubes, alter impubes, nec in utrumque potuit cadere pupillaris substitutio, vulgaris potuit. Itaque mortuo filio legitimo impubere, mater ei succedit, excluso fratre naturali, qui ei in secundum casum substitutus esse non intelligitur: fratrem autem naturalem certum est consanguineum non esse, quia nunquam fuit in familia patris. Sequitur in hac l. eum, qui nescit se esse cognatum defuncti intestati, interdum in jure, interdum in facto errare. In jure errare, si sciat, ex quibus parentibus natus sit, & se esse liberum hominem, jura autem cognationis se habere nesciat. Et ideo ex die mortis temporis præstituti ad petendam successionem rationem haberi, ex die mortis tempus ei cedere. In facto autem errare, si ex quibus parentibus natus sit ignoret, forte a matre projectus & expositus, ut ait, qui μητρόφθορος Theocrito, si expositus, inquam, sit, & ab eo, qui eum sustulit, quasi servus educatus: ut olim iis, qui expositos sustulissent, permissum erat, eos habere servorum loco, *l. 1. Cod. Theod. de expositis*: Seneca controvers. 33. *Expositi*, inquit, *in nullo numero sunt, servi sunt, hoc legumlatori visum est.* Et ita vero, qui ignorat se defuncti cognatum esse, quia ignorat, quorum parentum sit, ei ignorantia prodest, quo minus dies petendæ bonorum possessionis cedat, quoad scierit quorum parentum sit. Et similiter ei, qui per errorem facti putat cognatum gradu proximiorem accepisse defuncti cognati bonorum possessionem, quam non accepit, vel non omisisse bonorum possessionem, quam omisit; hic error, hæc ignorantia, hæc opinio, vel crudelitas prodest, quo minus ei tempus cedat. Sed si sciat cognatum proximiorem repudiasse, vel omisisse bonorum possessionem, id est, non petiisse eam intra tempus constitutum; nesciat autem sibi bonorum possessionem competere ex capite, sive edicto successorio, quo prætor pollicetur bonorum possessionem sequentis gradus cognato, eo, qui gradu præcedebat repudiante, vel intra tempora non admittente bonorum possessionem. Ex successorio capite, inquit, id est, ex successorio edicto. Basilica, ἐκ τῆς ἐκ διαδοχῆς, id est, ex transmissione, quæ fit ad insequentem gradum, ex parte successoria, ex edicto successorio. Ei vero, qui ita, ut proposui, facti gnarus, juris autem, id est, edicti successorii ignarus non petiit bonorum possessionem intra 100. dies, dies cessisse intelligitur. Itaque post 100. dies utiles submovetur a successione defuncti, quia dies cedunt juris ignaro, si modo facti ignarus non fuerit. Eodemque modo, ut proponitur in extremo hujus legis, si quis nesciat extare tabulas testamenti, quibus heres scriptus sit, tempus petendæ, vel admittendæ bonorum possessionis secundum tabulas ei non cedit, non currit, quia in facto errat, vel quia facti ignarus est. Sed si sciat extare tabulas, quibus heres scriptus sit ex asse, & putet tamen per imperitiam juris, se ante apertas tabulas bonorum possessionem petere non posse, tempus ei cedit, quia in jure errat. Jure enim is, qui ex asse heres scriptus est, statim a morte testatoris ante apertas tabulas potest petere bonorum possessionem secundum tabulas, non etiam heres scriptus ex parte. Heres scriptus ex parte non potest admittere bonorum possessionem ante apertas tabulas. Quod præter hunc locum, ostendit etiam *l. nullam, in fine, de condit. & demonstrat. & l. in bonorum, de bon. possess. & l. 1. §. sufficit, de bonor. possession. contra tab.* Et inde Ulpianus *lib. singul. regul. tit. de caducis*, caducam fieri

hereditatem, si ex parte heres scriptus post mortem testatoris ante apertas tabulas vita decesserit, id est, ante aditam hereditatem, agnitamve bonorum possessionem secundum tabulas: quæ distinctio juris veteris, quam abrogavit Justinianus, servabatur tantum in extraneis heredibus, non in suis aut necessariis, *l. ex parte, de adquir. hered. l. 3. C. de jure delib.* Rem omnem ita concludamus, ut tempus petendæ, vel admittendæ bonorum possessionis secundum tabulas, vel cujuscunque alterius, cedat & imputetur, sat est, si is, cui bonorum possessio defertur, cui bonorum possessionem prætor promittit, sciat se heredem scriptum ex asse; nec necesse etiam est, ut sciat heredi scripto ex asse competere bonorum possessionem etiam clusis tabulis testamenti. Sat namque est, si copiam habuerit jurisperitorum, quos consuleret: juris ignorantia nocet non utique semper, sed in urbe potissimum, ubi licet consulere prudentiores. Neque enim ab eo, cui defertur successio, juris scientia exigitur eadem, quæ Jurisconsultis inest: sed ea, quam quis per se habet, aut quam consulendo prudentiores adsequi potest, *d. l. in bonor. de bon. poss. l. 2. §. ult. quis ord. in bonor. possess. serv. l. pen. §. sed juris, hoc tit.* Hanc juris scientiam, quam consulendo prudentes adsequi potest, si aspernatus fuerit, plane ignorantia juris ei nocebit, quia ignoratio fuit vincibilis, ut Theologi loquuntur, non male, minus latine tamen. Quia vincibilis est, quæ facile vincitur, ut in Phormione, *causa vincibilis*. Illi ignorantiam vincibilem vocant, quæ facile vinci potest, consultis peritioribus. M. Tullius 1. de Orat. *Juris*, inquit, *utilitas ad quamque causam juris repente, vel a peritis, vel de libris depromi potest.* Quod congruit superioribus legibus. Et hæc sunt, quæ pertinebant ad legem 1.

Ad L. III. Quis ord. in bonor. possess. *Circa tempora bonorum possessionis patris scientia ignoranti filio non nocet.*

QUibus adjecit Paulus, quod est in *l. 3. quis ord. in bon. possess.* circa tempora petendæ bonorum possessionis scientiam patris filio ignoranti non nocere, ut si sciat pater filium heredem scriptum, filius nesciat, scientia patris nescienti filio non nocet: & generaliter, ut ait *lex 5. in princ. h. t.* iniquissimum videtur cuiquam scientiam alterius, quam suam nocere. Nec obstat *legi 3. l. 7. §. ult. de bon. poss.* quæ ait, dies, quibus pater scit, cedere, neque enim dicit eos cedere filio: fateor eos cedere patri, maxime si filius infans sit, quia infantis nomine pater solus accipere, aut repudiare bonorum possessionem potest, *l. 1. de bonor. possess. fur. infanti, muto comp. d. l. 7. §. pen.* non cedunt tamen filio. Et ideo si filius antequam scierit se heredem scriptum esse, emancipatus sit, postea cognito testamento petere bonorum possessionem potest, etiamsi 100. dies præterierint.

JACOBI CUJACII J.C.

In Lib. XLV. PAULI AD EDICTUM, *RECITATIONES SOLEMNES.*

Ad L. II. Si quis aliq. test. prohib. *Si quis dolo malo fecerit, ut testes non veniant, & per hoc deficiatur facultas testamenti faciendi: denegandæ sunt actiones ei, qui dolo fecerit: sive legitimus heres sit, sive priore testamento scriptus.*

Ad §. Fratris *autem factum fratri non nocet.*

Ad §. Si fidei ejus, *qui dolum admisit, commissum est, ut hereditatem restitueret: ea hereditas caduca cum suis oneribus fiet, ut commodum legis Falcidiæ fiscus sentiat: dodrantis autem fideicommissarius.*

REJECI *l. 2. si quis aliq. testari prohib.* in lib. 45. qui est de testamentis. Qua de re illa lex 2. quamquam & aliquatenus possit accommodari ad bonorum possessionem, ut ex interpretatione ejus manifestum fiet, a qua incipiam. Initio lex

ait. Ei, qui cognatum, cui ab initio successurus est, vel ei, qui eum, a quo priore testam. heres scriptus est, prohibet facere, aut mutare testamentum data opera, forte ne conveniant signatores, vel classici testes, sic proprie vocantur testes testamentarii, vel ne testamentarius, id est scriptor testamenti, sive ὑπογραφεὺς, sic appellatur, introducatur testamenti scribendi causa, atque ita, ut non sit illi copia & facultas testamenti faciendi, aut mutandi, ei, inquam, denegari hereditarias actiones, atque etiam possessorias, ut indicat *lex unica, quibus non compet. bonorum possess.* & hereditatem, quæ ab initio, vel ex priore testamento ei deferatur, & quæ forte jam ab eo adita est, ei auferri & eripi quasi indigno, & fisco vindicari. Quod est ex constitut. Adriani, ut indicat *lex 1. h. t.* Et denegantur vero actiones hereditariæ, vel possessoriæ, veluti petitio hereditatis civilis, aut petitio hereditatis possessoria, quæ prætoria est actio, aut actio famil. erciscund. si coheredes habeat. Ei, inquam, ex hac causa denegantur actiones, vel, ut autumat Accursius opposita exceptione doli mali, vel quod magis est, citra exceptionem officio prætoris, ut in *l. veluti, de ver. bor. obligat.* Subjicit autem Paulus, factum fratris fratri non nocere: factum coheredis coheredi, sive consorti non nocere: ut si duo sunt fratres, qui parentis intestati legitimi heredes futuri sint, quorum unus prohibeat parentem facere testamentum, quo forte eum exheredaturus erat, alter non prohibeat, pars tantum prohibentis caduca fit, nec factum ejus fratri innocenti quicquam nocet. Alterius scilicet dolus alteri non nocet, *l. electio, §. ult. de noxal. act.* Verum huic sententiæ obloqui, & repugnare videtur *lex 1. §. si dominus, hoc t. & d. lex unica, quibus non compet. bonorum possess.*: quæ leges dicunt, factum domini, vel patris, qui dolo malo fecit, ne testamentum mutaretur, in quo servus, aut filius ejus heredes scripti erant, servo, vel filio postea manumisso, vel emancipato nocere, ac proinde ei denegari hereditarias, vel possessorias actiones, & fisco locum esse, quamvis ipse non prohibuerit: Sed, ut breve faciam, hoc ideo, quia servus, vel filius non habent defuncti supremam voluntatem, cum mutaturus testamentum fuerit, ni pater, vel dominus obstitisset. In specie autem proposita frater, quia non prohibuit parentem facere testamentum, non potest videri non habuisse defuncti patris voluntatem. Imo factum fratris, qui prohibuit, argumentum est, eum solum non habuisse defuncti voluntatem, eum solum parenti nec gratum, nec acceptum fuisse. Separari etiam hac in re oportet factum fratris a scientia patris. Scientia patris filio non nocet circa tempora petendæ bonorum possessionis, ut supra didicimus ex *l. 2. quis ord. in bonorum possess.*: quia filius ex voluntate, ex judicio defuncti venit. At *in dicto §. si dominus*, & in *d. l. un.* factum patris filio nocet, quia filius non venit ex judicio defuncti, quandoquidem pro filio defunctus posteriore testamento alium heredem facturus erat, ni pater obstitisset. Postremo additur in *§. ult. hujus legis.*

AD *§. ult.* [illegible] heres priori testam. scriptus, & rogatus eodem testamento alii hereditatem restituere, dolo malo fecerit, ne testamentum mutaretur, eam hereditatem caducam fieri cum onere fideicommissi, cum onere restituendæ hereditatis, ita scilicet, ut fiscus retineat Falcidiam, quam heres scriptus retenturus erat, & dodrantem fideicommissario restituat ex Senatusconsulto Trebellian. ut *l. 3. §. ult. ad Trebell.* Quod generaliter servatur in omnibus caducis [illegible], ut semper caduca fiant cum suis oneribus, [illegible] ab heredibus scriptis recidunt in fiscum, ita [illegible] heredum loco, *l. quidem, §. quotiens, de leg. 1.* [illegible] *de cond. & demon.* Observa autem in hoc *§. ult.* Paulum loqui de hereditate, non de legato: nam si legatarius testatorem prohibuerit mutare testamentum, legatum ei relictum non fit caducum, si id alii restituere per fideicommissum [illegible], *l. 1. §. pen. hoc t.* Et ratio est evidens [illegible] oneratus fideicommisso non [illegible] beneficium [illegible]. Quare nec ex legatarii persona quicquam cadere [illegible] potest, & fideicommissum integrum debetur fideicommissario. Et hæc sunt, quæ pertinent ad illam *l. 2. si quis aliqu. test. proh.* Sequitur *l. 9. de cond. inst.* quæ apertissima est.

Ad L. IX. de Cond. inst. *Conditiones, quæ contra bonos mores inferuntur, remittendæ sunt: Veluti si ab hostibus patrem suum non redemerit: si parentibus suis, patronove alimenta non præstiterit.*

AIt, conditiones institutionibus, extraneorum heredum scilicet, adscriptas contra bonos mores, veluti si patrem suum ab hostibus non redemerit, si parentibus suis, aut patronis alimenta non præstiterit, quod est, si impius erga parentes, aut patronos fuerit, hasce conditiones non vitiare institutionem, sed vitiari ipsas, aut haberi pro non scriptis, aut ipso jure videri remissas, ut *l. 14. eod.* Dixi *extraneorum heredum*: nam filiorum suorum heredum institutiones factæ sub conditione turpi & probrosa vitiantur, *l. 15. hoc tit.* hac ratione, quia filii sui heredes, qui sunt in potestate inutiliter instituuntur sub conditione, quæ non est in eorum potestate. At conditio turpis non intelligitur esse in nostra potestate.

Ad L. IX. Test. quemad. aper. *Si mulier ventris nomine in possessione sit: aperiendæ sunt secundæ tabulæ, ut sciatur cui mandata sit curatio.*

APeriuntur tabulæ testamenti statim post mortem testatoris, in foro, aut Basilica, præsentibus testibus & signatoribus testamenti, vel optimæ opinionis viris, honestis viris. Et hoc ideo ne mora fiat heredibus scriptis, aut legatariis, aut libertatibus, aut fisco, ut Paulus scribit aperte 4. Sent. *tit. de vicesima*: heredibus, inquam, extraneis scriptis ex parte, qui ante Justinianum adire hereditatem non poterant ante apertas tabulas testamenti, ut supra didicimus ex *l. 1. §. ult. de jur. & fact. ignor.* vel etiam heredibus scriptis ex asse, qui mitti in possessionem rerum hereditariarum ex edicto Divi Adriani non possunt ante apertas tabulas testam. *l. filiam, ad Trebell. l. 3. C. de edicto Divi Adriani toll.* Legatariis autem, & libertatibus, quia per legem Papiam legatorum dies cedebat ex apertis tabulis demum, & libertatum ex die aditæ hereditatis, ut constat ex *tit. de cad. toll.* Ut autem fisco mora non fiat, quia ex apertis tabulis fisco debebatur vicesima hereditatum extraneis relictarum: Quod a Paulo in supradicto loco appellatur necessarium vectigal: *Aperiendæ*, inquit, *sunt testam. tabulæ statim, ne mora fiat necessario vectigali*, id est, vicesimæ hereditatum. Aperiendæ autem sunt principales tabulæ testamenti, quas sibi paterfam. fecit, non etiam secundæ tabulæ, id est, tabulæ pupillares, quibus continetur substitutio pupillaris, quam pater fecit liberis impuberibus, quos habuit in potestate, vel posthumis relicta uxore prægnante. Pupillares, inquam, tabulæ non sunt aperiendæ, antequam exstiterit casus substitutionis pupillaris, videlicet si separatim eas pater signatas reliquerit septem testium signis. Potest pater & suas, id est, principales tabulas, & pupillares tabulas simul obsignare septem testium signis, utrisque sufficiunt 7. signa testium, *l. patris, de vulg. subst.* Sed potest etiam seorsim suas obsignare 7. testium signis, & similiter pupillares seorsim totidem testium signis. Et hoc ita si fecerit, pupillares tabulæ temere non sunt aperiendæ, sed causa cognita tantum, ut ait *l. 8. h. t.* Ad quam statim justæ causæ exemplum subjicitur in *l. 9.* hic: Si ei, qui est in utero uxoris, pater fecerit substitutionem pupillarem, ejusque nomine uxor missa sit in possessionem, & de curatore ventri bonisque dando agatur & quæratur, nunquid ut substitutum, ita & curatorem ventri dederit pater: nam ut hoc sciatur, hæc sat justa est causa aperiendarum pupillarium tabularum, quia etsi jure nullus curator testamento detur, tamen confirmari solet curator, qui a patre datus est. Et ita est explicanda *l. 9.* Verum ad causam aperiendarum tabularum testamentum etiam refero, *l. 5. ad municip.* quæ etiam huic libro adscribitur, & docet hoc tantum.

Ad L. V. ad municip. *Labeo indicat eum, qui pluribus locis ex æquo negotietur, nusquam domicilium habere. Quosdam autem dicere refert, pluribus locis eum incolam esse, aut domicilium habere: quod verius est.*

PLuribus quem locis domicilium habere posse, nec verum esse, quod Labeo indicavit, eum, qui in pluribus locis æqualiter moratur & negotiatur, nusquam domicilium habere, quia imo omnibus locis domicilium habere intelligitur. Ad quod facit *l. ejus, §. Celsus, eod. t.* Nihil denique vetat plurium quem civitatum civem aut incolam esse: Incolam esse, est domicilium habere. Unde in aperiendis tabulis testamenti mittendæ sunt tabulæ, ubi signatores testamenti sunt, ut ait aperte *l. 7. test. quemadmodum ap.* ut signum quisque suum, & manum agnoscat: nam revocari eos signi sui cognoscendi causa onerosum est. *Quippe*, ut ait *l. 7. sæpe, cum magna captione* a rebus suis revocentur, & iniquum sit, damnosum cuique esse officium suum: ergo non sunt evocandi signatores, sed mittendæ sunt ad eos tabulæ, ut signa sua cognoscant. Unde si signatorum aliquis pluribus locis domicilium habeat (ita l. 5. huic tractatui accommodanda est) non quemlibet in locum tabulas mitti fas est, sed eo mitti tabulas oportet, quo loco ipse nunc consistit & diversatur: nemo potest omnibus locis, omnibusve domiciliis eodem tempore consistere. Non tam igitur spectatur ubi domicilium habeat, quia & pluribus locis habere potest, quam ubi nunc sit, ubi degat. Porro ex hoc libro est etiam *l. 9. si quis omiss. caus. test.*

Ad L. IX. Si quis omiss. caus. test. *Sed & si adhuc parendi conditioni tempus habeat, hac parte edicti non tenetur.*

SUb hoc tit. proponitur edictum prætoris, quo legatariis subvenitur, & fideicommissariis, & servis testamento manumissis directo, vel per fideicommissum, quorum scilicet in fraudem testamento heres scriptus, qui forte & ab intestato rem habere potest quasi proximus agnatus defuncti, qui deserit testamentum, qui repudiat hereditatem ex testamento, & eam amplecti mavult ab intestato, ut scilicet exoneret se præstatione legatorum, aut fideicommissorum, aut libertatum: Nam huic calliditati hoc edicto occurrit prætor palam edicens, teneri eum legatariis, & fideicommissariis, perinde atque si ex testamento hereditatem adiisset. Verum addendum est, non teneri tamen eum, qui omissa causa test. ab intestato possidet hereditatem, iis, quibus dare, vel facere jussus est, puta heredem institutum sub conditione, *si Titio decem dederit*, si omittat testamentum, & ab intestato gerat se pro herede, non teneri Titio decem dare, quia Titius legatarius, aut fideicommissarius non est, *l. 8. h. t. l. Mævius, in fine, de condit. & demonstrat.* nec si heres institutus Titio decem dederit conditionis implendæ causa, legatum id dicitur, aut fideicommissum, sed dicitur mortis causa capio, *l. mortis causa cap. de mort. caus. donat.* Ex qua quidem mortis causa capione, ut hoc fiat manifestius, etiam interveniente lege Falcid. non detrahitur quarta, *l. 1. §. item si legatum, & l. acceptis, ad leg. Falcid.* quæ tamen detrahitur ex legato. Ergo mortis causa capio non est legatum. Unde, ut ex Paulo traditum *l. 9.* si quis heredem instituerit sub conditione dandi Titio 100. præstituta etiam die, intra quam daret, quamvis adhuc parendi conditioni heres tempus habeat, & ab intestato hereditatem possideat: Titio tamen ex hoc edicto tenetur, ut numeret 100. quia legatarius non est, aut fideicommissarius, aut manumissus testamento. Et hujus tantum generis personis hoc edicto succurrit prætor.

Ad L. XVI. de Injur. *Sed non esse æquum, pro majore parte, quam pro qua dominus est, damnationem fieri, Pedius ait. Et ideo officio judicis portiones æstimandæ erunt.*

HUic etiam lib. 45. adscribitur *lex 16. de injuriis*, sed falso cum sit adscribenda 55. ut & complures aliæ leges in eo tit. de injuriis sunt ex *lib. 55.* quadragesimus quintus de testamentis fuit, non de injuriis. Verum breviter exponamus, quod est in ea lege 16. in qua refertur a Paulo sententia Pedii JC. qui servo communi plurium facta atroci injuria, dicebat singulis dominis competere actionem injuriarum, & damnationem fieri pro portione dominica, id est, pro portione, qua quisque servi dominus esset. Et ita officio recuperatoris, vel judicis, portiones domini esse æstimandas. Nihil præterea. Cui sententiæ obstat *§. si communis, Instit. de injur.* Pedius dicebat, æquum esse damnationem fieri, verba sunt legis, *pro portione, qua quisque dominus esset.* Contra ille §. ait, *æquum esse æstimationem injuriæ non fieri pro portione domini, sed ex persona dominorum*, adjecta optima ratione, quia ipsis dominis injuria facta est: injuria nulla fit servo, sed dominis. Et ideo ex persona dominorum injuriæ æstimatio facienda est, non ex persona servi, habita ratione dominii, quod quisque in servo habet. Pedius vero quasi servo facta esset injuria, non dominis, quod est falsum, portiones, quas in servo habuerint, ac si per servum acquisissent actionem injuriarum, spectandas esse putabat. Ceterum non ex persona servi adquirunt actionem injuriarum, quæ in nullo numero est, sed ex persona sua, quia ipsis facta est injuria. Itaque æquior est sententia *§. si communis.* Qui locus est singularis in jure, & satis apertus, quum ait, *quia ipsis dominis fit injuria*, quamvis non nominet Pedium, refellit tamen sententiam Pedii.

JACOBI CUJACII J.C.

In Lib. XLVI. PAULI AD EDICTUM, *RECITATIONES SOLEMNES.*

Ad L. VI. de SC. Syllan. *Etsi percussor certus sit, tamen habenda quæstio est, ut cædis mandator inveniatur. Utique autem ipse maxime quæstioni dabitur, quamvis & ceteri puniantur.*

Ad §. Quamvis *aliàs in caput domini servi non torqueantur: recte tamen fiet quæstio, etiam si heredem accuset, sive extraneus heres, sive ex suis sit.*

Ad §. Si unus *ex dominis non compareat, quærendum est de casu ejus per servos, quos communes habuerunt, magis enim de salute, aut ultione domini non comparentis, quam in caput præsentis torquebuntur.*

Ad §. Si appetitus sit, *nec occisus dominus: nihil Senatusconsulto cavetur. Ipse enim in familiam suam potest animadvertere.*

IN hoc Libro XLVI. sunt tantum duæ leges *lex 6. & 8. de SC. Syllan.* Ex SC. Syll. quod factum est Augusti temporibus, Dolabella & Syllano consulibus hereditas ejus, qui a familia sua, a servis suis occisus esse dicitur, non potest adiri, neque bonorum possess. peti, antequam de omni familia quæstio publica habita sit tormentis adhibitis: de omni, inquam, familia, quæ sub eodem tecto fuerit, vel ut uno verbo est apud Festum, *quæ subfuerit.* Quo verbo hic Neratius usus videtur. Quod ita Festus interpretatur, *quæ sub eodem tecto fuerit*, eo scilicet tempore, quo dominus occidebatur: alioquin hereditas adita ante quæstionem de familia habitam, sumptumque supplicium de noxiis, caduca fit, & heredi, qui adiit, aufertur quasi indigno, *l. 3. §. ul. ad SC. Treb. l. 5. §. 1. h. t.* Liquere autem prius semper debet, dominum scelere peremptum, scelere suorum, non sua manu: & rursus scelere, non obsequio, veluti imperante domino, ut se occidat servus, ut vitam sibi eripiat. Liquere igitur primum debet scelere occisum dominum, deinde quæstionem haberi, *l. 1. §. item illud, hoc t.* Unde & hodie priusquam homicidii quæstio introducatur, liquere debet de occiso, nec tamen temere credendum est, morienti domino, qui se a servo illo, vel illo occisum dixit, nisi potuerit id probari, ut eleganter ait *l. 5. §. 1. hoc t.*

Un-

Unde nec hodie si quis mortifere vulneratus moriens dixerit, se ab illo occisum, non est ei temere credendum, quia potuit hoc errans dixisse, ipso scilicet momento moriendi. Sed si certum ejus rei judicium protulerit, non dubito quin credendum ei sit. De familia autem quæstio habetur non tantum, si incertus sit percussor, sed etiam si certus, ut Paulus ait initio *l. 6.* etiam si certus sit percussor, non ideo minus habendam esse quæstionem de familia, nimirum ut cædis mandator, si quis sit, inveniatur. Sic enim hæc verba Pauli accipienda sunt: *Et si percussor certus sit, tamen habenda est quæstio*, de familia scilicet, non ut glossa de percussore, qui certus est: ut, inquit, cædis mandator inveniatur: nam & de percussore subjicit, ipsum maxime quæstioni dari ob eam rem, nempe ut prodat mandatorem. Et hoc est, quod ait: *utique autem ipse maxime quæstioni dabitur*. Ipse percussor scilicet, non ut de se interrogetur, cum certus sit, sed ut interrogetur de mandatore, quo mandante facinus admisit, qui quidem mandator ipse, perinde atque percussor est puniendus, *quamvis*, inquit, *& ceteri quoque puniantur*. Quid hoc est? Ceteri scil. servi Non punitur tantum percussor, aut mandator, sed etiam ceteri servi, qui sub eodem tecto fuerint, & auxilium non tulerint. Ceteri ergo, id est, ceteri servi, non ut glossa, *ceteri mandatores*, quæ hanc Pauli sententiam non intellexit, neque etiam de sequenti quicquam affirmare ausa est. Certus autem percussor, ne hoc ignoremus est is, qui confitetur, qui etsi de consciis interrogari, & torqueri non debeat, qui desperat de sua salute, qui de se confitetur, etsi de consciis interrogari, & torqueri non debeat non possit, *l. repeti*, §. 1. *de quæst. l. ult. C. de accusat.* tamen interrogari potest de mandatore, *l. prius* 17. *hoc t.* convictus autem reus potest interrogari de quolibet, de consciis, participibus mandatoribus. Sequitur in hac lege: *Quamvis alias in caput domini servi non torqueantur*. Vetustissimum jus est, quod obtinuit etiam in republica, ut ex Miloniana constat, *servos in caput dominorum non torqueri*, non interrogari. Sunt enim natura, ut est in proverbio, hostes dominorum: *quot servi tot hostes*. Excipiuntur tamen tres casus, triave crimina, adulterii, perduellionis, & fraudati census sive vectigalis in *l. 1. C. de quæst.* Quibus casibus addi potest quartus ex hoc §. 1. si suus heres, qui statim a morte testatoris heres existit, sive aditione, sive cretione, sive bonorum possessione, & consequenter statim servorum hereditariorum dominus fit, si hic, inquam, suus heres testatorem occidisse dicatur: nam & hoc casu servi in heredem dominumque suum torquentur, & generaliter, ut definit Paulus hoc loco, qui non habet alium sensum, Accursius adfert tres aut quatuor: ut, inquam, definit Paulus hoc loco, & 3. Sententiarum hoc titulo. De familia habetur quæstio, etsi heres testatoris occidisse dicatur: nec interest, inquit, extraneus, an ex liberis sit, hoc loco ait, sive extraneus heres, sive ex suis sit.

AD §. *penult.* Ad hæc notandum est ex §. *pen. hujus legis*. Si unus ex dominis alterum, qui nusquam comparet, occidisse dicatur, de servo communi haberi quæstionem, quia hoc pro domino fore videtur, qui occisus est, potius quam contra dominum, qui accusatur. Et ita est proditum aperte, quem locum omisit glossa in *lege extraneo*, §. *pen. de quæst.* vel, ut Paulus ait in hoc §. *pen.* eodem sensu, *magis de salute, aut ultione domini non comparentis, quam in caput præsentis torquebitur*. Præsentis, qui insimulatur homicidii: alias vero, ut idem Paulus ait 5. *Sent. tit. de servor. quæst. Communis servus in caput alterius ex dominis torqueri non potest*. Sed in hac specie magis torqueri videtur pro domino, id est, pro salute aut ultione domini. Et hoc colore sive prætextu etiam dicitur in *l. 2. Cod. Theod.* [illegible] *ne præter crimen majestatis servi dominos accusent*: In crimine perduellionis, quod ad salutem principis pertinet, servos audiri contra dominum proprium: quia hæc est colorata ratio, *pro salute* [illegible] *rum*, id est, Principis, intervenire videntur.

A[illegible] hujus legis ostenditur. Senatusc. Syll. [illegible] dominus occisus sit. Senatusconsultum loquitur de [illegible] non ergo, si duntaxat dominus ferro, aut insidiis appetitus sit, non occisus, quia, inquit, hoc casu ipse in familiam suam, quæ auxilium non tulit, vel quæ ipsum appetivit, animadvertere potest. Qua ratione etiam dicitur, si servus domino furtum fecerit, necesse non habere dominum, vel extraneum adversus furem agere furti, cum ipse in furem statuere possit, *l. servi aut filii, de furt.*

Ad L. VII. eod. *Et in libertos extraordinarium auxilium habebit.*

ET iis additur statim in *l. 7. h. t.* libertos, in quos patronus animadversionem non habet, quia liberi homines sunt, si patroni vitam appetierint, licet rem non peregerint, extra ordinem coerceri tanquam ingratos, & inofficiosos extra ordinem, quia legibus, sive jure ordinario non est prodita actio ingrati, sed præbetur hoc casu in libertos extra ordinem, sicut & in donatarios, *l. 1. C. de libert. & eor. lib.* Judicium, inquit, extra ordinem præbetur, quod optime congruit his verbis legis 7. ubi ait idem Paulus, & *& in libertos*, qui scilicet patronum gladio appetierint, *extraordinarium auxilium habebit*, id est, extraordinariam actionem ingrati. De libertis etiam hoc notandum ex constitutione Trajani, patrono occiso, & de libertis, qui sub eodem tecto manserant quæstionem haberi, & supplicium sumi: quos scilicet vivus manumiserit. Primum autem de servis tantum quæstio habetur ex Senatusconsulto Syll. qui sub eodem tecto fuerunt, deinde de libertis etiam testamento manumissis quæstio habetur, & supplicium sumitur patrono occiso ex Senatusconf. Pisoniano, sive Neroniano, ut constat ex Cornelio Tacito 13. Annalium. *De his*, inquit, *servis, qui testamento manumissi essent*. Post ex constitutione Trajani, cœpit etiam quæstio haberi de libertis, quos qui occisus est, vivus manumisisset, id est, inter vivos, etiamsi illi liberti jure annulorum aureorum donati essent. Quod ostenditur in *l. 10. §. ult. & l. seq. hoc t. Idem erit*, inquit, *de iis libertis, qui jus annulorum petierint*. Non ergo, ut arbitror, de iis libertis, qui natalibus restituti sint: quoniam hi sunt prorsus ingenui, non ii, qui aureo tantum annulo, aut facultate gestandi annuli donati sunt. Qui natalibus restituti sunt, plane ingenui sunt, & difficilius torquentur ingenui, quam libertini: nam & libertini perraro torquentur. Hoc tantum casu torqueri possunt, si ipsi eodem loco fuerint, quo occisus patronus est, ex const. Trajani. Qua de re exstat epistola Plinii lib. 8. ad Aristonem Jurisconf. de libertis Afranii Dextri consulis cum de cæde ejus quæreretur. Et ante Trajanum quoque Dio scribit, Domitianum Imperatorem de Epaphrodito liberto Neronis sumpsisse supplicium, quod Neroni opem non tulisset, cum occideretur. Et apud Corn. Tacit. 14. *Annal.* tempore Neronis etiam Varro in senatu censuit, ut liberti quoque, qui sub eodem tecto fuissent, cum patronus occideretur, Italia deportarentur. Transeamus ad *l. 8.*

Ad L. VIII. eod. *SC. Pisoniano cavetur, ut si pars obnoxius servus venisset, quandoque animadversum in eum esset, ut venditor pretium præstaret; ne emptori injuriam fecisse videatur senatus.*

Ad §. Si filiusfam. *qui in castrensi peculio testatus est, occisus sit: omnimodo id defendendum est, ut ex quibus casibus ad fiscum patrisfam. bona pertinent; his casibus & hujus peculium potius quam ad heredes, qui deliquerunt in adeundo, & similibus, ultive* [illegible]

INitio hujus legis 8. proponitur aliud caput SC. Pisoniani sive Neroniani, quod scilicet factum est Nerone & Pisone Consulibus, ut si domino a familia occiso post quæstionem familiæ heres vendiderit, & tradiderit noxium quendam servum: pœnæ, inquit, quendam obnoxium servum ob cædem domini, bonæ fidei emptori, sumatur quidem supplicium de servo vendito ex SC. Syllan. sed absque injuria emptoris: quoniam venditorem emptori pretium reddere oportet. Sumi debent supplicia, & pœnæ sine injuria cujusquam (quod notandum) sed hac ratione, quia noxius venierat. At venditor non prædixerat, noxia solutum esse, fateor: nec tamen ideo minus debet emptori pretium restituere. Alioquin Senatus injuriam faceret emptori, si illi eriperet servum, eumque raperet ad supplicium, a venditore ei pretio non restituto: alioquin si servus venditus post venditionem noxiam fecerit, periculum est emptoris, *l. Lucius, de evict.* In altera parte legis 8. ostenditur, non tantum patrisfamil. hereditatem, sed etiam filiifam. peculium castrense, vel quasi castrense, si de eo testamentum fecerit, caducum fieri, si filiofam. a familia sua, a servis suis castrensibus occiso, heres scriptus contra SC. Syll. peculium, sive hereditatem castrensem filiifam. adierit, vel si aperuerit tabulas testamenti ante quæstionem habitam de fam. vel etiam si mortem filiifam. testatoris sui inultam reliquerit: quia ex hac causa heredi aufertur hereditas quasi indigno, qui vel non vindicavit necem domini, sive testatoris, vel non ante habuit quæstionem de famil. quam adiret hereditatem. Alioquin non ex omnibus etiam aliis causis, ex quibus publicatur patrisfam. hereditas, etiam publicatur castrense peculium, sed retinetur a patre jure peculii, si filiusfam. testamentum non fecerit, *l. 1. C. de bon. proscript.* Ut si deportatus sit paterfam. in insulam, tacito jure omnia ejus bona publicantur: sed si filiusfam. deportatus sit, non publicantur castrensia, vel quasi castrensia, sed remanent apud patrem superstitem. Ceterum heredibus filiifam. auferuntur, videlicet si testamentum fecerit de castrensi peculio, vel quasi castrensi. Libri sequentes sunt de servitutibus realibus, & personalibus.

JACOBI CUJACII J.C.

In Lib. XLVII. PAULI AD EDICTUM,

RECITATIONES SOLEMNES.

Ad L. LXVI. de Usufr. *Cum usufructuario non solum legis Aquiliæ actio competere potest, sed & servi corrupti, & injuriarum, si servum torquendo deteriorem fecerit.*

PAULUS Libro XLVII. egit quidem aliquantulum de servitutibus personarum, & rerum, verum obiter, ut animadvertit: neque enim ejus hoc fuit propositum principale, sed præcipue, ut tractaret de cautionibus sive stipulationibus prætoriis, ut & Ulpianus post tractatum de servitutibus, de iisdem cautionibus tractavit lib. 51. 52. & 53. Ac primum quidem egit Paulus, ut opinor, de stipulatione fructuaria; sic appellatur in *l. 4. §. ult. de verb. obligation.* qua scilicet usufructuarius proprietario stipulanti promittit datis fidejussoribus, ut ostenditur in *l. 13. de usufr.* finito usufructu se restituturum quod inde exstabit, & interim se viri boni arbitratu usurum fruiturum, id est, se rem causamve ususfructus, & proprietatis deteriorem non facturum, *l. 1. usufruct. quemadmodum cav.* Unde & re deteriore facta a fructuario, cum eo dominus proprietatis statim ex stipulatu agere potest. Quamquam & aliæ eo nomine ei sint cum usufructuario actiones, ut quod Paulus ostendit in *l. 66. de usufructu*, quæ est ex hoc lib. cum fructuario proprietarius agere potest actione legis Aquil. si forte, exempli gratia servum fructuarium injuria occiderit, quod etiam ostendit *l. 13. §. de præteritis, eod. t.* Itemque actione servi corrupti proprietarius cum usufructuario agere potest, si usufructuarius servum fructuarium bonæ frugi ad delinquendum perpulerit. Quod etiam ostendit *l. 9. §. si in servo, de ser. corr.* Itemque actione injuriarum, si usufructuarius torquendo servum fructuarium deteriorem fecerit, si flagellis ceciderit: neque enim vi eum torquere, neque flagellis cædere potest, *l. 23. in fine, hoc t.* Paulus 3. Sententiarum tit. de leg. *Servos*, inquit, *neque torquere, neque flagellis cædere, neque in eum casum facto suo perducere usufructuarius potest, quo deteriores fiant.* Et secundum hanc interpretationem igitur recte Florentini in hac lege, *cum usufructuario non solum actione l. Aquiliæ*, ut in Basil. quod idem est ἁρμόζει κατὰ τοῦ χρῆσιν ἔχοντος ὁ ἀκύλιος. Accursius legit male sine præpositione, *usufructuario*: nam usufructuario hæ actiones non competunt, sed earum exemplo utiles tantum, sive in factum, quod & leges, quas adducit Accursius probant. Sequitur *l. 26. de servitut. præd. rustic.*

Ad L. XXVI. de Servit. præd. rustic. *Si via, iter, actus, aquæductus legetur simpliciter per fundum, facultas est heredi per quam partem fundi velit constituere servitutem: si modo nulla captio legatario in servitute sit.*

SI cui simpliciter, id est, ἁπλῶς testator legarit viam, vel iter, vel actum, vel aquæductum per suum fundum, nec dixerit per quam partem fundi, Paulus in hac l. 26. ait, electionem non esse legatarii, per quam partem fundi servitute legata utatur, sed electionem & facultatem esse heredi, per quam partem fundi velit constituere servitutem, cum modo tamen æquo & pari, ita scilicet, ut id faciat ex usu & commodo legatarii, sine captione, sine incommodo legatarii (†). Cui sententiæ Pauli statim opponitur quod Celsus scribit in *l. 9. de servit.* si cui simpliciter, vel ut ibi est scriptum, si cui simplicius per fundum via relinquatur, quod est, legetur (vivi cedunt viam, morientes autem relinquunt legati genere, aut fideicommissi) si cui, inquam, simpliciter per fundum via legetur, legatario facultatem esse, per quam ejus fundi partem viam munire, & ire agere velit: modo ut ait, id faciat civiliter: nam ut eleganter ait, in sermone omni indefinito quædam semper tacite excipiuntur, quem modum etiam suæ sententiæ adjecit Paulus in hac *l. 26.* his verbis, *si modo nulla captio legatario in servitute sit*. Sed Paulus electionem dat heredi, Celsus legatario. Itaque in summa, re dissident inter se & discordant. Verum missis glossarum & DD. traditionibus ex veteri jure veroque, hæc adhibenda distinctio est: Aut servitus legata est per damnationem, *Heres meus damnas esto illi viam dare, cedere per fundum illum*: Et hoc casu electio est heredis, quia & sermo dirigitur ad heredem: Aut legata est per vindicationem, *lego tibi viam per fundum meum*, & electio est legatarii, per quam partem ire agere velit. Quæ distinctio etiam servatur in homine, vel alia re simpliciter, sive generaliter, non nominatim legata: nam si homo legatus sit simpliciter, sive generaliter per vindicationem, legatarii electio est, quem ex universa familia testatoris malit accipere: civiliter modo neque enim optimum eligere potest, veluti servum actorem, cujus amissio sæpe evertit totam domum, ut ait *l. ult. de offic. præf.* Denique optimum eligere non potest. Et ita est scriptum in *l. legato generaliter, de leg. 1.* Sin vero homo legatus sit per damnationem, heredis electio est, ita tamen ut non pessimum præstet, non compeditum, aut compunctum notis, non noxium. Et cum modo igitur semper, vel heredis, vel legatarii electio est, secundum speciem, genusve legati, *l. si a substituto*, §. 1. *de legat. 1.* Ulpianus *lib. sing. reg. Optione*, inquit, *legati per vindicationem data, legatarii electio est, veluti hominem optato, eligito*. Sequitur, idemque est (ut restitui) si generaliter legaverim Titio hominem: *At*, inquit, *si ita: heres meus damnas esto hominem dare, heredis electio est, quem velit dare*. Hæc Ulpianus. Et est apertissimum. Unde & M. Tull. de Invent. *Cum paterfam. sic uxori suæ legavit: heres meus uxori meæ vasorum argenteorum 100. pondo, quæ volet, dato, quod est legatum per damnationem*, recte ait, refelli heredem, qui se, quæ ipse vellet, debere dicit, quivis sibi arbitrium eligendi permissum esse adserit: nempe muliere objiciente, si heredis voluntati testator permittere velit, electionem vasorum, nihil attinuisse adscribi, *Quæ volet*, quia eo etiam non adscripto, nihil inesset dubitationis, quin heres, quæ ipse vellet, daret: quia scilicet legatum relictum est per damnationem. Ex quo sequitur hæc verba, *quæ volet*, aut esse supervacua, si referantur ad heredem, aut potius sic esse accipienda, *quæ volet legatarius, id est, quæ volet uxor*. Hac vero de re egit Paulus in *hac l. 26.* cum tractaret de stipulatione damni infecti, vel de operis novi nuntiatione nam

(†) *Vide Merill. lib. 1. Variant. ex Cujac. cap. 13.*

nam qui viam munit, sternit, vel iter, vel aquæductum format per certam partem fundi, sine damno domini, aut vicinorum id facere debet, ut & qui munit viam publicam, *l.15. §. si quid in via, l.31. de dam. infec.* Et ideo cavere etiam debet de damno infecto, quod contigerit in via munienda: de damno nondum facto, quod tamen futurum veremur. Et generaliter non tantum qui dominium fundi habet, sed & qui servitutem in fundo habet, cavet de damno infecto, *l. qui bona fide, §. 1. de dam. infec.* De qua cautione etiam hic egisse Paulum indicat *l.3. ejusd. tit.* quæ est ex hoc libro: In qua & quasi plura tractaturus de cautione hujusmodi damni, & damnationis notationem exposuit: quasi scilicet hæc dicta sint ab ademptione, & quasi deminutione patrimonii, ut apud Varronem 4. *de lingua Latina*, eodem prorsus modo, *damnum a demptione*, inquit, *quum minus refectum, quam quanti constat.* Unde & apud Gellium, *quia aucta, vel damna, vices augendi, vel minuendi.* Et hunc quoque tractatum de cautione damni infecti Paulus persecutus est libro 48.

JACOBI CUJACII J. C.

In Lib. XLVIII. PAULI AD EDICTUM, *RECITATIONES SOLEMNES.*

Ad L. XXXI. de Serv. urb. præd. *Si testamento damnatus heres, ne officeret vicini luminibus, servitutemque præstaret, deposuit ædificium: concedenda erit legatario utilis actio, qua prohibeatur heres, si postea extollere supra priorem modum ædificium conabitur.*

AC primum *lege 31. de servit. urb. præd.* si damnatus sit heres, ne officeret luminibus vicini, & servitutem vicino præstaret, id est, cederet, altius ædes non tollendi, *l. luminum, & l. hæc autem, hoc t.* & heres deposuerit ædes, id est, prorsus ædes solo æquaverit, ac deinde eas restituat, legatario, inquit, utilis actio dabitur, actio confessoria scilicet, sive vindicatio servitutis legatæ, qua nempe prohibeat heredem, si supra priorem modum ædificium, quod restituit, extollere velit, quod congruit cum *l. cum luminibus, hoc t. & l. 1. C. de servit. & aq. & constit. Zenonis de ædificiis privatis.* Ideo autem utilis actio datur legatario, utilis vindicatio legatæ servitutis, non directa, quia si quis strictius interpretetur, quod & glossa intellexit, aliud est ædificium, quod restituitur, quam quod fuit id, cui servitus imposita est, *l. servitutes, §. si sublatum, hoc t.* Sed utilitas exigit, ut idem esse intelligatur, quod reponitur, utque legatario liceat intendere jus heredi non esse, nec id quoque extollere supra priorem modum, quod restituit, quamvis non ei proprie imposita sit servitus altius non tollendi. Quin, quod addendum est, & heredi ædificanti, restauranti ædificium supra priorem modum legatarius opus novum nuntiare potest, *l. inter servitutes, hoc t. l. de pupill. §. & belle, & l. non solum, in princ. de nov. op. nunt.* Ac præterea legatario postulanti, heres, qui restaurat ædificium, cavere debet damni infecti, quod ostenditur apertissime in *l. qui bona fide, §. si quis opus, de dam. infec.* nec dubito quin & verba hujus legis 31. subjunxerit Paulus. Verum his addamus etiam ex hoc libro legem decimam *de interrogat.*

Ad L. X. de Interrog. in jur. fac. *Non alienum est, eum, a quo damni infecti stipulari velimus, interrogare in jure: an ædes ejus, vel locus sit, ex quo damnum timeatur: & pro qua parte: ut si neget suum prædium esse, nec caveat damni infecti, aut cedere, aut resistendum putaverit, quasi dolo versatus, tradere compellatur.*

QUæ aperte scripta est de cautione damni infecti, & ait, vicinum, a quo stipulari volumus damni infecti de ruina ædium suarum imminente, vicinum illum in jure, id est, apud prætorem vel præsidem interrogare posse, an ædes, vel an pars ædium, an locus, ex quo ruina, vel damnum timetur, ejus sit, pro qua parte videlicet, ut ad eam partem damni infecti stipulationem accommodemus, ut rite concipiamus stipulationem, *l. qui servum, §. ult. hoc t.* aut si falso neget prædium suum esse, ædes suas esse, nec caveat damni infecti, aut decedere debet (sic hic locus est accipiendus) de possessione prædii, sive ædium vice cautionis, quam non præstat, aut si possessione decedere nolit, si resistendum putat, quasi dolo malo versatus, & mentitus, totius prædii possessionem tradere compellitur vicino, cui non cavit, non ex edicto (ut glossa voluit) de damno infecto, & secundum ejus edicti ordinem ex primo & secundo decreto, neque enim illius edicti ordo in eum, qui se falso negat esse prædii vitiosi dominum, servatur, sed ex hoc edicto de interrog. in jure fac. statim convenitur ex proprio mendacio, ex proprio dolo. Quod & in hunc locum Græci notant, ἐκ τῆς ἰδίας ... ἡ τῷ ... ὡς ἐκ τῆς ... τραύματος αὐθεντίας. Quia dolo malo versatus est, statim aut jubetur decedere de possessione, aut cavere: vel si nolit cavere, aut decedere possessione, compellitur viribus imperii tradere possessionem ædium, quarum falso negavit se esse dominum. Longe alius est ordo edicti de damno infecto: Nam qui non cavet damni infecti, non statim decedit de possessione, sed is, cui non cavetur, statim mittitur in possessionem ex primo decreto, ita ut simul cum eo sit in possessione ædium ruinosarum. Ergo non statim cedit possessionem: sed si post primum decretum adhuc pergat non cavere damni infecti, expellitur possessione, & vicinus, cui non cavit ex secundo decreto, jubetur ædes possidere jure dominii. Qui ordo ostenditur in *l. si finita, de dam. inf.*

Ad L. XVII. Ut legat. nom. cav. *Si ab uno ex heredibus legatorum satis accipimus, cum ab omnibus heredibus relictum legatum esset, si pars coheredis adcrescat promissori, in totum fidejussores tenentur, si solidum legatum is cœperit debere.*

PRæterea in *l. 17. ut legat. nom. caveatur*, quæ est etiam ex hoc lib. 48. duas cautiones prætorias conjunxisse videtur, cautionem legatorum in diem, vel pure, vel sub conditione relictorum: Nam de pure legatis aliquando cavetur, & cautionem damni infecti. Sententia legis hæc est: si legato relicto ab omnibus heredibus unus heres legatario caverit legati nomine datis fidejussoribus, & postea portio coheredum repudiantium hereditatem ei adcreverit cum suis oneribus, tenentur in solidum legati præstandi causa & servandi. Quod & a simili belle confirmari potest ex *l. ult. in princ. quod legatorum.* Et videtur etiam hoc loco Paulus accommodasse ad cautionem damni infecti, hoc modo: *si unus ex heredibus suo nomine promiserit damni infecti prædii hereditarii ruinosi nomine deliberante coherede, aut coheredibus deliberantibus, & postea coheredum portio ei adcreverit, ex stipulatione damni infecti, quam præstiterit, tenetur in solidum*, quia retro solus ipse heres fuisse intelligitur, *l. quia retro, ad leg. Aquil.* Alioquin in partem duntaxat teneretur, si coheredes omnes adirent, *l. ex damni, §. item si plurium, de dam. inf.*

Ad L. X. de Dam. Inf. *Quamvis alienus usufructus sit, dominum promittere oportere Cassius ait. Nisi proprietarius in totum repromittat, vel fructuarius satisdet: mitti oportet in possessionem eum cui non caveatur. Sed nisi proprietario repromittenti fructuarius caveat: denegandam ei fructus petitionem Julianus scribit. Sed si fructuarius de soli vitio quid præstiterit, jus domini ad eum transferri oportet.*

UT persequar cetera, quæ de cautione damni infecti lib.48. Paulus scripta reliquit, explicanda est primum *l.10. de dam. infect.* Cuius satis compertum est, cautionem edicto prætoris, quod proponitur in *l.7. hoc t.* cautionem

nem damni infecti, vel nudam cautionem esse sine fidejussoribus, quæ repromissio dicitur: vel satisdationem esse, id est, dationem fidejussorum: satisdare dicitur, qui dat fidejussores, sive adpromissores, quod idem est. *Repromittit* autem, qui solus promittit, qui fidem suam solus obstringit. Et cautionem damni infecti, nudam cautionem esse, nudam repromissionem, si quis suo nomine de re sua caveat damni infecti, sive sit dominus prædii vitiosi, sive bonæ fidei emptor, sive quis alius, qui in alieno prædio proprium jus servitutis habeat, *l. 13. in princ. & §.1. h.t.* Satisdationem vero esse, si quis timenti damnum alieno nomine caveat, veluti procurator nomine mandatoris: hic satisdare debet, nedum repromittere, aut etiam superficiarius. Nam & superficiarius nomine ejus, qui soli, & per consequentiam superficiei dominus est, quia superficium cedit solo: superficiarius, inquam, cavet damni infecti causa, non suo, sed domini nomine, qui & soli, & superficiei dominus esse intelligitur. Quamvis ipse superficiarius in superficie jus, quod dicitur superficiarium, sive ἐμβατευτικόν habeat. Fructuarius quoque satisdare debet, *l.prox. §.ult. sup.* quia prædii dominus non est: & domini nomine cavet in totum, ad quem dominum, id est, proprietarium totum etiam prædium pertinet: & pertinere dicitur, etiamsi ususfructus alienus sit, *l. recte totum, de verb. significat.* Et hoc est, quod ait Paulus initio huius legis 10. quamvis ususfructus prædii alienus sit, dominum, id est, proprietarium damni infecti repromittere, non satisdare: ipsum autem fructuarium satisdare oportet. Et subjicit, proprietario non repromittente damni infecti causa in totum, vel fructuario non satisdante in totum, uti oportet, id est, & de soli, & de ædificii, & de arborum vitio, vicinum, cui non cavetur mitti in possessionem prædii vitiosi ex primo decreto, quo genere prætorium pignus constitui dicitur, ac deinde etiam juberi possidere prædium ex secundo decreto, & prædium ei auferri. Primum decretum possessorem non facit, sed in possessione facit, ita ut possideat cum eo, qui damni infecti cavere detrectat. Neque enim primum decretum dominum dejicit possessione, vel eum, qui cavere debet damni infecti: at secundum dejicit possessione. Ergo si neque proprietarius repromittat damni infecti, neque fructuarius satisdet, is, cui non cavetur, mittitur in possessionem prædii, ex quo damnum timetur, ac deinde si vicinus perseveret non cavere, etiam prædium possidere jubetur, & usucapere. Proprietario autem repromittente, & cessante fructuario, si & vicissim proprietario, qui repromisit, damni infecti fructuarius non caveat, de indemnitate scilicet, aut cum aliquid ex stipulatione proprietarius præstitit, si fructuarius nihil ei conferat pro rata ususfructus, ut in *l.22. inf.* ait, a proprietario usufructuarium recte prohiberi uti frui, eique denegari persecutionem, sive vindicationem ususfructus, ut *l.15. §.ult. inf.* Et vice versa fructuario satisdante damni infecti, proprietario cessante, si quid fructuarius ex stipulatione de soli vitio præstiterit, quod dominus, id est, proprietarius ei refundere nolit, ait, jus domini in proprietarium transferri: vel, ut ait *d.l.22.* in possessione soli fructuarium constitui, non quidem, ut glossa ait, ex secundo decreto, quia & primum, & secundum decretum interponitur pro eo, cui cavendum fuit, hoc est certissimum, non pro eo, qui cavere debet, sed extra ordinem hoc fit prætoria potestate, contumaciæ proprietarii, vel fructuarii plectendæ causa, ita tamen, ut si quid fructuarius ex stipulatione damni infecti præstiterit, antequam vicinus ex primo decreto mitteretur in possessionem, tunc fructuarius id habeat, donec præstetur ei damnum, sive æstimatio damni pro rata proprietatis, sive pro rata soli: id, inquam, habeat, quod vicinus haberet, si missus esset in possessionem nemine cavente damni infecti, id est, ut in possessione soli fructuarius sit, utve solum retineat, non etiam habeat jure dominii, ut *d.l.22.* Sin autem ex contrario latere fructuarius misso jam vicino in possessionem ex primo decreto satisdederit damni infecti, cessante domino, & collapsis ædibus, quarum nomine satisdedit, ex stipulatione conventus damnum vicino resarcierit, antequam ex secundo decreto vicinus jure dominii possidere juberetur, ut tunc id habeat fructuarius, donec dominus pro rata contulerit, quod vicinus haberet, si ex secundo decreto possidere jussus esset, puta, ut jus domini, & possessoris ad fructuarium transferatur, id est, ut fructuarius prædium jure dominii possideat, domino possessione dejecto. Quæ est sententia Pauli in fine hujus l. 10. Transeamus ad leg. 12. *ex eod. lib.*

Ad L. XII. eod. *His, qui pignori rem acceperunt, potior est is, cui damni infecti non cavetur, si possidere, & per longum tempus rem capere ei permissum fuerit.*

IN leg.12. agitur de creditore pigneratitio, quem, si prædium pignori acceperit, damni infecti satisdare debere constat ex *l.15. §. item quæritur, h.t.* Quia dominus non est, & cavet igitur domini nomine, alieno nomine. Sed si neque creditor satisdet damni infecti, neque debitor, qui dominus est, repromittat, & vicinus, cui cavendum fuit post primum decretum, ex secundo decreto jussus sit possidere, & consequenter per possessionem, & usucapionem rei dominium adquirere, quia prætor non potest facere dominum, sed possessorem tantum. Itaque ei, quem possessorem fecit expulso domino, necessaria est usucapio, ut præter possessionem, vel potius, ut per possessionem dominium adquirat jure civili, nempe usucapione. Quod ostenditur in *l.5. in princip. l.15. §. Julianus, l.18. §. non solum, h.t. l.1. de fund. dot.* Si igitur neque creditor, cui ædes ruinosæ pignori datæ sunt, satisdet damni infecti, neque debitor repromittat, creditori denegatur persecutio pignoris, sicut fructuario non satisdanti, ex eadem causa denegatur persecutio ususfructus, *d. §. item quæritur.* Et hoc est, quod ait Paulus in hac lege 12. creditoribus, qui pignori rem acceperunt, non ex conventione nuda, ut glossa ait, sed per traditionem constituto pignore, ut accipiatur proprie: creditoribus igitur, qui pignori rem traditam acceperunt, potiorem esse vicinum, cui damni infecti non cavetur, si eam rem ex secundo decreto, jure dominii, ut loquitur *d.l.15. §. postea autem*, id est, tanquam dominus, animo, & cogitatione domini, civiliter possidere, ejusque dominium usucapere, adquirere permissum ei fuerit, his, inquit, cui pignori rem traditam acceperunt, id est, creditoribus pigneratitiis potior est is, cui damni infecti non cavetur, si possidere ex secundo decreto, & per longum tempus usucapere rem ei permissum fuerit: si possidere, inquit, ei permissum fuerit. Quod notandum. Ergo si tantum in possessionem missus fuerit ex primo decreto, non ideo statim creditori denegabitur persecutio pignoris, id est, actio pigneratitia, hypothecaria, vel fructuario non ideo statim denegabitur persecutio ususfructus, vindicatio ususfructus: hoc suadet hæc lex 12. a contrario sensu, & apertissime *d. §. item quæritur*, pugnare tamen videtur cum *l.9. §. ult. sup.* qui quidem §. eum, qui in possessionem missus erat, ex primo decreto igitur, ait fructuarium, qui non satisdedit, uti frui prohiberi, ergo fructuario denegari persecutionem ususfructus, fructuarium expelli possessione fundi, aut prædii. Pugnare etiam videtur *l. 15. §. si qua jura, h.t.* quæ generaliter ait, *si qua jura sint debita iis, qui potuerint satisdare de damno infecto, nec satisdederint, denegandam esse ob eam causam eorum jurium persecutionem adversus eum, qui in possessionem missus erit*, quasi scilicet post primum decretum statim denegetur persecutio juris, quod in ea re alii competit, veluti ususfructus, aut ἐμφυτεύσεως, aut pignoris. Sed ne fallamur, sciendum est, & illis duobus locis, & aliis quamplurimis h.t. & in aliis partibus juris imperfectam, & inchoatam hanc orationem esse, *qui in possessionem missus erit*, quæ pro re subjecta sit supplenda hoc modo: *qui in possessionem missus, & possidere jussus erit*, id est, si intervenerit utrumque decretum; ut in *l.44. §. damni infecti, h.t.* Damni infecti nomine missus in possessionem, quamvis non ad-

dat, *& possidere jussus*, tamen subsequentia ostendunt satis, & hæc quoque subintelligenda esse. Et eodem modo prorsus in *l. jubere, de jurisd.* jubere cavere prætoria stipulatione, damni infecti scilicet, quæ lex est de stipulatione damni infecti, & in possessionem mittere imperii est magis, quam jurisdictionis; quid? an non etiam jubere possidere etiam imperii magis est, quam jurisdictionis? Sane multo magis. Et id igitur quoque supplendum est, aut subintelligendum: ergo non satis est, si quis missus sit in possessionem, ut denegetur persecutio juris sui ei, qui potuit satisdare damni infecti, nec satisdedit, sed necesse est etiam ut secundum decretum subsecutum fuerit, id est, ut idem possessor factus fuerit, sive dominus possessionis, expulso vetere possessore, sive domino. Ad hæc notandum, ne quid dubitationis supersit in *l. 44. §. damni*, quod dicitur, creditori non denegari pignoris persecutionem, ne dominio quidem usucapione quæsito ab eo, qui missus in possessionem, & possidere jussus est; id locum habet in creditore tantum, qui pignus non possidebat ipse, sed debitor eo tempore, quo decreta interposita sunt de missione in possessionem, & de possessione: tunc integra est creditori actio hypothecaria. Creditori autem, qui pignus possidet, nec satisdat damni infecti vicino postulanti, vicino, inquam, cui cavendum fuit possidere jusso, proculdubio denegatur persecutio pignoris, quia potuit, & debuit satisdare desideranti satisdationem, quandoquidem ipse possidebat. Quæ distinctio est apertissima, & memini me eam exponere ad Africanum in *d. l. 44.* Veniamus ad *l. 14. h. t.*

Ad L. XIV. eod. *In causæ cognitione etiam longinquitas soli, & operis magnitudo spectanda est.*

Stipulationi, sive cautioni damni infecti dies certus præstitui solet, intra quem, si quid prædii vitio damni contigerit, stipulatio committatur, id est, locum habeat: finitus quidem dies potest revocari a prætore, renovari ex causa, sed ab initio præstitui solet dies certus, intra quem si prædium vitium fecerit, & vicino nocuerit, stipulatio locum habeat. Id cavetur fere iis verbis: *Quod ædium tuarum vitio intra diem illum damni mihi contigerit, sive quid ruet, sive scindetur, fodietur, ædificabitur, ejus rei nomine mihi, heredive meo, quanti ea res erit, tantam pecuniam dari.* Diem autem præstituit prætor, vel breviorem, vel longiorem causa cognita, *l. 13. §. ult. h. t.* habita scilicet æstimatione ex causa, habita moderatione temporis, finitione temporis, ex causa, id est, ex origine rei, ut recte Albericus interpretatur, & ex qualitate ejus damni, quod contingere speratur, ut ait *d. l. 13. in fine*. Speratur, id est, timetur, ut apud Virgil.

Tantum sperare laborem.

& apud Terentium: *Quod tu speres, propulsabo facile*, id est, facile pulsabo, quod times. Ex causa igitur, ex origine rei, ex causa vitii, & ex qualitate ejus damni, quod contingere quis timet, & ut addit Paulus in hac *l. 14.* ex longinquitate loci, Basil. ἐκ διαστήματος τῆς ὁδοῦ: *ex intervallo viæ, & longo spatio itineris*: ut si is locus, ex quo damnum timetur, longe remotus sit ab eo, qui ejus dominus est, quique ibi non moratur. Longinquioris enim loci tuendi & conservandi cura minor est. Itemque, ut ait, ex magnitudine operis, de cujus vitio sibi quis promitti postulat: facilius enim ruit magnum opus: glossæ hæc verba l. 14. non perceperunt. His etiam addamus *l. 16.*

Ad L. XVI. eod. *Antequam damnum detur, impunitum est factum ejus, qui neque promisit, neque admisit in possessionem: si tamen ante damnum datum, vel cavit, vel possessione cessit.*

Is, qui damni infecti non promittit, dominus scilicet vitiosarum ædium exempli gratia, nec etiam admittit a prætore missum in possessionem, qui neutrum facit, qui moratur, frustratur, tenetur actione in factum ex hoc edicto: sed non antequam damnum datum sit, veluti non antequam ædes ceciderint, & damnum dederint. Extenditur & hæc actio in factum in id tempus, quo damnum datur, quo damnum committitur, ut ait *l. proxima, §. 1. sup.* in id tempus, quo damnum datur, nec ante damnum datum licet agere in factum ob id, quod quis neque caverit, neque admiserit missus in possessionem. Et ideo, ut ex Paulo subjicitur in hac l. 16. quæ male in quibusdam libris adscribitur 60. & rectius, ut in ora libri adnotatum est in Florentinis redditur huic libro 48. In *l. 16.* inquam, ex Paulo subjicitur: *Antequam damnum detur, impunitum esse factum ejus, qui neque promisit* (damni infecti) *neque admisit* in possessionem, missum ex primo decreto: impunitum est factum ejus, qui neutrum fecit: facere etiam dicitur, qui non facit, ut in Comœdia: *Quod laudi ducis, quod non fecisti inopia*. Et ut soleo in hanc rem dicere ex philosophis, etiam privatio actionis actio est. Sequitur in hac *l. si tamen ante damnum datum, vel cavit, vel possessione cessit*. Quæ oratio profecto mutila est, & est ita supplenda, ut si is, qui ab initio neque cavit, neque admisit in possessionem, corrigat factum re integra, id est, si ante damnum datum, vel caverit, vel possessione cedat, postea damno dato non teneatur actione in factum: moræ semel commissæ, re integra emendatio est. Et ita hic locus explicandus est. Sequitur *l. 18.* in qua multo plura continentur ea de re.

Ad L. XVIII. eod. *Damni infecti stipulatio competit non tantum ei, cujus in bonis res est: sed etiam cujus periculo res est.*

Ad §. Sed quod *opere facto consecutus sit dominii capione promissor, non teneri eum eo nomine, Pomponius ait: quia nec loci, nec operis vitio, sed publico jure id consecutus sit.*

Ad §. Ei, cujus ususfructus *ædium est, de vitio earundem ædium caveri oportet, etsi alias vicinas habeat: quia reficiendi habet facultatem. Nam qui viri boni arbitratu uti debet, reficiendi quoque potestatem consequitur. Ergo nec proprietarius audiri debet, si velit sibi caveri a fructuario ædium nomine, quas vicinas fructuario habeat. Quia habet cum fructuario actionem, ut viri boni arbitratu is fruatur.*

Ad §. Sed inquilino meo, *si vicinas ædes habeat, cavere debebo damni infecti propter eas ædes.*

Ad §. Ei, qui in conducto *solo superficiem imposuit, dominus soli, quod vitio soli damnum futurum sit, cavere non debebit, nec soli domino superficiarius: quia invicem ex conducto & locato habent actiones. In quas tamen actiones ultra culpam nihil venit damni infecti, quod quidem vitium ejus esse dicitur.*

Ad §. Si is, *qui unas ædes habebat, stipulatus fuerit, deinde vicinas comparavit, an earum quoque nomine, quas post interpositam stipulationem comparasset, promissorem obligaret, quæsitum est? Julianus scribit videndum, ne earum duntaxat nomine cautum habeat, de quibus inter eum, & promissorem initio actum fuerit. Cui consequens videri posse, ut & cum ædium communium nomine duo socii stipulentur, de eo duntaxat damno caveri videatur, quod in parte ædium cuique socio datum fuerit. Sive ergo redemerit alteram partem quis ex his, sive adjudicata fuerit: non augeri promissionis obligationem. Pomponius relata Juliani scriptura, dicit non se improbare.*

Ad §. Si autem res *aliquas post stipulationem interpositam in domo habere cœperit stipulator, quæ ex ruina vicinarum ædium perierint: agere ex stipulatu potest, licet tunc cum stipularetur, hæ res non fuerint.*

Ad §. Emptor prædii, *si ante traditionem stipulatus sit, cautum habebit de eo damno, quod post traditionem factum erit.*

Ad §. Venditorem *autem ædium priusquam possessionem tradat, stipulari oportet: quia hujus quoque rei culpam præstat.*

Ad §. Sed quid fiet, *si venditor sine culpa stipulari non potuerit, & ob hoc emptor stipulatus fuerit? nonne damnum patitur? an hoc damnum in aliena re acciderit, revolvitur autem ad emptorem, quia actionem ex empto non habet? Sed nihil in hac causa proficit stipulatio, nisi in id, quod post traditionem accidit: quia dum venditoris custodia est, is stipulari debet, omnemque diligentiam emptori præstare, & quod alia actione quæri potest, id in stipulationem damni infecti omnino non deducitur.*

Ad §. Sed si venditor *interposuerit stipulationem: etiam id damnum continebit, quod post traditionem emptori contigerit, quod esse iniquissimum Aristo ait: quoniam si emptor quoque damni infecti stipulatus esset, duobus promissor ejusdem nomine obligaretur: nisi forte id contra se habeat: quia in hoc fit stipulatio quanti ea res erit, ut possit videri nihil interesse jam venditoris stipulatione damni infecti interposita.*

Ad §. Sabini sententia *vera est existimantis, ut, si dum ædificatur, intra diem stipulationi comprehensum, supra parietem meum domus deciderit, eumq; vitiaverit, licet post diem stipulationis paries decidit, possim agere, quia damnum jam tunc acceperim, cum paries vitiosus factus sit: nec quicquam obstare, quominus etiam antequam decidat, agi possit. Et si ita concussus sit paries, ut nulla ratione recipi possit, ideoq; deponendus est, non minoris litem æstimandam, quam si decidisset.*

Ad §. Si vicinas ædes *habemus, & invicem desideremus damni infecti caveri: nihil obstabit, quo minus & ego in tuarum possessionem mittar, & tu in mearum.*

Ad §. Si pupillus *prohibuit iri in possessionem damni infecti: placet in eum non injuste competere hanc in factum actionem.*

Ad §. Si mandatu meo *alius prohibuerit, in me hæc actio competit.*

Ad §. Non solum *autem eum punit prætor, qui in possessione esse, sed etiam eum, qui possidere passus non fuerit: sum alioquin si is, qui jussu prætoris cœperat possidere, & possidendo dominium capere, aut non admissus, aut ejectus inde fuerit, utile interdictum unde vi, vel Publicianam actionem habere potest. Sed si in factum actione egerit, his actionibus experiri non potest, cum prætor id agat, ne damnum faciat actor, non ut in lucro versetur.*

Ad §. Si procurator meus *damni infecti stipulatus sit, causa cognita, mihi ex ea stipulatione actio competit.*

De cautione damni infecti multa extant in *l. 18. eod. t.* quæ est ex eodem libro. Initio ejus legis ostenditur, proposita brevi definitione, quis stipulari possit damni infecti, vel quod idem est, cui caveri damni infecti oporteat. Et in universum, vicino timenti damnum ex ædibus vicini, quæ damnosæ imminent, & desideranti sibi caveri de damno infecto, constat de damno infecto caveri oportere. Sed cui vicino? An cuilibet desideranti sibi caveri? Non utique, sed vel domino ædium, quibus dominus timet, ne quid damni contingat a contiguis & vicinis ædibus: vel inquilino ejus, cui ædes locavit, vel uxori inquilini, vel hospiti, ut *l. 13. §. qui damnum, in fine, h. t.* vel ei, qui jus monumenti habet, nomine ejus monumenti, si vereatur ne damnum monumento contingat ex prædio proximo, ex prædio vicino, *d. l. 13. §. si quis justa*, vel etiam ei, cujus periculo ædes sunt: vel ut ita dicamus, aut etiam non domino, cujus tamen periculo ædes sunt, quarum nomine sibi caveri damni infecti desiderat. Cujus, inquam, periculo ædes illæ sunt, id est, quæ si corruant, ruentibus vicini ædibus, & in eas decidentibus, perituræ ei sunt, veluti fructuario, vel superficiario, quibus peribit jus ususfructus, vel jus superficiorum, si ædificium corruat. Et ideo etiam usufructuario, & superficiario de damno infecto caveri oportet, *l. 7. §. 1. usufr. l. 5. §. ul. l. 39. §. damni, & l. 13. §. superficiarium, h. t.* Ubi id hodie constare ait, & usufructuario, & superficiario caveri oportere de damno, quod futurum est, quodve futurum extimescit. Id, inquam, hodie constare, quasi scilicet soli domino olim competierit stipulatio damni infecti. Sicut & in *l. tutor, §. ul. de pign. act.* dicitur, hodie superficiario dari utilem actionem in rem vindicandi superficii, quæ scilicet olim dabatur soli domino. Æquissimum etiam refragante Marcello Ulpianus esse arbitratur, ut creditori pigneratitio, qui pignus tenet, caveatur damni infecti, *l. 11. in fine, h. t.* Sed non etiam bonæ fidei possessori, licet possideat animo domini, opinione domini, bonæ fidei possessori inutiliter cavetur damni infecti, *d. l. 11. & d. §. superficiarium*. Atque ita licet bonæ fidei possessor jure exigatur cautionem damni infecti, licet bonæ fidei possessor postulantibus vicinis cavere debeat damni infecti, *d. l. 13. in princ.* non tamen etiam ei cavendum est cautione eadem: non quicunque cavere debet damni infecti, & ei quoque utiliter cavetur. Et ratio differentiæ harum personarum inter se hæc est, quia fructuarius primum vindicationem ususfructus, qui pars dominii est, etiam adversus dominum habet: hoc est certissimum. Superficiarius quoque vindicationem, sive utilem in rem actionem etiam adversus dominum habet, *l. 1. §. his autem, de superfic.* Et creditor pigneratitius sive hypothecarius, similiter adversus dominum actione hypothecaria agere potest, quæ est actio in rem. Bonæ autem fidei possessor adversus dominum in rem agere non potest, *l. ult. de Publ. in rem act.* Quia nullum in re jus habet. Bona fides non est pro jure. Igitur bonæ fidei possessore potior dominus est: His autem, id est, fructuario, superficiario, creditore hypothecario dominus potior non est. Et merito igitur illi quasi quidam domini esse censentur, & quasi domini recte postulant sibi caveri damni infecti, non etiam bonæ fidei possessor. Emptori etiam ædium non cavetur de damno, quod ante traditionem ædium datum, factumve erit, quod explicabo latius in *§. emptor, inf. hic*. De ædibus autem hactenus loquuti sumus exempli tantum gratia: nam & in agris huic stipulationi, sive cautioni locus est, si quid arborum, locive vitio acciderit, *l. 24. §. item apud, sup. & l. 38. §. 1. h. t.* Hæc vero sunt, quæ pertinent ad initium hujus legis, ad hæc verba scilicet, *damni infecti stipulatio competit*, id est, is potest stipulari damni infecti, non tantum, cujus in bonis res est, qui dominus rei est, cujus nomine desiderat sibi caveri de damno futuro, sed etiam cujus periculo ea res est. Quæ verba satis explicata sunt.

Ad *§. Sed quod*. Sequitur in *§. 1. sed quod opere facto*: quæ verba valde obscura videntur. Verum eorum sensus hic proculdubio est: Stipulari quidem, quod initio dixi, de damno infecto posse non tantum eum, cujus in bonis res est, cujus nomine stipulatio interponitur, sed etiam eum, cujus periculo ea res est. Sed, ut subjicit, non teneri tantum ei promissorem ex stipulatione, heredemve ejus, si in prædio ejus bona fide uti oportet, opus aliquod fecerit, idque usuceperit, id est, ex sua promissione non præstare damnum, quod stipulatori usucapio attulerit. Usucapio conjuncta est semper cum damno alterius, *l. 18. & 19. ex quibus caus. major. in integ.* Sed id genus damni non venit, aut non deducitur in stipulationem damni infecti, quia usucapio jure publico introducta est ex 12. tabulis, & bono communi, bono publico, ut ait *l. 1. de usurpat. & usucap.* Et quod bono publico introductum est, prope est, ut nemini damnosum esse videatur, bona fide interveniente, *l. si quis fundum, de adquir. poss.* Et ut est in regula juris, *non videtur damnum dare, injuriamve facere, qui jure publico utitur*. Ergo quod usucapione promissor damni infecti in prædio vicini consecutus fuerit, eo nomine ex stipulatu non tenetur, quia id jure publico consecutus est, non loci, vel operis sui vitio, quod solum venit in stipulationem damni infecti. Et ita perspicue Basilicôn auctores hunc locum interpretati sunt. Adferam verba ipsa: *εἰ δὲ ποιήσας ἔργον ὁ ἐπερωτηθεὶς ἐδέσποσεν αὐτοῦ, οὐκ ἐνέχεται τούτου ἕνεκα*, id est, *si is qui promisit damni infecti, operis a se facti dominium ceperit, quod est usuceperit, eo nomine non tenetur*. Sequitur *§. ei cujus*.

Ad *§. ei cujus*. Quod diximus, fructuario caveri damni infecti verum est, si desideret sibi caveri de ruina ædium vicinarum, fructuariis ædibus, quæ alterius sunt: non etiam si desideret caveri sibi a domino proprietatis, de ruina aut vitio earundem ipsarum ædium, quarum usumfructum habet, etiamsi fructuarius alias ædes in vicinia proprias habeat, quarum nomine, sive propter quas desideret sibi caveri a domino fructuariarum ædium, neque enim dominus ei cavere ea de re cogitur, quia refectio ædium fructuariarum ad fructuarium ipsum pertinet, *l. 20. inf. h. t.* Ibi Florentini perperam, *non pertinet*. Nam proculdubio est, pertinere refectiones necessarias, atque etiam voluptarias ad fructuarium, quod & hic *§. ei cujus* ostendit, & *l. 7. §. quoniam, & l. ult. de usufr.* Refectio, inquam, ad fructuarium pertinet. Alioquin corruente re fru-

fructuaria, aut fuum amittitur eſt, uſusfructus amittitur A per renuntiationem, ut ſuperiùs. A reſectio, inquam, pertinet ad fructuarium, nisi paratus ſit deteriùs opere ultimo fructum. *l. 64. de uſufr.* Sed ſi velit uti frui, æquum eſt, ut & onus reſectionis ſuſtineat, quia fructu curatur. Idque etiam continetur ſtipulatione fructuaria his verbis: *boni viri arbitratu ſe uſurum fruiturum*, tanquam re ſua fruiturus, & reſectionem ſuſturum. Nam, ut Paulus ait hoc loco, qui boni viri arbitratu uti debet, ſubeundo quoque poteſtatem conſequitur, nec poteſt prohiberi quo minus reficiat. *d. l. 7. §. ult. de uſufr.* Sicut nec aram prohiberi poteſt, aut colere. Quidnam & cuja poteſt ex ſtipulatione fructuaria ad reſectionem, vel ad culturam. Itaque, qui boni viri arbitratu uti frui debet, reficiendi quoque non poteſtatem tantum, ſed etiam neceſſitatem habet. Quæ ratio efficit, ut non poſſit fructuarius de vitio, aut ruina ædium, quarum uſumfructum habet, cautionem damni infecti deferente a domino proprietario, ſibi caveri, quoque, quod notandum, cum quoque cautionem propretarius a fructuario deſiderare non poteſt: fructuarius domino proprietario caveri non debet, quia ædium, quarum uſumfructum habet, ſi forte dominus proprietarius alias ædes vicinas habet, ex eſſi potendus caſus, in quas vereatur, ne decidant ædes uſufructuarias. Nec eſt quod ait Paulus: *Ergo nec proprietarius audiri debet, ſi velit ſibi caveri a fructuario ædium nomine, quæ vicinas fructuario habet:* Sed interpretatur eſt ita debere hoc verbum, *ædium nomine, quæ vicinas fructuario habeat*. Perperam quoque in aliis, *ædium nomine, quæ vicinas fructuarius habebat*. Utraque lectio eſt in Florentino, utraque rejicienda. Scribe pro *fructuario*, vel *fructuarius*, *fructuarius ædibus* relictis, hoc eſt perficiuntur verum. Legito igitur in hunc modum: *Ergo nec proprietarius audiri debet, ſi velit ſibi caveri a fructuario ædium nomine, quæ vicinas fructuarius habeat:* Quod verò it, *ergo nec proprietarius*, ea eſt cohærentia, qua ratione proximè ſuperiùs, *ergo fructuarius non caveri*, ut ante dixi, eadem quoque ratione nec fructuarium cavere proprietario nomine fructuarium ædium, quas fructuarius habet. Proprietarium permittere ſtipulatione fructuaria, ad quam etiam compellere poteſt ex ea ſtipulatione, qua proprietario cautum eſt ſatis, ut non ſit neceſſaria cautio damni infecti. Nemo debet onerari ſupervacua cautione, *l. hæc ſtipulatio. 19 de pact. nemo onerari. 20.* Et in hac hujus ſubtentidior, longe aliam eſſe rationem inquilini, cui ſolliet dominus ædes ſuas locavit. Nam ſi inquilinus vicinas ædes proprias habeat, dominus conductorem ædium ei cavere debet de ruina, aut vitio ædium conductarum, propter ædes inquilini proprias, id eſt, nomine ædium inquilini proprisarum, quas earum noſtine ei caurum non eſt, non etiam propter ipſis ædes conductas locator caveri inquilino debet. *l. 13. §. ult. d. l.* Et erat in *l. 19. pact.* quia ab inquilino vitioſas conduxit, aut ruinoſas, aut male materiatas, & habet igitur quod ſibi impunet. Ac ſi poſſes ædes in vitium inclinare, ex conductione eas propter ruinam perſuaſi, ut eas reficiat, ut ſalcjat: nam reſectio ad locatorem pertinet, non ad conductorem, *l. ex conductio. 19 principio, locator*. Ad hæc notandum eſt, quod ſuperiùs dixi, & hoc ſtatuarium, quam vis locum non habeat cautio damni infecti de ruina ædium fructuariarum, ut diximus ſupra, locum tamen habere alia de re, quæ ad ruinam pertinet: fructuario caveri debere de vitio ſoli, & fructuarium propietario de vitio operis, quod ædificat forte. Et ita eſt profectum in *l. 20.* Verum, ut mos obſervetur, in §. *ex quo in conductio.*

A *D. Sit qui in conſ.* Superficiarius etiam, qui in ſolo conducto poſſit ædificare, his verbis in hoc §. ſignificant ſuperficiarium. Superficiarius eſt, qui in ſolo conducto poſſit ædificium ſub penſione certa, quæ *ſolarium* dicitur in jure noſtro. Et huic quoque ſuperficiario dominus caveri de vitio ſoli & tecti ſuperficiarius domino caveri de vitio ædificii five ſuperficii: quia, ut eleganter Paulus declarat in hoc §. ſuæ quoque ædificii pene ratione utitur in ſpecie *legis ſi fundus, ſi quis mancipandum cavent. lib. 40.* quo, inquam, eſt eo nomine ſuperficiarius, & dominus invicem habent actiones ex conducto & locato, plenius tamen eſt cautio damni infecti, qui in eam venit quodcunque vitium ſoli vel operis. In actione autem ex locato & conducto venit tantum, quod caſus eorum contingerit, non quodcunque vitium. Quia igitur plenior eſt cautio damni infecti, etiamſi alias ſuppetant actiones, quæ non adeo pingues & plenæ ſint, & ſuperficiario dominus caveri debet de vitio ſoli: & vice mutata ſuperficiarius domino de vitio operis five ædificii, quod ſolo impoſuit.

A *D. Si te qui.* Ut reſto ordine perſequar cetera, quæ ſunt in *d. l. 18.* de *damno infecto*, in §. *ſi te qui vias*, ex Iuliano & Pomponio offenditur, cum, qui vicinas ædes habeat, ſi earum nomine ſtipulatus ſuerit de damno infecto, quod ex proximis ædibus L. Titii futurum vereatur, & poſtea alias ædes comparaverit, non ades L. Titii, ſed alias ædes vicinas ædium nomine, quarum interpoſitus ſuerat, futuro, non pertigit ad ædes poſtea comparatas, quia de his non eſt actum inter ſtipulatorem & promiſſorem, ſicut ſi ædium nomine ædium nomine duo locis de damno infecto ſtipulati fuerint, pro eo ſolicet quipſe parte, qua ædium dominus eſt, & eorum aliquis poſtea alterum partem redimerit, ut eorum ſolus ſi alterè pro eorum aliena poſſeſſione dicenta fuerit judicio communi dividundo, ſtipulatio ad eam tantum partem pertinet, pro qua quiſque dominus ædium fuit tempore interpoſitæ ſtipulationis, non etiam ad partem poſtea quæſitam: nec enim videtur quiſquam ſibi proſpicere cautionem eius rei nomine, quæ neque in bonis, neque in ſpe habet. Et ſi quis nec poſſit, nec res, nec jus ſuis ſuæ intelligitur. Aliter quam (hæc eſt una exceptio) ſi poſſeſſo pars ſoli ex acceſſerit jure accreſcendi, cujus jure quis pro rata ejus ſuæ intelligitur. *Quæ vendit. 80. Aquil.* Quod & ipſe jure probavi in *l. 17. ut legat. nomine cav.* Eo quod ibi proponitur de cautione legatorum, protecta etiam ad cautionem damni infecti. Aliter etiam ſtatuo, ſi ædium nomine ædes, quæ ſunt certæ, nomine ſtipulatio damni infecti interpoſita eſt, exuſtæ, & aliæ deinde eodem loco reſtituta ſunt: Non prior illa ſtipulatio pertinet etiam ad ædes reſtitutas, quia nec vicinitas alias ædes eſſe, quæ reſtituta ſunt, cum area ſive ſolum, quo pars ædium maxima eſt, permanſerit (ſemper eadem enim creditur, quæ ſuperficies ſequitur, *Lapis res*, *Sabin. ſolum. l. domo, de pignorat. act. l. Paulus, §. pen. de pignor.* Aliud tamen Fulpidio judicium eſt, ſed pergunt inſirmum. Nec enim videtur Paulus hoc loco (ſi pergas ad certa capetio) ſi quas cum ædium ſuarum nomine ſtipulatus eſſet damni infecti, qui & earum rerum nomine ſtipulatus eſſe intelligitur, qui ædium, quæ in ædificio, quod ædificatum interpoſitum, in eas ædes res quaſtam mobiles inuleriri, quæ tempore interpoſitæ ſtipulationis ibi non erant, eas quoque res ſtipulatio tenere. *l. 8. §. ult. de pignor. act.* Nam, qui ædium appellatione etiam ea continentur, quæ quandoque in eas invehi vel illata fuerint. Itaque, ſi quæ poſtea illata ſint, ea non videntur vicinorum periculo pertinere, neque corrupta fuerint, quarti ex res eſt, ſtipulatio committitur. Et ita taberna negotiatoria appellatione continentur etiam merces quandoque in eam illatæ: quod ut taberna pignori obligata, merces etiam poſtea à debitore, priuſquam vita decederet, in eam illatæ pignori eſſe creditur. *l. pen. de pignor.* Et nihil eſt præterea, quod pertinet ad hunc §. Sequitur §. *emptor.*

A *D. Emptor.* Hunc §. gloſſa prima nullo modo intellexit, ut, opinor, omnes intelligerunt. Itaque nec primam arbitror eſſe Accurſii. Scieadum eſt, emptionem venditionem contrahi & perfici nudo conſenſu, nuda voluntate, ſitan atque convenit de re certa, certoque pretio, etiamſi res nondum tradita ſit, aut pretium numeratum, & hoc præcipue diſtare emptionem venditionem a permutatione. *l. 1. de contrab. empt.* emptionem, inquam, quæ pure contrahitur, perfici nudo conſenſu, imperi autem traditione & numeratione, ut nuptiæ perficiuntur nuda voluntate, impletur conſuetudine, id eſt, *traditio*. Sed hoc ipſum, quod

dicimus impleri emptionem venditionem etiam perfici eſt, ut in *l. contractus. C. de fid. inſtrum.* Et quidem multo magis, quæ negotia adimpleria, id eſt, executio obligationis empti venditi, ſumma contractus perfectio & adoptio eſt. Nudus conſenſus parit obligationem. Huic eſt proxima, quæ contractui additur perfectio. Traditio autem exequitur obligationem, qua res venditæ dominum, aut ulla expoſitio occaſionem prebet emptori: hæc eſt ſuprema perfectio & contractus conſummatio. Poſt contractum autem nudo conſenſu emptionem venditionem, ut res erit ad *l. 11. §. Aregii. quod vi aut clam*, periculum rei venditæ ſpectat ad emptorem, non expectata traditione, quod, ut quidam *leviter* in C. Th. toto jure autem eſt & verſimilium, ſub hoc modo tamen, quod notandum, ſi ante traditionem cuſtodiam, & diligentiam venditor in ſervanda re venditæ eatem præſtitiſſet, quam bonus pater familias ſuis rebus adhibet, ſi *te vendere a fant fon dem*, ante traditionem, *Lucius quo de fant. quod fapp. ſub fit. ex. de eſt. emp.* Nam ſi in ſervanda re venditæ, interim, ante traditionem fefellit, venditor defectus fuerit, periculum fere damnum quodcunque contingeret, ad ipſum pertinet, non ad emptorem. Eam autem cuſtodiæ, & diligentiæ eſt, ſi verbi gratia, ædibus venditis vicinæ ædes ruinoſæ imminerent, interim ante traditionem damni infecti ſtipulationem interponit. Et ſi ædes ruinoſæ corruerint, & hanc ſtipulationem non interponerit, culpæ nomine emptori tenetur ædium ex empto, *l. venditor, de actis. emp.* Quid ergo? an ſolius venditoris eſt, ante traditionem ſtipulari de damno infecto, an non etiam emptor ante traditionem eadem ſibi cautione proſpicere poteſt? Sic videtur. Verum, ut mihi hujus ſi. odiosa res, ex cautio, quam emptor interpoſuerit ante traditionem, id ad duntaxat damnum emptoris utile eſt, quod poſt traditionem, id eſt, poſt adquiſitam rei empte dominium contingeret: Nam de damno, quod ante traditionem contigerit, ſatis emptori cautum eſt ultro ex empto, quam habet adverſus venditorem culpæ nomine, negligentiæ nomine. Quæ cautio ante traditionem interpoſita ſtipulatione damni infecti, ſtipulatio damni infecti proteria eſt, nullique ſtipulatio proteria ſuperveniens interimit. Et hæc eſt ratio Pomponii. Quæ verba Pauli ſic ordinanda ſunt, *ſi venditor ſibi cafu ædes ruinoſas ſtipulatus eſt, & ſatis dederit in Florentinis obſcurius ordo verborum*) *quid igitur ſiet, inquit, ſi venditor ſibi cafu ſtipulari non potuerit, quia ſi fine culpa ſtipulatus eſſet, damni infecti emptor nomine?* Hoc eſt, ſi quo caſu cuſtodia rei venditæ ad venditorem non pertinet, ut puta, ſi ante traditionem venditor emptorem in venditi ædibus precario manere permiſerit, retenta adhuc pote & poſſeſſione ædium, denique emptori ipſe peregre abſentanus cuſtodiam adhuc tradiderit, committit. Qui caſus proponitur in *l. 11. §. Aregii. quod vi aut clam*, *patet*, tecte gloſſa de venditore accipit, & Baſilica quoque, *in ſubitis ita eſt, ἀπὸ γὰρ τοῦ πράγματος ὁ κίνδυνος τοῦ πωλητοῦ ἐστι*. Et ſi ædes venditæ vicinorum ruinoſæ corruerint emptore ſtipulationem damni infecti, ceſſante venditore, & ædes emptoris ſtipulatus fuerit damni infecti, hoc nempe caſu, ſi dicamus, damnum ſtipulatione non interpoſita interpretatur, id duntaxat damnum contineri, quod poſt traditionem contigit, ut initio diximus, eveniet, ut damno forte contingente ante traditionem, id damnum patiatur emptor: ſi quidem verum eſt de eo damno nihil emptori cautum eſſe. Illo ergo admiſſo, quod dictum eſt initio: *nemo, inquit, damnum emptor?* quod facilius Paulus exiſtimat eſſe iniquum, ſi videlicet dicamus, hoc caſu etiam per ſtipulationem, quam interpoſuit emptor ſimpliciter, ut ſteri ſolet, non eſſe cautum etiam de damno, quod contigit ante traditionem. An vero, ut ſubiicit, quod effidem idem eſt, hoc damnum in aliena re accidit, id eſt, in re venditi, cum utique ante traditionem venditor dominus eſt, non emptor, revolvitur autem & redundat in emptorem, propterea quod ex empto non venditore, a quo in promptu eſt, damnum cujus abeſt, agere eo nomine non poteſt, quod non interpoſuerit ſtipulationem damni infecti: *nemo igitur damnum patitur emptor?* Quod ſimiliter eſſe videtur, ſi dicamus, ſi dicamus, ei non eſſe cautum per ſtipulationem, quam ſimpliciter interpoſuit. In utroque caſu ſane poſſi, ſive ante traditionem, damnum contingat, an non a venditore revolvitur ſicium omne damnum ad emptorem: propterea quod regreſſum non habet adverſus venditorem? quod quidem, etiamſi Paulus non exprimat, iniquum eſt dicere. Et ideo ne in damno tantum emptor, dicemus hoc caſu ſtipulationem ſimpliciter ab emptore interpoſitam, etiam ei proficere, etiam in id damnum, quod ante traditionem accidit & contigit. Et ita Paulus ſenſit proculdubio. Ceterum hoc caſu excepto, ut fabricit Paulus, nihil in hac cauſa proficit ſtipulatio emptoris de damno infecti, id eſt, in quo poſt traditionem caſurus eſſet. *Nec cauſio, dicit, id eſt, in* eſtimate generali proprietis inquit, qua regularitet venditor ante traditionem ædium ſuarum ſtipulatus eſſet damni infecti, ſi diligentiam præſtare debet. Quod & ſequentia Pauli verba perſuadent: *Quia dum venditores cuſtodia eſt, ſi ſtipulari debet, ne emptor ſtipulatione emptoris proficere.* Ideo, inquit, nihil in hac cauſa proficit emptori ſtipulatio, quam interpoſuit, qua dum venditoris cuſtodia eſt, is ſtipulari debet, non emptor, ceterumque diligentiam emptori præſtare, *ſi venditor, de act. emp.* Et quod emptor ædium ex empto conſequi a venditore poteſt, quod fuerit negligens in exigendis cautionem damni infecti, & generaliter quidquam aliis actionem quarti poteſt, quam actione damni infecti, ut in ipſis eſtenſi. *l. ex reſcr.* & in *l. 13. §. de uſu. & r. Quod* emptor, inquam, *ſibi*. Ultimo quarti pars eſt, ſi emptor cautionem damni infecti omnino non deduxerit. Unde hac in re poſſet videri differentia eſſe aliqua inter emptorem & venditorem, ſi quidem ſufficiet emptoris ſtipulatio, damni tantum cuſtodia res incumbit ante traditionem, ut nanum damnum contineat, quod poſt traditionem contigit, non quod contigit ante traditionem. Quorum venditor tantum ſatio utrumque continet, quod ante, quodve poſt traditionem contingit. Quod tamen, ut Paulus docet, Aniliis inæquiſſimum eſt, ſi quidem ſi & emptori, & venditori damnum virtualiter ædium promiſſor damni infecti, & damnum contingat poſt traditionem, nempe inſiquiſſimum eſſe aciem, ut tradenti damnum nomine promiſſor damni in ſolidum obligaretur, emptori & venditori, & quidem in ſolidum, ita ut in duobus in ſolidum exiſterent, quod nec in duobus eſſe poſſe, ut in ſolidum ſit ſtipulandi partitur. Nec quæ enim utrique ejuſdem pecuniæ exactio competit, ſed exactio unius debitorem liberat ab utroque, *l. de duob. reus, l. ſi reus. §. ſi unus. de fid.* quod hic plaſis non adverto. Nemo jure exigere idem a duobus poteſt ſeparatim, *l. pen. ſolutum. comp. flab.* Et ita quoque unus duobus ſeparatim idem ſolvere compellitur. Et Proculo Ariſtoni miſtum eſt. Concludit autem Paulus hic, ſtipulatione damni infecti ab utroque interpoſita: emptore feliciter & venditore, ex ſtipulatu emptoris ſolum ſe experiri de eo damno, quod, quod poſt traditionem damnum fabtumve erit, venditorem vero ex ſtipulatu non utiliter, ſed efficiatore de eo tantum damno experiri, quod ante traditionem, non etiam de eo, quod poſt traditionem contigerit: optima ratione, quia hoc ſtipulatio ſtipulatio emptoris id quod intereſt, id eſt, quanti ea res eſt, concludit, & poſt traditionem nihil venditoris intereſt in ea re damnum non fieri, quæ ſua eſſe deſiit. Et hoc eſt, quod ait Paulus in fine hujus §. *nihil fere id autem ſi ſtipulatio ſtipulatio ſtipulatio* diſtinctio inter emptorem & venditorem aliter ſe habeat: *Quia*, inquit, *in hoc ſit hanc ſtipulatio, ut ea conſipiat, quanti ea res eſt*, id eſt, quanti ſtipulatoris intereſt poſt traditionem meritis poſſit videri, nihil venditoris intereſſe, quia ædium damnum ſe non pertinuit deſiit eſſe damnum. Itaque ſola emptoris ſtipulatio adverſus promiſſorem efficax eſt: venditoris, ineffica: hoc articulo *nihil*, ut reſte ſenſit gloſſa, Paulus ſtipulatio ſe, auſtuarefve ſuperiore differentiæ, ut in *l. ſolum. de præſcriptis. l. ſi mihi partis legat. 3.* & ſit ſenſus, *nihil ſi forte*, ut & Ariſtoteli ſapientiæ magiſtro, & omnibus jurisprudentibus ſcribere amicum & familiare eſt: ergo forte. *ἀλλὰ δὴ τι, τὸ κτησόμενον ἐστὶ ἀφθαρσίας ἕξι. Sed*

ne quid omittamus, ſi venditor ſolus damni infecti ſtipulatus ſit, non emptor, duo eriunt nihil venditoris intereſt poſt traditionem, vel non fieri rem, utilem ſtipulationem eſſe, ut dicimus, quæ ex ea competit, cedat emptori, ut & quamcunque aliam actionem quæſtum antea traditionem venditor emptori cedere debet. Et adjungam igitur damni infecti, ut & de ea nominatim prodictum eſt in *l. ſi ſolarium, ſ. ſi tradibus, de act. emp.* Ergo verbis quoque ſtipulationis damni infecti, quæcunque ſint, *ſive juris ſucceſſor contineatur, ut conſtat ex l. 24. ſ. ſi ſervitus vindicetur, h. l.* Res omnis jure explicata eſt. Sed ex illa differentia inter emptorem & ſuccedentem aliquatenus uſus eſt, ut docui, maxime, ſi ſolus venditor ſtipulatus ſit, illud liquet, quam ſit falſum, quod vulgo Doctores generaliter ſtatuunt, *relatorium nomen ſtipulationem*, puta eandem rationem eſſe emptoris & venditoris, quo ſolo commento feci, beneficium, quod ſoli venditori jura dederint quodammodo refundendum in emptorem, ſi nec dimidia pars ſuiti preſti ſoluta ſit, illi audent dare etiam emptori. Poſſim eadem ratione ſtatuere exemplo emptoris, qui nummos cogitur ſolvere venditori, & venditorem cogi rem ſuæ emptoris. Quod tamen eſt falſum, *l. 2. de rer. permut.* Poſſim quoque eodem modo, exemplo venditoris, a quo exceptio rei ſuæ traditæ & non ſolutæ pretii petitur, ſtatuere, & ab emptore exceptionem rei judicatæ tranſire ad venditorem, quod etiam falſum eſt, *l. 9. ſolut. de exceptione rei judic.* Cæterum quæ ſint differentiæ emptoris & eadem ratio, imo ſæpe longe diſpar, diſtans, & diverſa.

A *D ſ. Salvio.* In ſtipulatione damni infecti arbitrio prætoris dies certus præfiniri ſolet, intra quem, ſi damnum acciderit ex ruina aut vitio vicinarum ædium, ſtipulatio committatur, *l. 4. in princ. ſ. ſi ſervitus vindicetur, h. l.* Et vero committitur hæc ſtipulatio, non tantum, ſi ex ruina ædium promiſſoris ædes ſtipulantis, pariete aliquo ædium ſtipulatoris contuſo, damnum ſit ſtipulatione comprehenſum, fed etiam, ſi intra eum diem fortè dum promiſſor in ſuo ædificat, ſupra pariem ſtipulatoris, vel ſuper promiſſoris decidentia, ædificia, vel ædificia convictum facere dicuntur, ut in illa inſcriptione Veronenſi, *convictum reficiendum, pariete ſuperiore ruto.* Aqui autem poteſt ſtatim atque vicinus pariet, etiamſi non ſuperet ſtipulationis præfinitus, *l. ſi provocatur, in fine, rem ratam haberi.* Et etiam antequam deciderit paries, nec imminia ædificii, etiamſi poſt diem ſtipulationis competentem deciderit, quia intra eum diem fingitur decidiſſe, eo ipſo nomen ſolvet; quo pariet vitium contexit. Sicut qui mortifere vulneratus eſt, ſi poſtea ex vulnere perierit, eo tempore intelligitur occiſus, quo vulneratus eſt, *l. hunc ſingulum, ſ. ſed an lex. Aquil.* Qua de re, quantumvis liber facilium & certiſſima, Doctores noſtri ſæpe multa, ut ſolent, in re facili ſpe multi: in difficili, mus. Et id quidem omne ex Sabino in hoc ſ. proponitur. At præterea ex eodem Sabino, ſi cæmtibus vicinis adhibitus, ſi ruina collapſis, parte ſuperiore ita concuſſa fuerit, ut vitium illud tecti nulla ratione poſſit, & omnino neceſſe ſit parietem demoliri, ſtatim petitæ aequæ partes deciſidit, qui ex ſtipulatu poſſit, nec minoris litem æſtimari, quam ſi decidiſſet. Recte *ſi perfici nolit a vicino poſſit.* Nam ſi reſtiti poſſit, ædificia *adhuc ſtare*, ut ea, de fulgidum notat hoc loco. Legendum autem eſt *ſi reſtiti non ſit* in Florentinis (*reſtiti*) Sequitur in *ſ. ſeq.*

A *D ſ. ſi vicinus, & ſeqq.* Nonnunquam de damno infecto inter vicinos mutuam ſtipulationem interponi

AD *§. Per servum*. Explicemus etiam *§. per servum*: sed hunc duntaxat, in quo quæritur, an per servum nostrum, qui est in fuga, nobis possessio adquiratur, videlicet, si quam adquirat sibi, vel nobis nominatim, vel etiam si adquirat impersonaliter? Nerva filius, ut hic refert, dicebat, non adquiri. Nec obstare, quod receptum est jure singulari, utilitatis causa, ne fuga servi domino damnosa fiat, ne sit in potestate servi, dando se in fugam dominum intervertere possessione sui. Hac de causa receptum, ut quandiu servus fugitivus non possidetur ab alio, interim possideatur a domino & usucapiatur, id est, ut fuga rite cœptam usucapionem non interrumpat, ut *l. servi, §. ult. de furt. l.13. in princ. hoc t.* Nihil igitur hoc obstare, quia singularis est hic casus. Quo exemplo, si qua nobis objiciuntur similia, respondere licet. Hoc casu excepto Nerva ait, per servum, qui est in fuga, nobis non adquiri possessionem, & movetur hac ratione, aut arbitror eum motum fuisse hac ratione, quia servus, qui est in fuga, etsi ab alio nondum possideatur, non intelligitur a domino possideri, cujus manum & potestatem evasit, quia non possidetur a domino, ergo nec domino possidere potest. Ita Nerva ratiocinabatur. Verum aliud judicium est Cassio & Juliano, quorum sententia obtinuit etiam hoc admisso, hoc concesso, quod Nervam movit, servum, qui est in fuga non possideri a domino, per eum tamen possessionem domino adquiri, ut *l. si qui, §. ult. de liber. caus.* Nec novum esse, ut possideamus per eum, quem non possidemus, cum & per eos, quos in provinciam longe ablegavimus, & transmisimus, quodammodo non possideamus, tamen per eos possideamus, qua comparatione & hic §. utitur. Unde & illo concesso, servum, qui est in fuga non possideri a domino, non absurde dicam, per eum tamen possidere dominum, quod interim paraverit dum est in fuga, dumque ab alio non possidetur, & dum se pro libero gerit, credens se esse liberum, paratusque sit pro sua libertate litigare, ut *l. per eum, in 2. parte inf. hoc tit. l.15. §. si servus, tit. seq.* Quia ut iterum hoc inculcem, & si servus, qui est in fuga, desierit a domino possideri, tamen quod ad usucapionem tantum attinet, semper ejus possessio animo retineri videtur. Ad usucapionem, inquit, *l. servi, §. ult. de furt.* id est, ad usucapionem ejus servi, si impleta non fuerit ante fugam, & ad usucapionem earum rerum, quas interim adquisierit. Et ad hoc etiam pertinet *l.15. inf. & l.12. §. Julianus tamen, de usufr.* Qua ratione, & in numerum servorum, qui propter legem Caniniam inventus est, Paulus 4. *sent. tit. ult.* ait, servos fugitivos computari, quia vel ad usucapionem possideri intelliguntur. Quod etiam *l. si servus, de Public. in rem act.* confirmat, quæ cum dicit, servo, qui est in fuga re tradita a non domino, ejus rei nomine, si postea pervenerit ad alium, domino competere actionem Public. quæ actio non datur, nisi de re, quam quis possederit, & usucapere non potuit, plane significat dominum eam rem possidendo usucapere, licet possessionem ejus rei, per eum corporaliter nactus nunquam fuerit. Itaque quod ad usucapionem ipsius servi, qui est in fuga, nondum impletam scilicet, & quod ad usucapionem attinet rerum, quas interim adquirit, intelligitur interim a domino possideri, vel animo possideri in hoc, ut possessio ad usucapionem proficiat, & conducat, & ipsius, & rerum ab ipso adquisitarum.

AD *§. Per servum corporaliter*. In quo ostenditur, servum reipsa pignori creditori datum, non nuda conventione, neque debitori possidere, neque creditori: vel quod idem est, per eum servum neque debitorem possessionem adquirere, neque creditorem: debitorem per eum possessionem non adquirere, quia ubi cessit possessione creditori, protinus amisit possess. nec videtur servum pignori datum possidere, nisi jure singulari, ad implendam usucapionem servi, forte cœptam antequam eum pignori daret, *l. servi nomine, titul. seq. l. qui pignoris, inf. hoc tit.* quia utilitate suadente receptum est, ut pigneratione non interrumpatur usucapio, quæ rite inchoata est. Denique ut impleatur post pignerationem, perinde atque si servum non desiisset possidere: hac causa excepta, debitor, quia servum pignori datum non possidet, eo quod possessione creditori cessit, nec possessionem per eum potest adquirere. Possidere quidem possumus, aut possessionem adquirere per eum, quem non possidemus, ut per filiumfamil. per procuratorem, tutorem, curatorem, per servum fructuarium, ut diximus modo in *§. per eum*, & per eum, qui de libertate litigat, post ordinatum judicium liberale, ut municipes per servum publicum, quem tamen non possident, *§. ult. inf. hac l.* Sed non ita possidere possumus per eum, qui ab alio possidetur, id est, quem non tantum non ipsi possidemus, sed alius possidet. Et hujusmodi est servus pignori datus. Creditor enim eum possidet naturaliter, ergo debitori per eum adquiri possessio non potest. Dominium tamen recte hoc loco Joannes dixit debitorem adquirere per servum pignori datum, exemplo liberi hominis, & servi alieni bona fide possessi, qui aliunde, quam ex re possessoris, vel ex suis operis dominium adquirit sibi, aut vero domino, non etiam possessionem, vel usucapionem, aut usucapiendi conditionem. Sic igitur statuamus, per servum pignori traditum emptori translata corporali possessione in creditorem, debitorem non possidere, non adquirere possess. Creditorem quoque per servum sibi pignori datum, quamvis eum possideat naturaliter, *l.3. §. ult. ad exhib. l. cum fortis, §. ult.* & *l. debitor, §. ult. de pig. act. l. per servum in prin. sup. tit. prox.* verissimum est, non adquirere possess. Nec igitur debitorem per eum servum adquirere possessionem, qui ab eo desiit possideri, nec possideri fingitur post traditionem pignoris, nisi ad unam causam, id est, ad implendam usucapionem inchoatam ante pignerationem: quia igitur non possidetur a debitore, sed a creditore. Creditorem autem etiam per eum non adquirere possessionem, quia nec dominium ullius rei per eum adquirit ulla ex causa. Id enim agitur in contrahendo pignore, ut nihil per eum servum creditori adquiratur, sed ut is servus tantum sit apud creditorem, veluti pro fide contractus, & restituendi crediti vinculo, *l. legata, §. ult. de supel. leg.* Itaque nec ex operis servi pignori dati creditor quidquam adquirit, sed quod forte ex operis percipit, id imputat in sortem, id minuit sortem, *l.1. C. de pig. act.* vel id imputat in usuras priusquam in sortem, ut ex Cod. Hermog. Papianus refert, *tit. de ablat. pign.* Ex re autem creditoris, quod adquirit servus pignori datus, id ei jure non adquirit, sed domino, id est, debitori, licet non inficior in subsidium ejus, quod ex re sua adquisierit, creditori utilem vindicationem accommodari posse, *arg. l. uxor marito, de don. int. vir. & ux.*

AD *§. Veteres putaverunt*. In quo proponitur vetus hæc juris regula: Per servum hereditarium, vel hereditatem ipsam, id est, jus successionis, nec aliud quidquam, id est, ne rem quidem ullam, quæ ejusdem hereditatis sit, heredem adquirere posse. Et extat hæc etiam regula in *l.18. sup. t. prox.* & in *l.43. de adqu. her.* Et vera est, & in dominio, & in possessione rerum hereditariarum adquirenda, nempe ut neque dominium, neque possessio rerum hereditariarum heredi quæri possit per servum hereditarium, quod indicat *d. l.18. de adqu. rer. dom.* & in *h. t. l. qui absenti, §. ult.* Et prætereа, quod notandum, hæc regula accipienda est de servo hereditario, qui jam ad heredem pervenit jure hereditario, ut indicat eadem *l. qui absenti, §. ult. & §. si ex parte, in hac l.* non de servo jacentis, nec dum aditæ hæreditatis. Sed videamus, quæ sit ratio hujus regulæ. Hæc videtur esse: quia cum per hereditatem, id est, jure hereditario adquiratur servus hereditarius, natura non fert, ut & vicissim per servum hereditarium adquiratur hereditas, vel pars hereditatis, vel id quod ejusdem hereditatis est, neque enim potest aliud alii esse causa, τὸ αὐτὸ πρότερον, eodem scilicet modo, ut in 2. *Physic. cap.3.* Inde quæritur hoc loco, an hæc regula, quæ de servo hereditario tantum loquitur, aut de servis hereditariis, qui ad heredem pervenerunt, longius producenda sit ad servos legatos, vel donatos, vel ære comparatos, an vero per unum servum ceteri adquiri & possideri possint: an pluribus servis legatis, vel emptis, vel donatis per unum eorum ceteri adquiri & possideri possint, quod magis probat Paulus hoc loco. Itaque censet, regulam hanc longius producendam non esse extra suos fines & terminos, per eum scilicet servum, qui ad legatarium, vel emptorem, vel donatarium pervenerit, ut ait nominatim *l. prædia, inf. h. t.* quem postea legatarius, vel emptor, vel donatarius mittat ad possidendos, ceteros possideri posse, ceterorum possessionem adquiri posse, per unum tamen servum hereditarium, qui similiter ad heredem pervenerit, alioquin comparatio nihil valeret, heredem ceterorum servorum, ceterarumque rerum hereditariarum possessionem adquirere non posse, propter rationem supradictam, quæ cessat in servo legato, vel empto, vel donato: quoniam hic titulus singularis est, non universalis, ut titulus hereditatis. At sciendum est per alium tamen servum, qui ad heredem alio jure pervenerit, quam hereditario, rerum hereditariarum possessionem heredem adquirere non prohiberi, sed per servum hereditarium tantum, ut dixi per alium servum non hereditarium res hereditarias possidere potest, ut in *d. l. qui absenti, l. ult.* ostenditur: ut item ostenditur in *§. si ex parte*, qui proxime sequitur. Finge hoc modo: Testator scripsit duos heredes ex æquis partibus, Titium & Cajum, Titio heredi scripto ex parte dimidia servum prælegavit: sic heres servi prælegati partem habet jure hereditario, partem jure legati, quia legatum ei relictum non valet, nisi pro parte coheredis; pro sua parte hereditaria non valet, hoc est certissimum, *l. cum qui, §. ult. de his quib. ut ind. l. in quartam, ad l. Falc.* Servi autem prælegati heres partem habet jure hereditario, partem non jure hereditario, sed jure legati: & propter hanc quidem partem, quam habet jure legati, licet pro altera parte servus hereditarius sit, per eum rei hereditariæ possessionem adquirere potest, quasi per servum legatum, non per servum hereditate relictum. Et similiter, si communis Stichus fuerit, testatoris, & heredis scripti, propter partem, quam heres in eo servo jure suo habet, non hereditario, licet altera ei obvenerit jure hereditario, heres per eum servum fundi, vel rei cujuslibet hereditariæ possessionem adquirere potest, quam non posset adquirere per servum, qui ei totus obvenisset jure hereditario. Et ita liquido est explicata vetus illa regula juris.

AD *§. Hæc quæ de servis*, Quod dictum est de adquirenda mihi possessione per proprios, per communes, per fructuarios, per alienos, aut per liberos homines bona fide possessos, id ita procedere ait, si servi, quos possidere jussi, quos misi ad possidendum meo nomine, apprehendant possessionem, volentes eam mihi adquirere, ut *l. si in errorem, inf. h. t.* Quo casu & ea possessio mihi proficit ad usucapionem, quia possidere jussi, etiamsi eam paraverint extra causam peculiarem. Sed si alieno nomine possessionem apprehendant, si eo animo, inquit, intrent in possessionem, ut nolint eam mihi adquirere, sed potius Titio, eam mihi non adquirunt, quia non fuit eis animus mihi adquirendi. Verum an eam adquirunt Titio: sic videtur, si modo Titio grata & rata fuerit: ratihabitio Titii requiritur, & si liber homo sua sponte rem emerit, & acceperit Titii nomine, sine mandatu Titii, non aliter possessio vel dominium Titio adquiratur, quam si emptionem ratam fecerit, *l. cont. §. ult. sup. h. t. l. si ego, neg. gest.* Quod & hic recte glossa notavit, simul & aliud quod eruit ex *l. qui mihi, de don. & l. per ser. §. ult. sup. tit. prox.*

AD *§. Per procuratorem*. In hoc §. docet, quod jam tradidimus per procuratorem, licet eum non possideamus, quum sit liber homo, & per tutorem similiter infantis etiam, ut *l.3. C. eod. tit. inf.* & per curatorem adolescentis, aut prodigi similiter possessionem adquiri, si nostro nomine eam apprehenderint. Quod utilitatis causa receptum esse, & auctoritate prudentum ait *l.1. C. eod.* Et Paulus etiam noster 5. Sent. tit.2. *Per procuratorem*, inquit, *adquiri posse possessionem utilitatis causa receptum est, expediendorum negotiorum causa*. Et verum est, per procuratorem non tantum possessionem, sed & dominium adquiri etiam ignoranti, quando apprehensa a procuratore possessio fuerit. Verum usucapiendi causam non procedere, vel non adquiri, nisi scienti, quoniam ut ignorantes usucapiant, hoc tantum in rebus peculiaribus receptum est, quod supra exposuimus in *l. si procurator, tit. prox. & l. possessio quoque, §. ult. h. t. l.1. & l.8. C. eod. l.1. C. per quas personas nobis adquir. l. si, emptum, t. seq.* Et vero nihil attinet dicere, per procuratorem, similesve personas non adquiri possessionem, cum nullus alius sit, cui adquiratur, quia nec ipse procurator, cui res traditur, eam rem sibi possidet: quia, inquit, non habet animum possidendi, & possessio sine animo non adquiritur. Is etiam, qui procuratori tradidit rem eam, non possidet, quia possessione cessit. Nullus igitur est, qui possessionem sibi asserere possit. Itaque nihil attinet dicere, eam rem non esse quæsitam mandatori per procuratorem, eam scil. apprehendentem mandatoris nomine. Nam si suo nomine procurator apprehendat possessionem, non domini, sine mandatoris nomine, id est, non ea mente, ut operam duntaxat suam accommodet domino, sed ut rem gerat sibi, sane domino non adquirit possessionem, sed sibi potius, quod in hoc §. proponitur.

AD *§. pen.* Rursus ut subjicitur in §. pen. Si procuratori meo rem, quæ est in præsentia, rem præsentem venditor tradat ex jussu meo, ego per memetipsum videor adquirere possess. rei, quæ est in conspectu meo, non per procurato-

torem meum, quia mihi tradita res videtur. Sicut si de A bitor meus jussu meo pecuniam, quam habet in manu, pecuniam igitur præsenti fidem Titio, mihi solvi non videor. Per interstipulam igitur his casibus adquisitæ videor possessionem, non per Titium, non per procuratorem. Nec ad rem attinet dicere possessionem non adquiri filio nomine, folove corpore, utrisque concurrentibus adhiberi, nam & hoc casu, licet non attingam rem, quam habeo tenui præcariæ nixu, tamen quodammodo animo & animus meus, sed etiam corpore videor adquirere. *Non enim, inquit, corpore & animo necesse est apprehendere possessionem.* Videntur Basilica lenitate nescio quæ fic habere: *Οὐ γὰρ δεῖ σωματικῶς καὶ ἐμπαθῶς ἔχειν, ἀλλὰ τῇ τῆς γνώμης προαιρέσει τὰ ἐκτὸς ἀφορισθῆναι καὶ ἐπὶ τοῦτο.* In adquirendo possessione, inquiunt, non est opus tantum corpore & animo. *Sic, sed adjungo statim non possidere quem animus & affectio.* Et quia oculis, igitur quodammodo corpore nostro. Unde quod plus est, & B non procurantem meo res tradita fit, & nulli nisi meo res traditi fit, & id in meo tantum confectio pulta fit, ut eam mihi habeam & possideram, videor eas rei dominium adquisivisse, *Dominium, de solet, Item columnas, quæ propter magnitudinem facile loco moveri non possunt, flatim tradite mihi videntur, ut in hac* 3. proponitur, si in re præsenti consentiorum, ut pro mihi traditis habeantur, nam & his animus & affectio possessionem adquiro. Vina etiam, quæ funt in cella vinaria, mihi tradita videntur, si cellæ claves mihi tradantur, est vafa vinaria non attigerim, *ut Scævola, & cast. comp. l. 3. C. de per. & comm. rer. vend. l. 1. C. de crim. exp. hæ.* Et ad hæc etiam valde facit *l. 18. § pen. ff.* ubi offendo, ditur, rei empte immobilis me possidere, quamvis ipfi nihil meo vendito tam de quotidiano in domo mea, quam eam nemo necdum attigerit ex nicia: præterea, quod eft de re immobili, fundum mihi videri tradi, & vendere, etiamsi ture omnia, mihi demonstret fundum, eaque poffeffionem fe tradere dicat, nam & hoc modo poffeffionem adquiro, non minus quam fi fundum pedem ingreffus, nempe cui ipfe fundum meum tradiderit meo. Unde in *l. 15. ff.* cum propoſuiſſet initio coacto regulam juris quarundam rerum poffeffionem adquiri folo animo, quod tamen poſſit non videri, ut in mente acervum ſignorum, & venditor eum me tollere paſſerit, ego non tollatur, fed ex colloſum appoſuero, vel etiam fi venditor eum mihi vinum, quod eſt in cella vinaria, & ego vafa vinaria non attigero, fed horreo cuſtodem appoſuero: his modis videtur vinorum, & lignorum poſſeſſio adquiri ſolo animo, quia non attingatur, neque eum cuſtodis appoſitio, attactio eſt earum rerum. Verum concludit, & hanc ipſam corporis traditionem quodammodo eſſe, quia mihi videtur, ut mente corpore cuſtodiam, an alieno *& retrahique*, inquit, in fine, *animi quidam genere poſſeſſio erat affirmanda.* Quæ concluſio non congruit cum ſuperioribus, quæ tamen ſenſibus debet, utrobique corporis quodam genere poſſeſſio erit adhinuda, id eſt, quodammodo etiam videtur adquiri corpore poſſeſſio, non & animo ſolo.

C Ad §. In hoc §. oſtendit, neque municipia, neque municipes, id eſt, cives, neque civitates, neque cives quaſi libet civitatis poſſe, neque poſſe, vel uſucapere, qua incertum corpus eſt: vel ut ait, quia univerſi conſentire non poſſunt, & in adquirenda fui poſſeſſione ſenſu, vel animo, vel quod idem eſt, animo & voluntate opus eſt. Male Florent. *quia sui conſentire non poſſunt*, pro, *quia univerſi*, nam & ſubſingulos Ulpian. *qui heredes ſuſtinet poſſunt*, ſed eo modo ſertipetum eſt, neque municipia, neque municipes heredes inſtitui poſſe, quia univerſi certare hereditatem non poſſunt: & ſimiliter, quia univerſi conſentire non poſſunt in adquirenda poſſeſſionis: ideo municipes per ſe poſſidere nihil poſſunt municipii nomine, & reip. nomine: nec dicas municipes tamen poſſidere forum, & Baſilicam, ut hic proponitur Baſilicam, quæ foro jungi ſolet, ut Virtuvius ſcribit 5. c. 1. ut per hymenem ſe in eam negotiationes ordinent. In ea enim Baſilica venalia proponebantur, *Agoranidis, & item eum quarere tur, de eum & arg.* Judicatorium in ea exercebantur, vel Seneca teſte: *qui ſeminis judicium Baſilicæ refonare ait.* Nam & rem. *Municipes*, inquit, *forum, & Baſilicam his ſimilia*, inquit, *poſſidere poſſunt* perpetuo exoſcia, ut lui theatrum, campum, pentiuabaina non poſſident ullo modo, ſed ita, inquit, *promiſcue utuntur*. Aliud igitur eſt poſſidere, aliud longe uti: quod & initio hujus legis latis luculenter oſtendi. Hæ conſequens eſt, ut eiam municipes, vel municipes ſervos municipium non poſſideant. Qui ratione quidam dicebant, ut per eos municipes, vel municipia poſſeſſionem adquiri per eos municipes, quia municipia adquiſitam voluit, quæ tamen ratio non eſt idonea: nam, ut dixi *ſup. in c.* per eum, *& per* eorum corp. plerique exoſcia, ut hui theatrum, campum, pentiuabaina non poſſidentes, ſed municipes poſſidemus, ut per liberum hominem, qui pro procuratorem, eiorem, curatorem, aut per ſe liberum familiæ, quæ certe non poſſidemus. Et poſſeſſionem adquirimus, ut ex Ulpiano eſtudine in *l. ſed per* meum. Et poſſeſſionem tempus poſſeſſionis, *& uſucapere poſſe*, tamen ſi municipes, vel municipia poſſeſſionem adquirere poſſunt, ſed non poſſidere, vel uſucapere, neque municipes poſſidere, neque uſucapere non poſſunt, poſſidere tamen poſſunt per alios: ſicut infans, aut furioſus, qui per ſe poſſidere, & uſucapere non poſſunt, quia non intelligunt, tamen adquirit per alios. Nec quia non intelligunt, *ut Labeo in ſcr. ſup. Eum, qui ſub nomine alieno ufucapere poteſt, per ſe ferum quidem poſſe.* Quod de pupillo, & furioſo, & municipibus, & municipiis generis dictum eſt, quia non poſſunt, & ſi receptum eſt contra jus, quod facilius quilque negotia ſua expedit, & utilitatis cauſa, *l. Cod. it.* Et hic evenit in poſſeſſione, & jure, ut quod non poſſunt municipes poſſidere, & ſi non poſſunt per ſe, ut poſſidere tamen poſſint per alios: ſicut infans, aut furioſus, qui per ſe poſſidere, & uſucapere non poſſunt, quia non intelligunt, tamen adquirit per alios. Nec quia non intelligunt, *ut Labeo in ſcr. ſup. Eum, qui ſub nomine alieno uſ

apprehendere videtur, propterea quod cujuslibet glebæ pars tertia est: & (ut de anima fertur) ea pars tertia pro indiviso, est tota in toto, & tota in qualibet parte. Utrumque ergo in adquirenda possessione exigimus, corpus & animum. Quod etiam rursus inculcatur in §. *Neratius* his verbis: *Solo animo non posse nos adquirere possessionem, si non antecedat naturalis*, id est, corporalis possessio. Unde ut in hoc §. Paulus tradit, Neratius & Proculus dicebant dissentientes a Sabinianis: si thesaurum scio positum in fundo meo, quem possideo naturaliter, continuo me etiam possidere thesaurum, simul atque possidendi thesauri animum habuero, quia & si fundum teneam, non thesaurum, quod deest ipsius fundi naturali possessioni: deest autem possessio thesauri, quia fundum duntaxat teneo, non etiam thesaurum in eo positum, heic animus, id est, scientia animi mei scientis, in eo fundo thesaurum esse, facile supplet me possidere rem principalem, id est, fundum, qui continet thesaurum. Proculiani existimabant, thesaurum possideri in fundo positum & defossum, si fundus possideretur, & sciret possessor in eo absconditum esse thesaurum, non sine fundi corporali possessione tamen. Nam ut vel fundi corporalis possessio antecederet, omnino desiderabant, & merito etiam improbabant sententiam Bruti & Manilii antiquorum juris auctorum, qui existimabant, possidentem, & usucapientem fundum, etiam thesaurum in eo reconditum usucapere, sive sciret, sive nesciret thesaurum ibi esse. Denique existimabant cum fundo, & ima & per ima fundi omnia, quamvis alterius sint, usucapi. Quam quidem sententiam improbabant hac ratione: Quod neque sciens, nec ignorans ibi thesaurum esse, eum usucapere potest, ignorans non potest usucapere, quia ut quid ignorans usucapiat in re tantum peculiari receptum est, *l. si emptam, tit. seq.* Sciens etiam non potest usucapere, quia & si ex sententia Proculianorum sciens possidere potest thesaurum, quem scit esse positum in fundo, quem possidet naturaliter, non potest tamen eum thesaurum usucapere, quia eum possidet mala fide. Scit enim alienum esse thesaurum, custodiæ aut præsidii causa terræ commendatum. Nam thesaurus hic non accipitur pro veteri depositione pecuniæ, cujus memoria non extat, cujus dominus nullus est certus, sed pro depositione pecuniæ, quæ dominum certum habet. Quod autem scio meum non esse, id scio, vel scire debeo alienum esse, *l. ult. C. unde vi, l. ult. §. nemo, C. comm. de legat.* & hoc loco: *Quia scit alienum esse*. Et si quæras, quomodo hoc scit alienum esse: dicam, quia scit suum non esse. At in fine hujus §. improbatur etiam sententia Proculianorum, & itur in eam, quæ est Sabinianorum: Possessorem scilicet fundi non possidere thesaurum, etiamsi defossum eum in fundo esse sciat, nisi eum corporaliter apprehenderit per fundi naturalem possessionem: non possideri etiam thesaurum in eo reconditum, nisi loco moveatur & attrectetur, quod confirmat etiam *lex peregre, inf. hoc tit. & lex thesaurus, ad exhib.* Et hæc ratio est, quia res mobiles eatenus possidentur a nobis, quatenus sub custodia nostra sunt, §. *Nerva, inf. l. si rem mobilem, inf. hoc tit.* Thesaurus res est mobilis, qui utique non est sub custodia nostra, antequam loco motus a nobis & occupatus fuerit: quæ ratio in fine hujus §. satis demonstratur his verbis: *Nec alias eum, qui scit possidere, nisi si thesaurus loco motus sit*, id est, contrectatus: *quia non sit sub custodia nostra*. Atque ita hic §. eo spectat, ut magis atque magis confirmetur, quod est propositum initio hujus legis, solo animo, solove corpore non adquiri possessionem.

AD §. *Ex pluribus*. In hoc §. proponitur una differentia inter possessionem & dominium: Dominium ex una tantum causa nobis contingere posse: neque enim, quod semel ex una causa nostrum factum est, id amplius ex illa causa nostrum fieri potest, §. *sed si rem, Inst. de legat. §. sic itaque, Instit. de act.* possessionem autem ex pluribus causis no- A bis contingere posse: dominii unum esse titulum, unam causam, unam auctoritatem: possessionis causas, sive titulos duos vel plures esse posse. Idem est titulus, & causa, ut in Evangelio, quæ uno loco dicitur causa, αἰτία, quæ præfixa est cruci salutiferæ, in alio loco latine dicitur titulus. Causa quidem Matth. 27. *καὶ ἐπέθηκαν ἐπάνω τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ τὴν αἰτίαν γεγραμμένην.* Titul. Joann. 19. Ἔγραψε δὲ καὶ τίτλον ὁ Πιλάτος: Et rectissime Theophilus noster in §. *seq. Inst. de interd.* ait; Τίτλος εἶναι τὴν τῆς διακατοχῆς αἰτίαν: *Titulum esse causam possessionis*, veluti emptionem, donationem, legatum, dotem, hereditatem, quam glossa hic vocat causam remotam, causam scilicet possessionis, causam traditionis, quod idem est. Traditionem vero ipsam esse causam proximam, & de utraque causa verbose conscribit, quæ neque sunt in jure, neque ex jure. Posses- B sionis autem sunt plures causæ, veluti quum quis rem alienam a non domino bona fide emit, & usucepit eam rem, & pro suo possidet, quia usucepit, & pro emptore, quia emit, etiam post usucapionem, *l. 1. in fine, inf. pro suo*. Denique eam rem possidet pro suo, & pro emptore: pro suo, quasi quæsitam usucapione ex 12. tabul. Dominium autem habet usucapionis jure duntaxat, non etiam emptionis, aut traditionis factæ a non domino. Et similiter, qui heres exstitit ei, qui pro emptore possidebat, ex emptionis causa, & pro emptore possidet, quo jure defunctus possedit, in cujus jus omne succedit: & possidet etiam pro herede, id est, jure hereditario. Dominium autem ejus rei habet jure tantum hereditario. Denique dominium ex una tantum causa contingere potest, possessio etiam ex duabus. Nec obstat *l. 4. C. de cont. emption.* quæ ait, C *duplicari non posse titulum possessionis*, quoniam, ut ibi glossa sentit recte, & quæ sequuntur etiam in ea lege, demonstrant, sub nomine possessionis illo loco, non possessio nuda significatur, id est, usus quidam rei, sed dominium, quod per possessionem contingit, id est, effectus possessionis, ut & alias in *l. 1. §. item adquirimus*, docui accipi possessionem pro usucapione, sive pro adquisitione dominii per usum, per possessionem. Et ita etiam usus, id est, usucapio, *l. deducta, §. ante, in fine inf.* Usus & casus inquit, usus, id est, usucapio, *Casus*, id est, damnum fatale; vel quod idem est, usus, id est, dominium, casus, id est, deperditio, ex *l. deperditam, de pet. heredit.* Non est omittendum, eandem hac in re esse rationem possessionis, & obligationis, nam & deberi nobis eadem res potest ex pluribus causis, ex pluribus obligationibus, id D est, ex pluribus obligationum causis, ut *l. 14. §. pen. de except. rei judic. l. 168. de reg. juris*. Tria sunt duntaxat, quæ adquirimus (non est quartum) vel dominium, vel possessio, vel obligatio. Et dominium ex una causa tantum, cetera etiam ex pluribus.

AD §. *Ex contrario*. Plures, ut dixi, possunt esse causæ possessionis ejusdem rei, dominii una tantum. At e contrario, ut nunc docet in hoc §. neque possessores, neque domini ejusdem rei plures esse possunt, ita scilicet, ut singuli sint vel possessores, vel domini pro solido. Quod etiam ostenditur in *l. 5. §. si duobus, commod. & l. pen. §. pater, de* [illegible] *pecul. & l. 141. §. 1. de regulis juris.* Et fuit hæc Proculianorum sententia, quæ obtinuit hac ratione, quia contra naturam est, ut cum ego aliquid teneam, tu quoque id tenere E videaris, sine qua detentione corporali, nec civilis possessio existere potest, vel acquiri. Et obtinuit Proculianorum sententia generaliter: puta, neque duos posse in solidum eandem rem possidere civiliter: neque duos naturaliter: neque unum civiliter, alterum naturaliter, neque unum juste, neque alterum injuste, neque etiam unum bona fide, alterum mala fide. Contra vero Sabiniani (nam de hac re varie disputatum fuit) statuebant, unius rei pro solido duos possessores esse posse, & exemplo utebantur precarii. Nam & possidere eum dicebant, qui precario rogasset, ut sibi quid possidere liceret: & eum quoque, qui precario dedisset: unum possidere corpore, alterum animo: unum naturaliter, alterum civiliter. Quod & a Pomponio, qui Sabinianus fuisse videtur, rela-

relatum est in libris ad Sabinum, *l. & heredi, §. eum qui, de precario*. Et utrumque, inquit, juste possidere. Nam & precaria possessio justa est, *l. 7. §. inter prædones, comm. divid.* Verius tamen est, eum possidere solum, qui precario dominum rogavit, ut sibi rem ejus possidere liceret, quia dominus ei possessione cessit, qui præcibus ejus locum dedit. Et quod dicitur in §. *eum qui*, ut docui, est ex schola Sabinianorum. At Trebatius etiam Sabino quodammodo consentiens dicebat, posse alium juste, veluti dominum, alium injuste, veluti prædonem possidere rem eandem pro solido, quod etiam proponitur in *l. 3. uti possidetis*: sed dubitanter, atque adeo supponitur magis, quam proponitur. *Si quis*, inquit, *proponeret possessionem justam, & injustam, ego possideo ex justa causa adquirendi dominii, tu vi aut clam.* Si quis ergo ita proponeret in persona duorum possessionem, in unius justam, in alterius persona injustam, in utriusque pro solido, si quis hoc proponeret, veluti hic Neratius, quod & Trebatius proposuit, quod tamen nos neque admittimus, neque approbamus. Nam etsi Titius, quæ est species *d. l. 3.* vi aut clam a me possideat, vel ab alio solus ipse possidet, licet eum a me vi aut clam possidet, id est, cum me mea possessione vi aut clam evertit, superior sum in interdicto uti possidetis, quasi possessor, tametsi possessor non sim, tuendus tamen sum tanquam possessor, non quia possessionem habeo, quam nec habeo, sed quia habeo interdictum unde vi, vel interdictum de clandestina possessione, quo recuperare amissam possessionem possim, *l. 17. in princ. hoc tit. l. 7. §. Julianus, communi divid.* Idem tamen Trebatius, ut in hoc §. ostenditur, qui admittebat duos possessores ejusdem rei in solidum, unum justum, alterum injustum, negabat duos justos, aut duos injustos possessores esse posse ejusdem rei in solidum. Quod etiam extat in *l. duo, de precario*, quem tamen merito reprehendit Labeo princeps Proculianorum: non quod dixerit duos juste, vel injuste possidere non posse, quia hoc est verissimum, hoc Proculiani maxime volunt: Sed cum negaret duos juste, vel duos injuste possidere posse, in eo reprehenditur, quia non negavit etiam eum juste, alterum injuste possidere posse. At reprehenditur hac ratione, quia: *In summa*, inquit, *possessionis*, Basilica, Εἰς τὸ σύνταγμα τῆς κατοχῆς, *Non multum interest juste quis, an injuste possideat*: quoniam sive juste, sive injuste possideat, utique semper possidet solus. At injuste, dices, possidet: dicam, possidet tamen, ut de sententia judicis dicitur, at male judicavit: judicavit tamen. Quoquo igitur modo quis possideat, utique possidet, & quidem solus. Unde si duo juste, vel duo injuste possidere non possint, quod & Trebatius dixit, non poterit etiam unus juste, alter injuste possidere, quod tamen Trebatius dicebat. Et ut tandem concluditur in hoc §. *non magis eadem possessio apud duos esse potest in solidum, quam ut tu stare videaris in eo loco, quo ego sto: vel in eo, quo sedeo, tu sedere videaris*. A qua re, sive actu corporali sane omnis possessio incipit, & consistit ab initio, sive naturalis, sive civilis. Unde & in specie *l. clam. §. ultimo, hoc titulo*, quæ hoc loco nobis explicanda est, propterea quod de ea disceptent doctores inter se plurimum, in specie, inquam, illius §. *ultimi l. clam, hoc titulo*, Doctores male statuunt, unum possidere naturaliter, alterum civiliter: nam qui ad nundinas proficiscitur, de quo ibi agitur, suorum nemine domi relicto, qui corpore suo discessit a possessione, nec eam retinuit alieno corpore, per servum puta, per colonum, animo quidem solo retinet possessionem, non adquiritur solo animo, sed retinetur solo animo: animo ergo retinet possessionem. Sed si dum redit a nundinis, dum est in itinere, alius furtive ingressus sit in possessionem, ubi id ipse rescjverit, jam non ipse animo retinere, sed animo potius amisisse possessionem videtur. Quis enim est, qui non despondeat animum, vel abjiciat potius, cum intelligit possessionem ab alio occupatam esse? Ergo statim atque intellexit alium furtive ingressum esse possessionem, ipse animo solo desinit possidere. Nam & animo solo amittitur possessio, & ille clam possidere incipit, vel etiam vi, videlicet si rever- A tentem dominum ad prædium suum, prohibuerit, nec admiserit, *l. 1. §. sive autem, de vi & vi arm.* Itaque non efficies ex illo §. duos possessores, unum naturalis, alterum civilis possessionis.

AD §. *in amittenda*. Docuit jam ab initio hujus l. 3. possessionem non adquiri solo animo, quia naturali adprehensione opus est. Nunc quoque docet eam amitti solo animo & adfectione sola: non eandem esse rationem adquirendæ & amittendæ possessionis, non adquiri solo animo, vel solo corpore, amitti tamen solo animo, quo modo etiam distare possessionem a dominio in *l. 17.* ostenditur, §. 1. *inf. h. t.* nam dominium non amitti solo animo, *l. ius agnation. de pact.* Si dico rem illam, quæ mea est, nolle meam esse, non amitto ejus rei dominium: nuda volunta- B te non amittitur dominium, sed facto aliquo opus est: nudo pacto, nudo consensu non amittitur dominium, *l. traditionibus, C. de pactis*. Et hæc confirmantur etiam *l. 2.* [illegible] *de opt. leg.* Sed dominium amittitur certis quibusdam & legitimis modis, non temere, non fortuito: Possessio autem amittitur solo animo. Itaque statim atque nolo fundum possidere, etiamsi adhuc fundo corpore insistam, possessionem amitto: & si nomine alieno eam deinceps possidere volo, is, cujus nomine eam possideo, eam possidet, non ego, *l. quod meo, in princip. inf.* Retinetur etiam possessio solo animo, videlicet si alius fundo insistat suo corpore, quod proponitur in fine hujus §. Retineo possessionem solo animo, licet in fundo alius sit, quem ibi perperam Accursius ait possidere naturaliter, quod esse non potest, ut scilicet & ego possideam & ille. Est quidem in C fundo, ut ait, est in possessione corpore tenus, sed non possidet tamen, quamdiu viget in me animus possidendi, nec labascit ulla suspicione, ullave opinione ab alio apprehensæ possessionis, *l. quamvis, inf. hoc tit.* Ubi eleganter *ignoranti non tolli possessionem*, quæ solo animo retinetur: scienti tolli, ubi rescivit alium ingressum esse possessionem, quæ scientia facit, ut dilabatur animus possidendi & effluat. Ceterum ignoranti non tollitur, imo retinetur, quantumvis licet alius sit in possessione. Et confirmatur sententia hujus §. multis aliis locis, *l. 1. §. quod vulgo, de vi & vi arm. l. licet, hoc tit. de acquir. possess. l. 1. §. si vir, l. peregre, §. ult. l. si is qui animo, l. qui universas, §. pen. hoc tit. & in hac l. §. saltus.* Confirmatur etiam eo, quod sequitur statim in hac *l. §. si quis nuntiet*: possessorem, cui nuntiatum est, domum suam a latronibus captam, si timore conterritus, dum D veretur vim majorem, non accesserit, animo amittere possessionem. Quod & in *l. 7. inf.* proponitur ex hoc ipso libro Pauli 54. & conjungendum cum hoc §. Utrumque, id est, sive eam domum corpore non possidebat, sive possidebat per servum, aut colonum, animo solo amittit possess. intelligit eas ædes occupatas esse a latronibus. Quis hoc intellecto non deponat animum possidendi? Neque enim animus possidendi est fictio quædam animi, sed credulitas animi, atque persuasio certa. Restat in hoc §. *in amittenda, & seq.* possessionem retineri solo animo, possessionem etiam amitti solo animo, cui etiam statim objicitur *l. 8. inf.* quæ, ut nulla possessio adquiritur, nisi corpore & animo, ita ait, *nullam amitti, nisi in qua utrumque in contrarium actum est*, id est, nisi animo etiam & corpore. Quo in loco explicando, qui facile expediri potest, fere ævum interpre- E tes consumpserunt. Sed ad illum locum addi oportet temperamentum, quod facit articulus *fere* in *l. fere*, in *l. 153. de regul. juris*. In qua eadem verba repetuntur ab eodem Paulo *lib. seq.* Itaque & in *l. 8.* illud *fere* supplendum est, quemadmodum adquiritur, ita & amittitur possessio. Recte *fere*, quia non omnino certe ut adquiritur, ita & amittitur possessio. Nam & si non amittitur corpore solo, nisi concurrat etiam animus deponendæ possessionis, quia animo solo retinetur: & si igitur non amittatur corpore solo, nisi concurrat etiam animus, quo modo recte Joannes censuit accipiendam esse *l. 8. & d. l. 153.* tamen solo animo ammitti potest, etiamsi de prædio corpore non discedam. Et recte Græci interpretes [illegible], id est, amissionem possessionis, esse [illegible], & [illegible], faciliorem,

rem, & simpliciorem. Verum ne fallamur, hæc dicimus tantum de possessione, quæ per nos interpitur possidemus, hanc animitimus nudo animo: sed quam per alios possidemus, veluti per servum, aut colonum, eam profecto non amittimus solo animo. Quod explicabimus in §. *seq.*

A D §. *Quæ si servus.* Jun in §. *in emittende*, tractavi de mixtenda possessione, quam etiam amitti fatius docui animo solo, non etiam corpore solo, quia retineri potest animo solo, & retentionis adversa est amittio. Etiam adjeci, quod dicitur animo solo amitti possessionem, id verissimum esse in ea possessione, quam per nosmetipsos possidemus, non etiam in ea, quam possidemus per alios, veluti per servum, per colonum, per inquilinum, per usufructuarium, hanc enim possessionem retinemus, non amittimus, B etiamsi velimus amittere, aut si eam amittendæ animum fuisperpetuo, quamdiu videlicet servus dominicum, nobis nomine est in possessione. Denique quamdiu fervus meus, vel colonus meus meo nomine est in possessione fundi, etiamsi nuncero animum possidendi, fundum nobis C non desinam. & quamdiu igitur fundum per vel per verbi rationem possidemus, dejecto fervo meo, vel colono, *I. peregre, §. ult. inf. hoc tit.* Idque verum est si quis vi me dejecerit de fundo, fervum meum servum, vel colonum non dejecerit, quia per fervum retineo possessionem, vel per colonum, qui vi dejectus non est, *l. 1. §. non alie, circ. & ibi notam.* At si fervus quoque amet, vel colonus, vel procurator dejectus fuerit, vel si res, quam mihi possidebat, ei cæpta fuerit: vel etiam si ipse eas res possidendo me intervertere, & animum vertere desiD here, nec mihi restituere, hoc genere etiam ignorantes possessionem amittimus, *ad Aquiliæ, §. sed & ff. hoc tit. Marcellus, ibi, l. §. quod servus, &c.* Ita servus etiam tractatus magna quæstio. Quid fit dicendum si fervus, vel colonus meus, qui meo nomine possidet, ab alio dejectus non fuerit, fed ipse fua sponte derelinquerit possessionem; vel etiam, quid fi vita decefferit? Si fi quidem vita decefferit, conflat inter omnes me animo retinere possessionem, *l. si id quod, §. si res.* Verum quæritur, an etiam fi possessione dejecta, vel fponte derelicta quærit, ego animum possessionem? Et in §. *quod fi servus*, proponitur animo etiacti possessionem, five fervus, vel colonus, qui meo nomine possidet, decefferint, five decefferint. Et certe, ubi possessione discessit colonus, vel servus, ubi pradio exiit colonus, vel fervus suo nomine possidendo, possessionem, conflat inter omnes possessionem non amitti, nec dominum possessionem non amittere, *l. si colonus, inf. hoc tit.* At quid si animus fervi, vel colono fuerit defenenda possessionis, vel prodendæ alii, ut alteri possessionem acquirat, non tradenda, fed prodenda? Et hæc in re fuit controversia inter Jurisconsultos. Proculiani, fi fervus, vel colonus possessione discessit eius defendendi animo, non videbatur possessionem etiam hoc casu a domino, aut animo domini retineri, nec amitti. Quod offendit *I. quum quis, de dolo*, ubi & in eam rem nonnullum utitur Proculus. Sabiniani vero putabant, animi possessionem. Et ideo Pomponius ad Sabinum in *d. §. colonus*, possessionem non amitti, ait, si non defenendæ possessionis causa colonus de fundo exierit, qui fi defenenda possessionis causa, Sabinus ex E tabit possessionem amitti. Unde & ex Juliano, qui Sabinianus fuit, Africanus Julianis discipulus, in *§. fi in eo fundo, §. ult. hoc tit.* colono quivis vim faciat, & colonum de eo conflat inter omnes, possessionem, quam per eum dominus tenebat, non amitti, non interpellari, nisi eum dominus negligat, nec velit adipisci, ut ait hoc loco, aut nisi alius eam possessionem apprehendat sciente domino: colono tamen vitro possessione discedente, possessionem amittit. Itaque quod proponitur initio hujus §. animo retineri possessionem, five fervus, vel colonus vita decefferit, five possessione discefferit: etiam animo detinendæ possessionis, procuratorem esse ex Proculianorum sententia, quæ hodie obtinuit, & comprobata est constitutione Justiniani, *l. ult. C. eod. tit.* Quod autem fequitur *in hoc §. si alius occiderit, animus possessionis*, ut alias offendi, & probavi, manifesto corruptum est. Quid enim hoc est? *si alii trucidatum animus possessionis*. Imo & fi non trucidatum, quia animo folo animus possessionem, ftatim atque ego constituo, me nolle possidere, possidere desino. Unde legendum opinor, *si alius occiderit*, id eft, & colonus, vel fervus eorum tradiderint possessionem, ut dixi fup. fi decefferint, vel defenerint. Et hoc, *si alius occiderit, animus possessionis*. Nunc ait: *Si ali trucidatum, animi possessionem*. Hic igitur eft fenfus, possessionem non amitti hoc folo, quod fervus, vel colonus, per eos corpore possidebam, decefferint, vel difcefferint, fed fi alii fundum tradiderint, fi alii fundum vendiderint & traditerint, quo animo eorum possessionem amitti, & ufucapionem terpellari. Quod offendit in *I. non folum, §. quæ pignori, inf. eod.* At fi non alii fundum tradiderint, fed ita decefferint, vel discefferint, quamvis derelinquerint, aut quamvis dolo malo, ut alii faciatus effet ingredienda, non videtur retinere possessionem, quia, ut dixi, conflat possessionem non amitti, nisi animo & corpore volumtate difcefferimus, aut vi dejecti fuerimus, quod poftrema verba rectæ Accurfii resultat ad priorem claufulam hujus §. non ad proximiorem, non ad illum fcilicet: *si fi alii trucidentur, animo possessionis fumem*. In quo fenfus eft quidem verus, fundum, quem per fervum, aut colonum poffidebam, etiam poffeffionem vita decefferint fervus, vel colonus: vel poffeffionem poffeffionem decefferint, donec aut ipfe voluntate mea difcedere, aut vi dejectus fuerit, quod ita in Bafilicis eft breviter expreffum: *Nemo animo retinere non potest quam possessionem, nisi voluntate, aut per violentiam. Nemo autem voluntate, aut per violentiam discedit, nisi animo nostro, libero relicto, aut vi: & animo quidem relicto, vel etiam corpore; si animo, ut aut id, quod gerebat, & vi. eo animo inde digressus, ut possessionem non amitteret, non corpore solo possessionem amittimus. Sequitur in §. *si fervus*.

A D §. *Si fervus*. Amitti etiam poffeffionem fervi, fi ita diu gefferit pro libero, ut fecit Spartacus, eum animum mutuit in hoc §. & Athenio, duces belli fervilis. Sed idem exemplum, fervum fe mutaffe animo pro libero, fervum meum defino poffidere, fi modo & cum apprehenderim, potatus fit fubire & pari liberale judicium: fi modo tacitus fit pro fuo cæpit, pro fua libertate litigare: fi libertatem, fi quo mutaverit, forte putatur fervitutem animo; hunc fervum, qui fe domino adverfarium comparat, neceffe eft, ut dominus, qui hoc intelligit, defiat poffidere, & poffeffionem folo. Idque eft quod ait in *l. 15. §. fi fervus, tit. fin. & l. per eum, hoc tit.* Et hoc, ut apparet ex fpecie propofita, fi ex libertate fervi petatur in judicium, & fervus ipfe pro libertate litiget, non abfentis, pro qua etiam judicium pari, judicio experiri paratus fit adverfus eum, qui fe dominum dicit. At ex fervo, qui fe mutaverit, fervum non fit poffeffionem quam fervus, in libertatem proclamaverit: vel ut hic loquitur, reclamaverit, & liberale judicium imperaverit, nihilominus ipfe dominus eum poffidere, quam fervum, non videtur, donec liber pronunciatus fuerit, quis fuit in poffeffione fervitutis. Et hoc eft fenfus hujus §. quæ pugnare videtur omnino cum his legibus, quæ probant, non ordinarium liberalem judicium, quod fua ftatu litigat, in poffeffione libertatis conftitui: ubi dicitis ftatu fecundum libertatem ex 12. tabulis, & ita retinere eum poffe, qui habeat pro libero: cum hic dicatur ab eo, qui fe dominum dicit, non tantum fe poffeffione libertatis vindicetur in fervitutem, fed etiam, quod magis eft, fe ex poffeffione fervitutis reclamet in libertatem, poft ordinatum liberalem caufam, interim loco liberi hominis habetur, & eft in poffeffione libertatis. Hoc probat *I. ordinaria, de liber. caus. & I. servum §. 1. de precar. & I. si autem, ea quib. caus. mor.* Quod omnino videtur pugnare cum eo, quod ait in hoc §. eum, qui ex fervitute in libertatem proclamat, a dominum a domino poffideri, donec liber pronunciatus fuerit. Sed ait, *eum animo possidere*. Dicendum igitur eft, eum, qui ex fervitute affertit fe in libertatem, licet poft ordinatum liberale judicium in poffeffione libertatis conftituatur, & definat poffideri corpore domini, animo tamen poffideri, ut ait hoc loco, *donec liber pronunciatur*. Adeo hæc eft natura, ut contra, fi fervus pronuntiatur, interim per eum dominus adipifcitur intelligitur quicquid ftipulatus fuerit, vel per traditionem acceperit ex juftà caufà. Itemque, ut interim corpus caufam ferri ufucapionem dominum impleffi dicatur, ut *l. ferui, §. ferui, de liberali. ferui, §. ult. de furt.* Jam fupr docuimus fupra utilitatis caufa non poffideri alterius poffeffionem, ut non interrumpatur corpus ufucapio, vel ut ne adquifitiones præripiantur, quæ obvenunt interim, dum fervus non poffidetur, hoc colore feilicet, *quod animo retineat poffeffionem*. Ab eo ita finis hujus §. atque etiam §. fuperioris hic eft, ut offendat animo folo retineri poffeffionem, qui etiam *l. 1. §. fin. fine* fcopo *§. falsa*, ad quem tranfeo.

A D §. *Falsa*. Saltus hibernus & æftivus, quos certis temporibus relinquere folemus vacuos, nullo ibi relicto fervo, vel colono, interim dum fuer vacui, animo fo to poffidemus, animo folo retinemus, licet alius eos faltus hubis ipsemetipsis ut nos poffideret? neceffe fuerit, hic enim non poffidet, antequam refervirimus eum ingreffum poffeffionem animo poffidendi. Ignorantia enim non tollit poffeffionem, quemadmodum nec poffeffionem, vel invafionem, quæ folo animo retinetur. Et hoc offendendo *I. quamvis Sabinus, inf. hoc tit.* Exemplum eft quod hic propontur de falubus æftivis & hibernis, quæ non quoque ritis eft in certis pradiis, fi forte ea relinquamus quæ in eis relicto ex hominibus noftris. Quod proponitur etiam in *l. 15. §. quod vulgo, de rei vind.* & *ff si me.* Sed hoc frequentius evenit & apparet in faltibus, quos pecora depaftuntur non anno tono, fed parte anni tantum, vel affate tantum. Hoc poffeffionem animo retinemus folo. *Et in eo animo, fi pergo, §. ult. inf. hoc tit. Paulus §. fortasse. tit. ff. Pro emptore*, inquit, *multo animo retinere poffemus, fitus in faltibus hibernis affectivisque*. Eodem etiam loco idem Paulus dicit, quod & hic propofuit ftatim, *non poffe animo nostro discedere*, excepto uno cafu, quem etiam in hoc §. fubicit. Corpore autem poffidere promifcue, vel noftro, vel alieno, modo (quo exemplo in *l. 1. §. ult.* fervum, per colonum: Servus enim nobis poffidet fuo corpore, non fibi, & colonus inquilinus nobis, non fibi, *l. 3. C. Comm.* & idcirco nec inter fervos, nec inter quos poffidemus, quicquam interefl, ut *inf. §. id quod, §. ut ita*. Colonus in fundo tantum eft dictus, dominus autem inquilinus in domo fua & corpore colono, & corpore item coloni folo, quamvis is nomine domini in fundo eft, licet dominus abiicerit animum poffidendi, ut fi vi dejectus fuerit, non videtur is dejectus colonus, quod initio offendi. Colonus, inquam, in fundo eft, dominus autem poffidet. Quam in rem facit optime *l. 6. §. sic qui negotia, de precar.* Nam, ait, *Pedius, Titium, Corinna, inquit, poffidebat, cum erat colonus in fundo*. Loquitur proprie, ut noftri nofcere, & ex noftris etiam auctoribus, *cum erat colonus in fundo*. Sed de *§. in domo, & in fo. fine*. Sed & fi animo folo poffidere, licet alius in fundo fit, puta te ignorante, adhuc poffides folus: nimirum *quia non est colonus in fundo*. Quod eft in fola poffeffione effe dici poteft. Sed aliud eft effe in poffeffione, aliud effe poffeffionem: ut aliud eft effe in fervitute, aliud longe fervum effe. At fervus, qui in fervitute eft, proponitur, unum tantum effe cafum, de quo & jam fupra dixi ftatis, & in *l. 15. §. item adjicimus*. Quo cafu etiam animo alieno poffidemus, puta, animo fervi noftri, aut filiifamil. ex cauffa peculiari ignorantes: nec enim id, quod fervus meus parat, five comparat nomine peculii, quamvis ei peculium habere permittam, id animo meo poffidee: id animo meo non poffidens, fi nefcio, quam res parateri. Et qua ex cauffa, fi fervum certam rem emere juffero, vel fi jumfum. vel etiam procuratorem, eamque emerit, & fibi

A traditam meo nomine acceperit, videor quidem animo meo nactus poffeffionem, quia certam rem defignavi, deftinavi, quam tuto nomine apprehenderet. At fi generaliter permifi habere peculium, coquiterre, pariere peculium, nec ftatim quid paraverit, quove cauffa, non poffum videri animo meo poffidere rem, quam nefcio, & cujus rei animum non habeo. Quo fequitur, ut nec patienti ignorantes dominus poffidere non tantum corpore, fed etiam animo alieno, fed nullus tamen eft alius cafus fimilis.

AD *§.Tutor, & §.seq.* Sciendum est, tutorem rem pupilli, quæ scilicet omni vendi potest, a seipso emere non posse, neque enim posse & emptoris & venditoris partib. fungi, *l.si in emptione 34.§.ult.de contrah.empt.l.5.§.item ipse tutor, de auct.tut.* Contutore auctore, curatore distrahente, ab eo rem pupilli emere posse, *d.§.item ipse tut.* Itemque palam & bona fide rem pupilli emere posse, *l.5. de cont. empt.* veluti ex auctione publica rerum pupillarium, auctione hastæ, ut in hoc §. proponitur: etiamsi ipse tutor auctionem proponat, vel faciat: nemo prohibetur ex auctione, quam facit nomine alieno, sibi emere: nam & eodem modo Comes rerum privatarum Principis, & Palatinus, & patronus fisci, non possunt emere rem fiscalem, nisi ex auctione publica, quam, vel ipsi faciunt, *l.ult. C.de resc.vend.l.ult.* quæ est Græca a nobis restituta, *C.de fide, & jure hastæ fisc.lib.10.* Aliter vero si tutor rem pupilli emerit, & pro tradita habuerit, non potest eam usucapere pro emptore, ut in hoc §. traditur: quia initium possessionis vitiosum est. Sed si ex auctione rem pupilli emerit, eam usucapere potest pro emptore, quod necesario accipiendum est de re aliena a pupillo bona fide posesa, & ut illa verba indicant: *Rem, quam pupilli putabat esse.* Rem enim pupilli propriam si tutor ex auctione emat, statim dominium ejus acquirit, nec usucapioni locus fuerit: nemo usucapit rem suam. Ratio autem cur tutor ex auctione rem pupilli emere possit, hæc redditur in hoc §. Quia deterior pupilli conditio non fit. Imo melior fit, si propius habeat emptorem, nec sit ei necesse diutius expectare, aut longius quærere emptorem rei pupillaris. Melior fit conditio pupilli, si domi paratum habeat rei suæ emptorem: si tutor, qui auctionem facit rerum pupillarium, ipsemet paratus sit eas res, vel quasdam ex iis emere suo pretio. Verum hoc exigimus, ut bona fide emat, *d.§.item ipse tut. & d.l.5. C.de cont. empt.* Nam si ex auctione dolo malo tutor minoris emerit rem pupilli, eo nomine perinde tenetur judicio tutelæ, atque si rem pupilli alii dolo malo minoris addixiset, ex constitutione Trajani: addicere est verbum proprium auctionum publicarum, ei enim, qui pluris licitus est, res addicitur, id est, penes eum collocatur, ut in §.sequenti dicitur. Idem ostenditur servari in procuratore, qui ex mandatu domini auctionem facit rerum ad eum pertinentium: nam & hic ex eadem auctione sibi rem emere potest, & usucapere, quam ejus ese putabat, cum eset aliena. Usucapere pro emptore, *quod,* ut ait, *utilitatis ratio exposcit,* nempe (quam non explicat) quia eo modo, ut dictum est *§.superiori,* melior fit, non deterior domini conditio, si propius habeat emptorem: si ipsemet procurator pluribus licentibus liceatur & ipse, & tandem emat sibi. Quæ ratio etiam efficit, ut procurator voluntarius, id est, qui sine mandato absentis, & ignorantis negotia gerit, ex auctione rerum ejus, quam facit in rem & utilitatem ejus, cum forte expedit res ejus quasdam distrahi potius, quam servari, quia tempore & mora perituræ, deteriores futuræ erant, si sibi aliquid ex ea auctione emerit, id usucapere possit pro emptore. Si inquit, *negotia domini gerens ignorantis.* Recte, *ignorantis:* nam huic loco est applicandum quod ex hoc libro relatum est in *l.ignorantis 49.de procur. Ignorantis domini per procuratorem conditionem deteriorem fieri non debere.* Et hoc casu scil. ut dixi in *§.tutor,* non fieri deteriorem domini conditionem, si proximum, non longe petitum emptorem habeat, id est, si ipsemet, qui accedit ad negotia ejus, emat publice proposita auctione, & ipso pluris licente rem, vel res venum expositas. Denique hic locus est de procuratore, qui ignorantis negotia dum gerit, auctionatur quædam ejus bona, quæ vendi maxime expedit. Superior locus est de eo, qui mandantis & scientis res hastæ subjicit, quod olim male acceperam. Et ex his omnibus locis, quod elicitur, valde notandum est, eum, qui alieno nomine facit auctionem, ex ea sibi emere pose. Confundi autem cum his locis non debet *lex atquin 19.§.cum me, de neg.gest.* quam adducit Acc. quia non loquitur de negotiorum gestore, sive procuratore voluntario, qui ex auctione, quam facit nomine alieno, sibi emit rem, quam ejus putabat ese, quam hic locus ostendit eum pose usucapere pro emptore: sed loquitur *§.cum me,* de negotiorum gestore, qui rem domini ignorans bona fide emit a non domino, quam etiam pro emptore usucapere potest, nec eam domino restituere tenetur actione negot.gest. nisi ante impletam usucapionem, antequam impleta sit usucapio, cognoverit rem domini ese. Quæ est sententia *§. cum me.*

AD *§.Si servus tuus, & quatuor sequentes.* Ex hoc §. & aliquot sequentibus, *§.Celsus, §.Pomponius, §.si servus meus, & §.& si quod, usque ad §. si a pupillo,* intelligimus in emptionibus a servo factis, cujus mens, cujus voluntas, fides, scientia spectanda sit. Quæ quæstio etiam locum habet in patre, & filiofam. & quæcunque de ea dicentur de domino, & servo, eadem obtinent in patre, & filio. Explicatum autem hæc quæstio perquam difficilem habet, nisi quæ ad eam pertinent, ordine certo distinguantur. Illud autem in primis constituendum est, quod & proponitur in *§. Celsus,* multum interese, servus peculiari nomine rem alienam emerit, an non peculiari nomine, sive nomine domini. Nam si peculiari nomine, si ex peculii causa emerit, dominus etiam ignorans eam rem emptam ese, eam rem pro emptore usucapit. Quod jure singulari receptum est in rebus peculiaribus, ut ignoranti do-

mine procedat ufucapio, *l. perger*, §. *qualitas*, *fop. de Acquir. poff.l.47. fop.tit.prox.* Si enim nomine domini rem fervus emerit, non ante, aut non aliter ufucapio domini procedet, quam cognoverit, & fciverit rem emptam effe, *l.pulfa*, §. *ult.fop.tit.prox.* Denique fcienti tantum rem a fuis poffideri, ufucapio procedit, non ignoranti, nifi poffideat ex caufa peculiari. Eft & alia differentia, qua in his, quæ fervus poffidet peculiari nomine, five, quod idem eft, fua nomine, fervi potius, quam domini res fpectanda eft, quia ea poffeffio fuffi-net vicem domini. In his autem, quæ fervus nomine domini emerit, domini potius, quam fervi mens intuenda eft, ut ait §. *Pomponius*. Quod ita declarat, fi fervus peculiari nomine emit, aut emit & accepit bona fide, ignorans rem alienam effe, aut mala fide, fciens rem alienamemit. Si bona fide poffidet, ufucapiet non ufucapit, fi eo tempore, quo fervus bona fide emit, fciverit rem effe alienam, quia fcientia domini vitiofum initium poffeffionis facit. Sed fi tunc ignoverit, proprie bonum fidem fervi ufucapiet, licet poftea refciverit rem effe alienam, qua bona fides fervi, cum emptio facta eft peculiari nomine, potius infpicitur: bona fides, quæ fuit in fervo initio adepte poffeffionis. Et hoc propoſuerat in §. *fi fervus bona fide*. Sin autem fervus mala fide emerit peculiari nomine, fciens rem alienam effe, licet poftea rem emptam non ufucapit, licet ignoraverit alienam effe, quia intrinſeca potius eft mala fides, quæ fuit in fervo initio adepte poffeffionis: Et tenet eft fententia §. *fi fervus*. Quanto magis fi fuit fervo poffeffio domino noct quominus ufucapere poffit rem a fervo peculiari nomine emptam mala fide. Nam & quod fervus initio poffidet, id eft, in illo fidei ac poffeffionis peculiari, dominus quantumvis licet ignorans, vitiofe poffidere intelligitur: fummum vitium poffeffionis eft mala fides, vitium ex perfona. Et hoc quidem vitium poffeffionis, quum fervus mala fide emptas eft peculiari nomine non purgatur, non amovetur, licet poftea rem dominus fuo nomine poffidere incipiat, veluti alienam emptam, & fic fuo nomine poffidet, quod oftendit in §. *Pomponius*, vel etiam ut empta a fervo dominus eradita, pro fuis libertate, pro fuis capite, five ob quamcunque fuæ libertatis. Quod exemplum propoſuit in §. *Et fi poft mala fides*. Nam & fi poffeffio dominus, qui ignorat rem alienam effe, eam rem fuo nomine poffidere cœperit, durat prima poffeffionis caufa, quæ vitiofa fuit, quia cum fervo peculiari manet fides Prima poffeffio, id eft, initium poffeffionis femper fpectandum eft, vitio creat, nec ne. Et re quidem empta peculiari nomine, quæ dixi, in §. *Pomponius*, de fervo & domini, quæ dicam. Si fervus nomine domini rem emerit bona fide, dominus eam rem non ufucapiet, fi tunc fciverit rem alienam effe, quum fervum a fe emerit. Nec refert, fi poftea ibi primum fciverit rem emptam a fervo, ex quo domino tempore ufucapio procederet ignoranti rem alienam effe, poftea refciverit rem alienam effe. Nec refert, dictum eft ante, in his, quæ poffidentur nomine domini, domini potius quam fervi fcientia fpectatur. §. *Pomponius*. Quod fi fervus mala fide emerit, dominus non ufucapiet, ubi cognoverit rem emptam, licet ignoraverit alienam effe. Verum enim eft indiftincte, quod ex Celfo ait §. *Celfus*, fi fervus vitiofe emptam poffidet, dominus fum poffidere non effe. Et in fumma, quod de patre dicitur in *libero*, §. *ult.fop. tit. prox.* non tantum propter fcientiam filii fcientia patris rem eam, quam filius peculiari nomine emit, patrem non ufucapturum, fed etiam propter fcientiam fuam, id eft, fi ficut pater rem alienam effe, quum filius nomine patris rem emeret, ipfe non ignorabat, ita dominus de domino dicipotefl, dominum non ufucapturum quod fervus non peculiari nomine emit, propter fuam fcientiam, vel propter fervi fcientiam. Et hinc apparet diferimen poffeffionis, quam fervus, vel filius adipiciter peculiari nomine, & poffeffionis, quam adipiciter non peculiari nomine. Nam ut fup. oftendi, poffeffionem peculiari nomine quæfita, domino quidem fcientia fervi nocet, ne ufucapiat, fed non etiam fcientia fui, fi rem, quam fervus peculiari nomine emit, poftea dominus refciverit effe alienam: fi modo eam rem fervus ignorans bona fide emerat. Et ita

funt diftinguendi §§. qui funt in hac lege, hac de re Iraque explicanda eft hæc omnis quæftio.

A *D §.31. a pupillo, & §.31 a furiofo.* Hic §. connexus ſtudiose eſt §. *fi fervus*, accipiendus eſt de re aliena a pupillo, vel a furioſo bona fide poſſeſſa, ut coarguant, & convincant ea omnino, quæ in extremo tradunitur de Miſtone Publicana, quæ pertinet tantum ad res tradas bona fide poſſeſſa, & quæ de abſoluto teſtamento, quæ competit evidikione nomine eaptori re evicta a domino, cum fcilicet rem ejus, qui evicit, emit a non domino, atque etiam ex quibuſdam conjecturis, quæ utrat in fine huius quæſtionis de acceſſione poſſeſſionis, id eſt, ad ufucapionem perficiendam de conjunctione temporum, quo vendiror res aliena poſſeſſi, cum tempore, quo poſſedit bonæ fidei emptor. Conſtat autem rem alienam a pupillo bona fide poſſeſſam poſſe ufucapi ex *Lege Julia*, §. *per hoc*. *l. 1.* Lege hac dubio fi res mobilis fuerit: nam & res mobilis pupilli propria ufucapi poteſt fecundum diſtinctionem ſcripti, non immobilis, quam protuliſſemus fupra in *l.4.§.fi pupilli*, *l.* 1. Sed & pradium ruſticum vel ſuburbanum a pupillo bona fide poſſeſſum, quæ res eſt immobilis, & tamen bona fidei emptori per traditionem non valeat, etiam ſi ſit tertore auctore abſque decreto pretoris, *l.magis*, §. *ult. de rerum poſſ. fop. de Minor.* Quamvis enim ſint fine interceſſione auctoritate, quia nec poſſeſſionem quidem pupillus civilem, aut naturalem fine tutoris auctoritate alienare vel amittere poteſt, *l. 1.pupillus, de acquir. rer. dom. l. poſſeſſionem, de acquir. poſſ.* tamen ejus res ufucapio procedit bonæ fidei emptori, ſi juſtus ſit error fcili, quo dubius ad emptionem accefſit, ut in hac ſpecie, a qua hæc quæſtio ortus eſt. Apud pupillum vero emi, & mihi traditam accepi fine tutoris auctoritate, cum exiſtimarem eum effe puberem, forte ipſe putato fe puberem eſſe, aut ſpecies ejus habitu habere puberis, ut nonnunquam opinione exiſtimato puberis, quæ pubiſſima eſt erroris cauſa: putavi igitur me jure rem emere. Nemo puberi rem, ſi curatorem habet, emere, nemo mihi rem, ſi curatorem habenti, adhibitorem & alienationem habet, *l.3.C.de in integ. reſtit.* Acte decreto quidem pretoris opus fuit in alienatione prædii urbani, vel ſuburbani, B Dicit tamen, prædium ſuburbanum non eſſe tale, ſi non *legem* 22. *Cod. admin. tut.* Denique putavi me jure rem emere, quia venditorem exiſtimavi effe puberem, & jure adeo me ufucapturum fuiſſe bona fide emptio, nulla traditio, nulla translatio poſſeſſionis, in qua laboret valide Accurius: nec ideo tamen nulla res eſt ufucapio fi quia eam rem emi nihil erroris dubius, & utilitatis ratio exigit, ut nulli juſtus error damnum adferat. Juſtus itaque error facit, ut emptio & traditio nulla ſit, tamen & ufucapio & ufucapionis acceſſio procedat, propter illam utilitatem, quæ ut ait Horatius:

Juſti prope mater & origo.

Idemque dicendum de puberem 25. annis, *l.7. §. fi curator, de Pub. in rem act.* Qui & ſi rem alienam, quam poſſidet bona fide, cum habeat curatorem, fine curatore ad C Decretum vocato, & tradente, licet traditionem non ſit teat, *d.l.3. Cde integ.reſt.* tamen ſi eam bona fidei emptori vendiderit ignoranti eum minorem effe, & tradiderit ei emptori ex *Lege Julia*, & ante impletum ufucapionis, ſi forte eius rei poſſeſſionem amiſerit, vindicare poteſt actione Publiciana, quæ de his rebus tantum competit, qui ufucapi poſſunt, *d.§. e minore*. Ego ignorant eum eſſe, qui nulla alienare poſſit, nulla empto, vendito, nulla traditione nulla quoque ufucapio eſt. Nam & ſi a furioſo, vel fubjici, quem certum eſt rerum ſuarum adminiſtrationem & alienationem non habere, rem alienam, quam furioſus bono fide nactus fuerat ante furorem, ego bona fide emerim & accepero, cum exiſtimarem eum compotem fui mentis eſſe, eo quod forte in conſpectu meo ſanitatem quietis effet conſtitutus, atque ita fanus videretur, ut *l. quod meo*, §. *furioſo*, *fop.tit.prox.* quamvis nulla fit emptio meo nomine, mera fubſtitutæ, ut Paulus ait, conſtat tamen inter omnes juris

juris auctores, rem ab eo emptam me ufucapere poſſe, ut *l.13.§.1. fop.tit.prox.* Utilitatis ratio, inquam, ne cuiquam juſtus error noceat, facit, ne ſit ei fraudi obſcura & inumbrata quies venditoris. Quem rerum non decipiat falſa fanitatis ſpecies: pleriſque languet mens, nec languere tamen videtur, ut in hoc propoſito, furor eſt languor animi, ut *l.ſi pofſ. §. pen. fop. de Acquir. rer. dom.* Et ratio utilitatis mea, generaliumque negotiorum promiſcuus uſus effecit etiam, quod ante dictum eſt, ut qui a pupillo rem emit fine tutoris *auctoritate*, quem pupillo non eſſe auctorem, nulla ſit emptio, tamen qui juſte exiſtimat ſe emere, dubius juſte erroris cauſa, & tempſe emit: ut pro emptore ufucapere poſſit, utrumque dicam, in republ. feliciter, & fortiter, infpecta exiſtimatione potius & opinione emptoris, qui putat ſe contrahere cum puberc, & tunc quum fubſtantia veritatis, ut hic inquit: *Plus fit in exiſtimatione, quam in re.* Sicut & reſtituenda fuit verba, quæ manifeſto trajecta erant in hunc modum, *ut hic plus ſit in re, quam in exiſtimatione*. Quinmo hic, id eſt, in hac ſpecie, *Plus fit in exiſtimatione, quam in re*: fi exiſtimationem emptoris ſpectes, iure emit: ſi rem, non iure: & tamen procedit ufucapio pro emptore, quia ejus rei valor quod eſt in opinione, quam quod eſt in re. Unde & utroque caſu emptori omnis poſſeſſione, nondum ufucapione impleta, adhuc Publiciana competit, ut nominatim de eo, qui bona fide emit, cum putaret eum furere, prædium eſt in *l. 7. §. Marcell. de Publican. rer. act.* eum ufucapere poſſe, & conſequenter habere Publicianam, & per hanc emptionem ufucapionem acquirere in rebus, de quibus eſt ſuperius dictum. Et ſi ſine emptore ufucapio procedit, ut in hac ſpecie, & ſine ufucapione ſchonem nafci: ac ſi jure valeret emptio, quæ fummo jure nulla eſt, quod evenit etiam in ſpecie *Leonis*, *§. ult. de rerum poſſ.* In fimilibus autem poſſeſſionis ex perſona pupilli vel furioſi locum habere. Verum hæc omnia negotium, quamvis fint verifimia in fine huius §. his verbis: *Et ideo neque de evictione ullo modo ſolvitur nihil, nec Publicione competit, nec actione poſſeſſoria*: fed ut jam priden oftendi, ſi ut oportet hæc legantur uno dubio, & conneftendo cum fuperiore hoc modo: *quamvis nulla effet emptio, & ideo neque mihi de evictione ullo modo ſolvatur, nec Publicione competit, nec actione poſſeſſoria*. Hæc, inquam, ſi ita dubius legantur, fenſus erit ſimplex & conſequentiofum, nempe hic, quamvis mero, & ſtricto jure nulla ſit emptio, nec ideo de evictione ullo naturæ emptori competat actio, nec Publiciana, nec interdicto poſſeſſorio, ſtricto jure ſcilicet, tamen utilitatis cauſa, quod a priori fententia repetendum eſt, conſtitit, emptorem ufucapere poſſe, & de evictione ei obtorum actio, & Publiciana competere, ex eorum poſſeſſionis, ex perſona ſuriofi. Atque ita nihil repugnet §. *Marcellus*, qui utilitatis rationem ſpectat, non humanum, qui ſpecies, quod conſtabat receptumque erat, ſpectat, non ius ſcriptum. Non eſt omittendum, quod proponitur in hoc §. *ſi a pupillo*, eum, qui a pupillo rem tutore auctore emerit, ficiens eum effe pupillum, non ufucapere, imo nec longo tempore rem acquirere, *l.ult. C. de prop. emptor.* §. *C. de caſt. poſſ.* Scientem autem rem alienam, etiamſi, quæ a furioſo, erravit in jure, exiſtimans pupillo licere res fuas fine tutoris auctoritate adminiſtrare, quia fcili quidem erroris ad ufucapionem prodeſt, tamen ex errore nulla ufucapio nem prodeſt, *l.31. in pr. pen. §. 4. §. fi pupillus, §. de jur. & fall. fop.* Et ita hæc quæſtio eſt explicanda. Quæ ſequuntur in hac *l. Si tibi*, in quo continentur, fume de acceſſione poſſeſſionis, id eſt, de conjungendis temporibus inter emptorem, & venditorem, temporibus, quibus poſſeſſor emptor, poſſidendo ufucapit, & ex conjunctione temporum perficienda ufucapio, quæ tempore etiam conjungi conſtat ex §. *ſequenti*, in hac *l.* qui præpoſt debuit §. *nam ea*. (†) Eumponi tempus vendentis, id eſt, tempus, quo vendidit poſſeſſit rem venditam, ad ufucapionem procedere. Quod probat etiam *l.14. fop.tit.prox. & l. Pomponius*, §. *poſſeſſa*, *de acquir. poſſeſſ. & l. duobus*. *de reb. dub.* Id vero ita procedit, ſi & venditor & emptor bona fide nacti fint poſſeſſionem, utraque poſſeſſio conjungitur, & expleri perficique impotionem: nam ut ait in hoc §. *ſi eam rem*. *Servus*, *quum pro tempore ufucapionis, ſuerat mihi alienatus effe cœpit dolere*, *eoque non ufucapiebam*. Poſteſſio juſta venditoris, vitiofa poſſeſſioni emptoris non accedit, nec contra vitiofa poſſeſſio venditoris accedit juſtæ poſſeſſioni emptoris, ſed ufucapio demum incipit a poſſeſſione emptoris, quæ bona fides eſt. Et in hac re differentia eſt inter venditorem & emptorem, id eſt, inter ſucceſſorem ei, & ſucceſſorem juris univerſi: nam juſta, id eſt, bona fides poſſeſſio defuncti, accedit vitiofæ poſſeſſioni heredis non procedenti, ſed etiam vitiofæ poſſeſſioni potiorius heres medio tempore non poſſederit, durmodo hæc alius extraneus interim poſſeſſionem nactus fuerit, quæ bona fides poſſeſſionis defuncti prodeſt ufucapienti, quamvis ipſe heres fciat rem alienam effe, de cujus ufucapione agitur: & contra quoque vitiofa poſſeſſio defuncti, heredi ufucapienti nocet. Quod oſtendit ante omnia Paulus in §. *ſi defunctus*, in bonorum poſſeſſore: nam & hic loco heredis eſt, ſucceſſor in jus univerſi: Et in fidecommiſſario Trebellano, qui & ipſe effectu quodammodo heres eſt, *l.3.§.ult.quod cum eo, qui in aliena fide*. Et in cæteris, inquit, *prætoris ſucceſſoribus*, quod nefcimt explicare. Cedo ergo, opinor, veluti in bonorum emptore, qui & prætorius ſucceſſor a Theophilo dicitur in *tit. de bonor. poſſ. prætor.* Et in re, cui libertatem conferrandam curatori defuncti bona bona fide emit, qui & bonæ fidei poſſeſſor ei comparatur. Ergo ſucceſſor prætorius eſt, ſicut bonorum poſſeſſor, in *l. 2. §. antiqui, & §. pofl. de fideic. libert.* Et in eo, qui omiſſa cauſa teſtamenti, in his heres ſcriptus eſt, ab inteſtato poſſidet hereditatem, qui jure prætorio ex teſtamento videtur eſſe heres, *Labeo heredes ſic quaſi veteſt. ſed inſtum*. Et in herede ſcripto ſub conditione instituto, qui ante conditionem præter remittit, nam & hic prætorius eſt heres, quum non ſit heres ſecundum ius civile, *l.1.§. ad ea, ad l. Falc.* Hi vero funt ceteri prætorii ſucceſſores, & ii quidem omnes vice defuncti ſunguntur, id eſt, eadem perſona cum defuncto habent, ut *Theophilus in §. pen. tit. prox. l. ult. C. de impub. & al. ſubſt.* Defuncto autem ſi vivere, cœpiſſe ſuccapione bona fide, mala fides ſuperveniens non nocet, & adepta poſſeſſio bona fide, etiam bona fides ſuperveniens ei non prodeſſet ad ufucapionem, ſi non heredi, vel cuicunque ſucceſſori univerſi juris, qui idem habet, quod defunctus, mala fides ufucapioni obſtet, ſi defunctus bona fide poſſederit, nec heredi, cui bonus fides ad ufucapionem ei prodeſt, ſi defunctus mala fide poſſederit, nec ei ſucceſſori univerſi juris, id eſt, commodi & incommodi: adhibitis paſſivæ & adivæ: bonæ fidei & malæ fidei defuncti.

(†) *Vide Merill.lib.1. Variar. ex Cujac. cap. 40.*

AD §. *ſilicin*. In hoc §. oſtendit ut, jure coptam ufucapionem, nem litis conteſtatione non interrumpi, ut puta ſi rem alienam emerim bona fide emero, quæ nec furiva fit, nec ex publica, & cum eam ufucapere cœperim, adverſarium rem a me petierit, eatra & in judicium dedicta actione in rem, ufucapionem non interrumpit litis conteſtatione non interrumpit. Quinimo, poſt litem conteſtatam fufficit continuare ufucapionem ad effectum & perficiendi & adimpleri. Ufucapione videlicet non interrumpitur, puta ſi poſſeſſio ejus abierit a me, & ad dominum, vel ad extraneum pervenit, cum annodum impleviſſem ufucapionem, quoniam ufucapio jam ante conteſtationem poſſeſſionem nec interrumpit. Itaque abrupto interdum poſſeſſionis, & ufucapionis eſt, five, ut loquuntur, abruptio temporis, *tunc ea fuerunt verba*, ait, *quæ ante conteſtationem, quamvis poſſeſſione apud me, ufucapio non interrumpebatur*. Quod enim objicitur *in §. poſſeſſa pomponius, de rei vind. & l. 3. inf. pro donato, & l. ſed. Scævola, ad publ.* Nam & ſi poſt litem conteſtatam incipiam malæ fidei poſſeſſor eſſe, quia cognofco rem alienam eſſe, aut non deſtæ hominem, qui eius rei dominum ſe eſſe adfeverat, *l.ſed & ſi*, §. *fi autem*, *de petit. hered.* tamen fufficit initium poſſeſſionis, & ufucapionis bonæ fidei fine vitio fuiſſe, nec mala fides ſuperveniens interrumpere ufucapionem legitimam poſſeſſ, ex 12. tab. ne luſtrationem quidem, quæ protinus tempus habet, quam legi-

gitimus, quæ tamen hodie successit in locum legitimæ. A Si mala fides, vel scientia rei alienæ intervenisse non interrumpit usucapionem? ergo nec litis contestatio, quæ hanc scientiam parit. Et hoc confirmatur etiam *l. bona fide de acquir. rer. dom. l. 2. §. 9. de ædil. in fine, tit. proc. fisp. & emphiteuticæ fugitivæ de jure. rustic.* Verum si dominus, qui cum rem eius usucapiemus, mecum agit actione in rem, me condemnavit, etiamsi usucapionem iste prodente opposuerim, prodesse mihi, quod ex ea agitur, quamque medio tempore usucepi, adhuc, qui causam tenuit rebellionis capior, ne mora judicii ulteriori quæstus cedat. *l. 1. §. pl. arrogatur.* ergo nec litis contestatio, quæ Theophilus expositit in tit. *de divis. §ipolar. l. sicut*, §. *sed si quæratur*, *si fero. simil.* Atque ita post litem contestatam rectum condemnatione pollicitationis, quæ in præteritum æstimatur non in futurum. Quod obtinet etiam in B præcipitione longi temporis, triginta, aut quadraginta annorum, quibus absentes præscribunt, ut *Basilicis* docentur: quæ tamen præscriptio hoc amplius habet, ut & ab initio interrumpatur litis contestatione, vel qui alia interpellatione, & contraversia mota, etiamsi ea lis, vel controversia omissa, nec perasta, nec condemnatio secuta fuerit. *l. 3. Code pr. lon. temp.* Quod ulucapio non habet, quæ ipso tempore currit, si rure competit, non usi usfructuarius, sine intermissione possessionis interpellatur, intermissionis bona fides non interpellatur. At quid fiet si rem alienam bona fide emero & possedero, quæ ante usucapionem impedivero, & dominus a me eandem rem petat, & maluero dominus litis, sive res æstimationem præstare, quam interim prudente lite usucapionis necessitas, id est, usucapionem impleri. An hac via usi possum, ut res dominium obtinentem C omnia usucapione? Quod non videtur. Quia non potest fieri: Ut ipsi mutuæ causiam pollicitationis quæ certissima iuris regula, *l. 3. §. illud. 3. qui tuto*, *& vult. de acquir. possess. ff. l. 1. C. ead. tit. cum filium*, *& quod vulgo*, *fisp. tit. prox. l. 2. §. 1. tit. fisp. l. 5. tit. pro dotale*. Et litis æstimationem præstare, quam interim fructuum præstationem petitori, proculdubio mutatur causa possessionis, qui nunc possidere incipiens, tanquam dominus res mihi quæsito, non ut ex civili jure ulucapio, sed tunc quæ tantum per traditionem a domino factam, quasi ex emptionis causa, non ut fubiciatur in *l. 3.* quæ fequitur litis æstimatio familiæ eli emptæ. Qui vi, clam, aut precario a D dominio æstimationem præstitit, atque ita judicio liberatur, eam rem a dominio emere videtur. Hoc enim eli quod dicitur, litis vice res æstimationem familiæ esse emptam, ut *l. 1. hoc tit. l. si propter*, *rer. amot.* adde & traditioni & emptioni, *l. 5. §. 1. commod.* Et mutatur quidem causa possessionis, & res fuiferit & inferat litis æstimationem, & non ipse libi folus eam mutat, quia nec potest libi quisquam folus quam voiet efficere possessionis causam, sed dominus voluntate possessionis causa mutatur, confenfu dominii, novo jure possidere incipit, qui accepta æstimatione efficit, ut deinceps eam rem, quæ de ea erat, possidere pro empore, ut *l. 4. si nemo in pauperiem*, *fisp. tit. prox.* Quod exnit etiam, ut proponitur in hoc §. fi rem, quam quis bona fide emerit a non domino, dominus a domino erit: quod eanm possidebat pro empore, & ulucapere incipit facto, & voluntate domini, non facto fuo, & ure fuo poffidere pro donato, ut *ipse dicit in l. 3.* quæ fequitur vel debeat, quia dominus fubiicit eft: unde rem fuam ulucapit.

A

B

C

D

E

Ad L. I. Pro donato. *Pro donato is ulucapit, cui donationis causa res tradita est, nec sufficit opinari, sed & donatum sibi operatur.*

Ad §. Si pater filii, *quam in possessione habet, donet, desinit decedere: filius pro donato non ulucapit pro, quoniam nulla donatio fuit.*

Ad §. Si inter virum, *& uxorem donatio facta sit, cessat ulucapio. Item si virum rem donaverit, & divortium intercesserit, cessat ulucapionem, Cassius respondit, quoniam non possit tantum possessionis sibi causa mutare. Affirmat, sed discretion ita ulucapionem, si eum maritus concesserit, quasi suus domino intelligatur. Possidere autem uxorem rem a viro donatam, Julianus putat.*

relictio ulucapere potest: derelictum autem a domino non A ulucapit, sed ejus statim jure gentium, & eam occupanti, dominus efficitur dominus autem res dominio cadit statim, atque eam derelinquit, ex sententia Sabini, quæ obtinuit: vel, ut ait Paulus in hac l. ex ea, Juliano, & Sabinianus fuit. Quæ sententia etiam confirmatur *l. sollet 34. §. qui alienum*, *de furtis*. Ergo dominus statim atque rem suam pro derelicto habuit, cius rei dominium amittit, nec quisquam eam rem occupaverit: interim igitur dominium vacat, in eft, donec quis eam pro poffeffionem apprehenderit, *l. quemadmod. §. 1. de usu act.*

Ad L. II. Pro legato. *Si possessionem aliquam rem, quam pistorium mihi legarat, nemo me efficit, possessio non ulucapionis.*

Ad §. Sed Proculus *non dubitavit rem, quam dominus fieri, usi ab alio possessa fuerit. Julianus desinere quidem amittentis esse, non fieri autem alterius, nisi possessa fuerit. Et recte.*

Ad L. III. Pro derelicto. *Pro derelicto res a domino habetur, si feramus, possumus adquirere.*

Ad §. Sed Proculus *non dubitavit rem, quam dominus fieri, usi ab alio possessa fuerit. Julianus desinere quidem amittentis esse, non fieri autem alterius, nisi possessa fuerit. Et recte.*

Ad L. IV. Pro legato. *Cum quidam libertum fecum in Asiam misisset ut purpuras emeret, & ut testamento suum sua tamen purpuram legasset: pervenit ad eum, si quam purpuram vina ex libertus vasisset, Servium respondisse.*

Ad L. II. Pro dote. *Si æstimata res aute nuptias tradita fuerit pro empore, nec pro fisc ante nuptias ulucapietur.*

IN principio ait, *Pro donato is ulucapit, cui donationis causa res tradita est, nec sufficit opinari*, &c. Hæc est mea Paulí idem fervari in donatione, quod in empione, videmus: puta ut ficut, quod revera emptum non eft, nisi fuiffet error interveniens, ita nec pro donato, quod revera emptum non eft, nisi fuiffet error interveniens, non poteft, ut & pluribus verbis & exemplis eft demonftratum in *l. 3. in principio, & Iunc Sicilicum*, *pro empt.* in quod donatio differt: nec enim donatio emptio fuit, nisi fubfit, pro donato ulucapi non potest: An hic eft fenfus horum verborum? minime. Nam id tantum in ulucapionibus vitiofi obfervatur, ut non titulus ulucapionis generi de oportet, non in ceteris titulis five caufis poffeffionum. Verum Paulí mens eft: *pro donato ulucapi non potest*, ait tanquam debita ex conditione quod tradita eft a non domino bona fide accipienti, licet re vera nulla donatio, nullave fcilpotio donationis causa emptionis interfuerit: nisi etiam rem, quam quis falfo opinetur fibi donatam effe, fi tradita ei etiam ex causa donationis non fit, hoc eft uno verbo: *Errantes falfe causa non ulucapiunt*, non etiam ex causa traditio facta fuerit, quæ errorem illum contineavit, corroboraverive, *l. 3. & 4. tit. pro fuo*, *l. Pomponius*, *de pur. &c.* His confequens eft, quod fequitur in §. 1. huius legis.

AD §. *Si pater*. Si pater filiofam. rem donaverit, & mortua ea donatrice, ea donatio neque valet ab initio, neque morte patris confirmatur, hoc jure fcil. quod obtinuit non fuiffe inter. *l. 6. ff. de donat. inter vir. & uxor. l. 6. de donat. inter vir. & uxor. l. 2. de donat. inter vir. & uxor.* Dominus igitur nulla eft. Et idco pro donato ulucapi non poterit, quia filius erat in caufa poffeffionis, donationem fubefle exiftimans, quæ nulla fubeft, quæ non infecta eft, & nulla quoque a patre poffeffio civilis, licet rem donatam filiofam tradiderit, in filium tranfeat poffeffio inteftiffium, fine qua ulucapio non procedit, fue poffeffionem filiduet civili, quæ animo domini poffidetur, fed naturalis tantum translata intelligitur, *l. 3. ult. fin. pro. empt.* Additur fimile exemplum in *l. 6. de donat. inter. vir. & uxor.* in qua mihi non valet, fed morte quidem donatoris confirmatur ex oratione Severi, de qua in *l. ult. Iunct. de donat. inter. vir. & uxor.* At nullo modo, fola confirmatur a fatis poft divortium donatio valet, fola confiftunt matrimonio non valet, nec divortio confirmatur. Unde Pro voluntate domini rem, etiamfi poffideat, non incipit poffidere, effectue ulucapio pro donato, qua nulla donatio fuit. Et ipfo fibi mulier mutare caufam poffeffionis non poteft, & nullum efficere tam, quæ naturalis eft per fe fola, fed mutabitur tamen caufa poffeffionis, fi poft divortium donatus retam donationem habuerit. Et nunc incipiet poffidere animo poffidendi, & ulucapere. Ante enim bitionem poffidere quidem pro donato uxorem Julianus ait, ut hic refertur. Poffidere fcilicet naturaliter, *l. 1. §. ult. de acquir. rer. dom. l. 1. §. 1. de adq. poss.* Sed non etiam ulucapere, quia poffeffio naturalis fola non parit ulucapionem: rem ulucapere, inquam, proprium mariti, quæ capiemem: rem ulucapere, inquam, proprium mariti, quæ uxorius ei donavit. Sed fi forte mariti ex liberalitate imprudens rem alienam, rerum eft hanc rem ulucapi poffe. *l. 3. §. 1. l. ſed & ſi conſtante*, *de donat. inter. vir. & uxor.*

AD L. II. Pro derelicto. *Pro derelicto res a domino habetur, fi feramus, poſſumus adquirere.*

AD §. Sed Proculus *non dubitavit rem, quam dominus fieri, uſi ab alio poſſeſſa fuerit. Julianus deſinere quidem amittentis eſſe, non fieri autem alterius, niſi poſſeſſa fuerit. Et recte.*

AD L. III. Pro derelicto. *Pro derelicto res habetur, ſi derelinquendi animo abiecta eſt.*

AD §. *Si pater*. Si pater filiofam. rem donaverit, & mortua ea donatrice, ea donatio neque valet ab initio, neque morte patris confirmatur, hoc jure fcil. quod obtinuit non fuiffe inter. *l. 6. ff. de donat. inter vir. & uxor. l. 6. de donat. inter vir. & uxor. l. 2. de donat. inter vir. & uxor.* Dominus igitur nulla eft. Et idco pro donato ulucapi non poterit, quia filius erat in caufa poffeffionis, donationem fubefle exiftimans, quæ nulla fubeft, quæ non infecta eft, & nulla quoque a patre poffeffio civilis, licet rem donatam filiofam tradiderit, in filium tranfeat poffeffio inteftiffium, fine qua ulucapio non procedit, fue poffeffionem filiduet civili, quæ animo domini poffidetur, fed naturalis tantum translata intelligitur, *l. 3. ult. fin. pro. empt.* Additur fimile exemplum in *l. 6. de donat. inter. vir. & uxor.* in qua mihi non valet, fed morte quidem donatoris confirmatur ex oratione Severi, de qua in *l. ult. Iunct. de donat. inter. vir. & uxor.* At nullo modo, fola confirmatur a fatis poft divortium donatio valet, fola confiftunt matrimonio non valet, nec divortio confirmatur. Unde Pro voluntate domini rem, etiamfi poffideat, non incipit poffidere, effectue ulucapio pro donato, qua nulla donatio fuit. Et ipfo fibi mulier mutare caufam poffeffionis non poteft, & nullum efficere tam, quæ naturalis eft per fe fola, fed mutabitur tamen caufa poffeffionis, fi poft divortium donatus retam donationem habuerit. Et nunc incipiet poffidere animo poffidendi, & ulucapere. Ante enim bitionem poffidere quidem pro donato uxorem Julianus ait, ut hic refertur. Poffidere fcilicet naturaliter, *l. 1. §. ult. de acquir. rer. dom. l. 1. §. 1. de adq. poss.* Sed non etiam ulucapere, quia poffeffio naturalis fola non parit ulucapionem: rem ulucapere, inquam, proprium mariti, quæ capiemem: rem ulucapere, inquam, proprium mariti, quæ uxorius ei donavit. Sed fi forte mariti ex liberalitate imprudens rem alienam, rerum eft hanc rem ulucapi poffe. *l. 3. §. 1. l. ſed & ſi conſtante*, *de donat. inter. vir. & uxor.*

AD L. IV. Pro legato. *Cum quidam libertum ſecum in Aſiam miſiſſet ut purpuras emeret, & ut teſtamento ſuum ſua tamen purpuram legaſſet: pervenit ad eum, ſi quam purpuram vina ex libertus vaſiſſet, Servium reſpondiſſe.*

QUidam cum in Aſiam miſſiſſet ad Tyrias purpuras emendas, moriens prius, quam redditet libertus, uxori tanam purpuram legavit, an etiam uxori debetur tana purpura, quam libertus in Aſia emit, qua nondum perveneat ad teſtatorem: & quidem fi eam jam emerit vivo teſtatore, legato cedit: ceterum empta poſt mortem teſtatoris, legato non cedit: ergo nec pro legato ulucapi poteſt, quia legato non eſt, nec legatum effe alia ſubeſt cauſa, quæ perſuadeat. Et verba legati, *lego uxori meæ tanam purpuram*, referuntur ad tempus mortis: nempe quæ eſt in bonis meis mortis meæ tempore, *l. 1. §. ult. de ſtip. ſervum meum purpuram nemini lego*, non obſtat: nam ſi adjecifiet, *nemini*, nova legati tinctura relcreretur ad tempus teſtamenti, nec crederet legato hanc a libertio empta poſt teſtamentum vivo teſtatore, *l. 8. cod. tit. vivo tibi teſtatore*.

manumisso agatur, rei judicatæ exceptionem nocere Labeo ait. A

De actione vi bon. rapt. quæ intra annum utilem, quo primum ea de re experiundi potestas fuerit, competit in quadruplum, post annum in simplum, *l.2.§.in hac act.h.t.l.ult.C.eod.* Et si quid servus rapuerit, similiter in dominum competit intra annum utilem in quadruplum, cum noxæ deditione, id est, sub hac lege, ut quadruplum inferre non cogatur, si paratus sit servum noxæ dedere, *l.pen.C.eod.tit.* Sed (quam in rem est singularis *l.3.*) si is, cujus bona rapta sunt a servo alieno, intra annum agere potuerit cum domino in quadruplum noxali judicio, nec egerit, atque ita annus præterierit, post annum cum eodem servo manumisso si agat, quasi scilicet noxa caput sequatur, secundum regulam juris, si, inquam cum manumisso agat in quadruplum post annum, qui intra annum non egit cum domino in quadruplum, cum agere poterat, cum experiundi potestas erat: excluditur præscriptione temporis, quia & hoc est singulare, cum quocunque experiundi potestas fuerit actione vi bonor.rapt. intra annum utilem, hæc actio anno utili perimitur. Satis est si vel cum aliquo fuerit potestas, facultas hoc judicio experiundi, ut excludatur actor, ne experiatur eodem judicio cum alio quoquam, vel si agat, ut excludatur præscriptione anni. At in simplum actio proculdubio anno non perimitur, id est, rei vi ereptæ integra persequutio est, atque perpetua. Quod si intra annum is, cujus bona servus alienus rapuit, egerit cum domino, & litis æstimationem sustulerit, id est, quadruplum, ac deinde agat cum manumisso, excluditur exceptione rei judicatæ, etiamsi in simplum tantum cum manumisso agat, ut hic Græci addunt recte. Quia in quadruplo, quod abstulit, inest simplum, hæc enim actio mixta est, tam pœnæ, quam rei persequendæ gratia comparata, & exceptio rei judicatæ locum habet, quia etsi priore judicio actum sit cum domino, nunc non agatur cum eodem domino, sed cum manumisso, tamen agitur eadem de re servi nomine: noxalis actio in dominum intenditur servi nomine, & manumissus quoque suo nomine convenitur, atque ita quodammodo cum eodem homine iterum agi videtur eadem de re. Et merito obstat exceptio rei judicatæ, ne actum agatur, ne iterum agatur. Itaque recte ait, ei, qui egit cum domino, quique dominum exegit, agenti postea cum servo, obstare exceptionem rei judicatæ. Sed quid si dominum non exegerit? Quid si dominus absolutus fuerit noxali judicio? an cum manumisso agi poterit actione vi bon.rapt.? Quod Accurs. non admittit rectissime, ne scil. sæpius de ejusdem hominis admisso quæratur *l.6.§.ult.naut.caup.stab.* Et indistincte etiam hæc lex ait: Iterum agenti cum manumisso obstare exceptionem rei judicatæ si ante egerit cum domino noxali actione: *si egerit*, inquit, sive vicerit sive non vicerit, posset quis tentare in hac specie non esse necessariam exceptionem rei judicatæ, quia electo domino, in quem agatur noxali judicio, manumissus ipso jure liberatur: ergo non est ei necessaria exceptio rei judicatæ. Et hoc est proditum in *l.43.inf.de furt.* si furti noxali actione cum domino actum sit, manumissum ipso jure liberari, quasi pactione decisum sit cum manumisso, ne cum eo ageretur electo manumissore, quæ pactio ex 12. tabul. actionem tollit ipso jure. Sed observandum est, hoc tantum in ea lege esse proditum de actione furti, quæ ipso jure ex 12. tabul. decisione, transactione, pactione nuda tollitur, quia pactio est legitima, *l. [illegible], §.si pacisc. l.si tibi §.1.de pact.l.si pro fure, [illegible] l. 13. C. de furt.* Idem etiam non est cautum lege de actione vi bonorum raptorum, ut pacto ipso jure perimatur, quod tacitum non minus momenti habet, quam expressum in actione scilicet furti, quæ est civilis actio, id est, ex 12. tab. ex quibus etiam pacto perimitur, sed non etiam actio vi bonorum raptorum, quæ est prætoria, non civilis.

Ad L. IV. de Inc. ruin. naufr. *Pedius, posse etiam dici [illegible] rapere, qui dum naufragium fiat, in illa trepidatione rapiat.*

Ad §. Divus Antoninus *de his, qui prædam ex naufragio diripuissent ita rescripsit: quod de naufragiis navis & ratis scripsisti mihi: eo pertinet, ut explores, qua pœna afficiendos eos putem, qui diripuisse aliqua ex illo probantur, & facile (ut opinor) constitui potest. Nam plurimum interest, peritura collegerint, an quæ servari possint, flagitiose invaserint. Ideoque si gravior præda vi adpetita videbitur: liberos quidem fustibus cæsos in triennium relegabis: aut si sordidiores erunt, in opus publicum ejusdem temporis dabis: servos flagellis cæsos in metallum damnabis. Si non magnæ pecuniæ fuerint, liberos fustibus, servos flagellis cæsos, dimittere poteris. Et omnino, ut in ceteris, ita in hujusmodi causis, ex personarum conditione, & rerum qualitate, diligenter sunt æstimanda, ne quid, aut durius aut remissius constituatur, quam causa postulabit.*

Ad §. Hæ actiones *heredibus dantur. In heredes eatenus dandæ sunt, quatenus ad eos pervenit.*

B Nunc transeamus ad *l.4.de inc.ruin.naufr.* quæ est ultima. Et de iis, quæ ex naufragio navis aut ratis (quod trahitur etiam, ut hic titulus significat, ad villam & domum) ex naufragio, inquam, ratis, aut villæ, aut domus diripiuntur. Ac primum docet ex naufragio rapere eum videri, qui eo tempore, quo naufragium fit, in ipso tumultu, in ipsa trepidatione naufragii rapit aliquid, non qui paulo post naufragium. Hic tenetur furti, aut vi bonorum raptorum, qui paulo post naufragium quid rapuit, non ex edicto hoc de incendio, ruina, naufragio, ut *l.seq.& l.3.in prin.h.t.* Cum eo autem, qui ex naufragio quid rapuit, vel etiam ex incendio, aut ex ruina, dupliciter agi potest, criminaliter, & civiliter. Et ex rescripto divi Pii, quod proponitur in hac l.4. criminali judicio ita coercetur is, qui ex naufragio quid rapuit, ut si liber fuerit, qui graviorem prædam, C id est, qui magnæ pecuniæ, magni pretii prædam rapuerit, vi appetierit, fustibus cæsus in triennium relegetur: sordidior autem æque in opus publicum trium annorum detur: neutra pœna irrogat capitis deminutionem. Ideoque Paulus in *l.4.Sent.* rectissime, in insulam relegatos, & opus publicum ad tempus damnatos retinere civitatem, si civitatem, ergo & libertatem: quia servus non potest esse civis: At in hoc rescripto hæc verba: *Liberos quidem fustibus cæsos in triennium relegabis*: hæc verba, inquam, fustibus cæsos in hoc loco, omnino mihi videntur esse trajecta, quia ii tantum liberi homines, qui sordidiores, humiliores, tenuiores sunt, fustibus subjiciuntur, non etiam honestiores, *l.capitalium 28.§. non omnes, de pœnis.* Unde ita legendum videtur, *liberos quidem in triennium relegabis, aut si sordidiores erunt, fustibus cæsos in opus publicum ejusdem temporis dabis.* D Cum enim sordidiores opponat liberis, ergo liberos ante intellexit ingenuos, & honestiores. Denique confert ingenuos liberos & honestiores cum liberis & humilioribus: hos fustibus cæsos operi publico in triennium mancipari, illos æque in triennium relegari, sed fustibus non cæsos, quia honestiores fustibus non subjiciuntur. Pœna hæc est viliorum liberorum hominum. Sequitur in hoc rescripto, *flagellis servos*, qui quid ex naufragio diripuisse dicuntur, *flagellis cæsos in metallum damnari*. Qua pœna nulla est gravior: certe adeo est gravis, ut qui eam subeunt, dicantur esse servi non fisci, non cujusdam hominis, non unius cujusdam hominis certi, sed servi pœnæ, servi supplicii. Hinc vero apparet differentia inter fustes, & flagella: Fustes sunt verbera liberorum & humiliorum quidem duntaxat, non honestiorum: flagella, taurea, quæ & *taureas* dixerunt, *lora, flagra*, verbera sunt servilia, in *l.servorum 10.de pœnis.* Unde & E recte in *l.12.de jur.fisci*, quod alias docui, *verbera servilia* recte Accursius interpretatur, *flagella*. Nam & ita Justinus lib.1. *Cum per lasciviam*, inquit, *contumaces flagellis cecidisset inverberibus dignantibus parentibus ingenuos homines, servilibus verberibus affectos.* Liberos homines flagellis adficere, flagellis cædere gravissima injuria est, *l.10.§.pen.de in jus voc.* mitiores sane sunt fustes, quam flagella. Unde & fustium admonitio dicitur: flagellorum autem castigatio, *l.7.de pœn.* Lenior est admonitio, quam castigatio. Tertullian. in Apolog. cap.41. ut, *omnes seculi plagæ nobis, si forte, in admonitionem, vobis in castigationem a Deo obveniant.* Ac præterea ictus de fustium solus nullo modo irrogat infamiam, *l. ictus, de iis qui not. infam. l. neminem, C.eod.tit.* Ictus flagellorum quo-

quodammodo irrogat infamiam. Nam inhonestum esse A dicitur in ordinem decurionum eum allegare, qui quandoque flagellis cæsus fuit, *l.eos, de decur.* Hanc differentiam etiam comprobat, quod subjicit D. Pius, si parvæ pecuniæ præda sit, quæ direpta sit ex naufragio, liberos fustibus, scilicet si humiliores fuerint: servos flagellis cæsos absolvi & dimitti. Qualitas rei, quæ ablata est, quantitasve auget aut minuit crimen & pœnam. Et similiter conditio personæ, quæ crimen admisit, auget aut minuit pœnam. Et ut eleganter scriptum est in extremo hujus rescripti: *Omnino, ut in ceteris, ita in hujusmodi causis*, id est, in criminum executione, *ex personarum conditione, & rerum qualitate pœnæ diligenter æstimandæ sunt, ne quid aut durius aut remissius constituatur, quam causa postulavit.* Denique in pœnis hæc mediocritas probatur, *μήτε σφοδρότερον, μήτε παραχωρητικώτερον*. Ad hæc observandum est in hoc rescripto, ab B iis, qui naufragia eripiunt, quæ servari poterant, separari eos, qui peritura naufragia colligunt: neque enim naufragii collectio vetita est, quæ fit bona fide, etiamsi fiat a non domino, cupienti rem alteri non perire, alteri rem servare. Et tamen si inspiciatur *l.7.h.t.* caveri in ea videtur, ne quis extraneus colligat naufragia, ut hæc res soli domino relinquatur, qui naufragium facit, sed loquitur de extraneo, qui intervenit irrogatus colligendis naufragiis, qui temere emisit se, dum dominus naufragia sua colligit, cujus officium est suspectum. Itaque non vult quenquam irrogatum intervenire colligendis naufragiis, quæ scilicet domini ipsi colligunt. Ceterum absentibus, aut non curantibus dominis, quin possit quisque amicus eis peritura colligere, non est dubium. Quod est in extremo hujus legis non est de C criminali judicio, de quo est rescriptum illud D. Pii elegantissimum, sed est de actione civili ex hoc edicto, quæ intra annum utilem in raptorem datur in quadruplum, post annum in simplum, sicut actio vi bonorum raptorum, quæ ut illa etiam actio vi bonorum raptorum heredib. quidem datur ejus, cujus bona direpta sunt, non datur tamen in heredes raptoris, quia pœnalis est actio, nisi quatenus ad eos pervenerit, id est, quatenus ex scelere defuncti locupletiores facti fuerint, ne scelere alieno ditentur, quo nihil est apertius. Proxima recitatione veniam ad lib. 55.

JACOBI CUJACII J.C.

In Lib. LV. PAULI AD EDICTUM,

RECITATIONES SOLEMNES.

Ad L. VI. de Injur. *Quod Senatusconsultum necessarium est, cum nomen adjectum non est ejus, in quem factum est, tunc ei, quia difficilis probatio est, voluit Senatus publica quæstione rem vindicari. Ceterum si nomen adjectum sit: & jure communi injuriarum agi poterit. Nec enim prohibendus est privato agere judicio, quod publico judicio præjudicatur: quia ad privatam causam pertinet. Plane si actum sit publico judicio, deneganda est privatum, similiter ex diverso.*

Ea, quæ habemus primum ex Libro LV. pertinent ad actiones vi bonorum raptorum, de qua Paulus libro superiore scripsit, rapta occasione ab eo, quod furtivæ res, aut vi ereptæ usucapi non possunt, antequam redierint in potestatem domini, vel ejus heredis. Ab actione, inquam, vi bonorum raptorum nescio qua ratione Paulus transitum fecit ad actionem injuriarum, de qua est hic liber, nisi forte, cum quatuor tantum sint privata delicta, & quæ oriuntur ex eis quatuor actiones privati judicii, actio furtiva, actio vi bonorum raptorum, actio legis Aquiliæ, & actio injuriarum, & jam dixerit satis de actione *l.Aquil.lib.22.* & de actione furti *lib.39.* hoc loco dicendum existimarit, post actionem vi bonorum raptorum, de qua, ut dixi, egit superiore libro, de actione injuriarum, quod forte & hoc ordine in edicto perpetuo hæ quatuor actiones propositæ essent diversis locis, non ferie continua. Ex hoc autem lib. 1. dabimus *l.6.de injur.* quæ est de Senatusconsulto, quo constituitur judicium publicum, publicave accusatio, actio in eum, qui ἐπιγράμματα, ut est in *l.* quæ præcedit, quo nomine significantur non tantum *ἔμμετρα*, sed etiam *καταλογάδην* scripta, *prosa aut versu scripta*, ut loquuntur Apulejus & Ausonius, qui inquam, ἐπιγράμματα, vel qui quid aliud sine scriptura, veluti imaginem in notam aliquorum produxit, vel emendam, aut vendendam curavit. Et hoc quidem Senatusconsultum, ut ostendit Paulus in hac lege, maxime necessarium est, si is, qui quid fecit, quod pertineat ad injuriam alterius, nomen ejus non adjecerit, in cujus infamiam id fecerit. Quia enim certa non est persona, quam injuria adficere voluit, nec ulli privata injuriarum actio dari potest, *l.15.§.cui non sine causa.* B Itaque necesse est, hanc rem publica quæstione vindicari, quod & senatus introduxit, quia difficile est probare, cui facere voluerit injuriam, qui id fecit: difficultas probationis facit, ut cessat privatum judicium injuriarum, & locus sit duntaxat publico ex Senatusconsulto. At si nomen adjecerit, non tantum est locus publico judicio ex SCto, vel ex *l.Cornel.de injuriis*, quæ & de injuriis omnibus, ut opinor, publicum judicium introduxit, *l.hos accusare, §.ult.de accusat.l.2.§.deinde Cornel.de orig.juris*: non tantum, inquam, locus est publico judicio, quod scilicet patet omnibus, sed etiam jure communi, ei, cujus nomen expressum est, agere licet civili & privato judicio injuriarum ex edicto prætoris, quo si experiri malit, non est ideo prohibendus, quod publico judicio præjudicium fiat, quod prius agatur privato, C quam publico, quod est majoris momenti, quia suam causam agit non publicam. Eodemque modo dicam de cæde & veneno non tantum publico judicio ex *l. Cornelia de sicar.& venef.* agi posse, aut si quis cœtum aut concursum fecerit, quo minus reus in jus produceretur, vel si quis de servo alieno quæstionem habuerit injussu domini, dicam similiter non tantum judicio publico agi posse ex *l.Jul.de vi privata*, sed etiam privato judicio injuriarum. Priore casu non tantum publico judicio ex *lege Cornel. de sic.* sed etiam privato injuriarum, ut *l.seq.§.1.* Et posteriore casu non tantum publico judicio ex *lege Julia de vi*, sed & privato injuriarum, ut ostenditur in *l.4.ad leg.Jul.de vi priv.* Quæ cum sit ex hoc libro 55. huic legi 6. applicanda est, ita ut mox demonstrabitur.

D Ad L.IV.ad l.Jul.de vi priv. *Legis Juliæ de vi privata crimen committitur, cum cœtum aliquis & concursum fecisse dicitur, quo minus quis in jus produceretur.*

Ad §. Et si quis *quæstionem de alterius servo habuisset. Et ideo moderatius edicto prætoris de injuriis utendum esse.*

bita repetituros, ut creditor non habeat, nisi decem, quæ sola ei a duobus reis debebantur: nec sua decem, quæ solvit, repetet unus potius, quam alter, quia nec apparet uter indebitum solverit, quia pariter solverunt. Ut igitur par sit ratio omnium, melius est singulos repetere quina: pariter solverunt viginti, id est, uno eodemque tempore, non simul ambo: nam si diversis temporibus singuli solverint dena, qui prior solvit, non habet repetitionem, quia debitum solvit, posterior decem, quæ solvit quasi indebita, repetere potest, *l. cum duo, inf. hoc tit.* Item si ambo simul solverint 20. scientes præsentesque, qui posterior solvit, non habet condictionem, quia solvit per errorem juris, nesciens se solutione prioris liberatum esse. Error juris non inducit condictionem, sed error facti tantum, *l. cum quis, C. de jur. & fac. ignor.* Ponendum igitur est, quod & Græci ponunt hoc loco, unumquemque solvisse decem, nesciente altero, puta solvisse per alium, per nuntium, aut tabellarium, non per se, *διμέτισον ἑκάτερον. Pone*, inquiunt, *unumquemque ignorante altero, misisse per alterum creditori nummos.* Ex quo intelligitur, aliud esse *pariter*, *aliud simul ambo*, *aliud ἅμα*, *aliud ὁμοῦ*. Porro l. 20. ait idem esse, si reus principalis & fidejussor pariter 20. solverint, cum in obligatione essent decem tantum: Singuli enim repetent quina. Et in hac causa (inquit, quod notandum) reus & fidejussor non distant a duobus reis debendi. Recte in hac causa. Nam in aliis causis, multum distant reus & fidejussor ejus a duobus reis debendi. Fidejussor compensare potest, quod reo principali debetur, *l. 4. & 5. de compensat.* Correus vero non potest compensare, quod correo debetur, nisi socius sit, *l. si duo, de duob. re. constit.* fidejussor si solverit, habet in reum principalem actionem mandati, vel negotiorum gestorum, *l. 20. mand.* Correus si solverit, adversus correum nullam actionem habet, quia suo nomine solvit, *l. si pro parte, §. ult. de in rem verso.* Utriusque correi par causa est, *l. ult. in princ. quæ in fraudem credit.* Singuli enim sunt rei principales, fidejussor non est reus principalis, sed accessio & sequela principalis obligationis, *l. 5. §. penult. de inst. act. l. 93. de solut.* mora rei fidejussori nocet, *l. mora, de verb. oblig.* mora correi, correo non nocet, *l. in condemnatione, §. pen. de reg. jur.* & est hodie ex Novella Justiniani *de fidejussoribus*, inter eos certissima differentia, quod etsi electio permittatur creditori, ut eligat ex duobus reis quem voluerit, quem conveniat, & condemnet, eadem ei electio non permittitur in reo & fidejussore. Prius enim conveniendus & excutiendus est reus principalis, quam fidejussor. Qua ratione si hodie reus & fidejussor solverint 20. id est, singuli decem, cum decem tantum deberentur, dicerem soli fidejussori competere condictionem decem, quæ solvit per errorem, cum existimaret totidem reum non solvisse, & non esse solvendo. Quam in rem est valde singularis Glossa l. 20. Est tamen etiam alia causa, in qua reus & fidejussor non distant a duobus reis debendi. Nam neque inter correos, neque inter reum & fidejussorem locus est beneficio divisionis, quod induxit epistola divi Adriani, invito creditore, *l. si plures, §. ult. de fidejus. l. si ex toto, §. ult. de legat. 1. l. reos, de duob. reis.* His cognitis videamus, quid sit dicendum, quæ est quæstio hujus *l. 21.* si duo sint debitores non ejusdem pecuniæ, inquit, sed alterius obligationis, id est alternatæ obligationis, ut si singuli debeant Stichum aut Pamphilum sub disjunctione, quo genere uterque servus est in obligatione, unus tantum in solutione, *l. si duo, de verbor. obligat.* & electio est debitoris quem solvat, *l. plerumque, §. ult. de jur. dot.* Quid autem dicemus, si pariter solvant utrumque, unus Stichum, alter Pamphilum? vel quid si debeant singuli sub disjunctione, sub alternatione, togam, aut denaria mille (dicit Paulus denaria mille, more Græcorum, ut Plautus, *in Rud. centum denaria Philippæa in pascolo*, id est, in marsupio) Quid ergo si singuli debeant sub alternatione togam, aut denaria mille, & pariter utrumque solvant per errorem, unus togam, alter denaria mille, an possint singuli condicere partes, sicut illi, qui cum deberent decem, solverunt 20. condicere possunt partes, ut supra dictum est, puta, quina: an similiter & in hac specie unus poterit condicere partem Stichi, alter partem Pamphili, vel unus partem togæ, alter partem mille denarium? Minime, quia, ut ait, nec ab initio solvere potuerunt partes hominum, vel togæ. Et cujus rei arbitrium non haberet in solutione, id etiam æquum est, ut nec habeat in repetitione: non potuerunt solvere partes: ergo non poterunt etiam repetere partes. Non est etiam æquum, utrumque servum retinere, vel utramque rem creditorem retinere, cum altera contentus esse debeat, sicuti fert jus, & conditio alternatæ obligationis: & vicissim non est æquum, utrumque debitorem rem, vel hominem, quem solvit in solidum, repetere, aut unum potius repetere, quam alterum. Fac utrumque velle repetere quod solvit. Impedient se invicem, quia non statuunt, aut non possunt statuere, uter potius repetat. Si inter eos conveniret, quis repeteret quod solvit, & quis non repeteret, nullus esset labor. At quid fiet, si uterque repetitione uti velit, Paulus definit, melius esse neutri repetitionem dari, & in electione creditoris, & arbitrio ponere, cui reddat, quod ab eo accepit, ut eo electo alterius repetitio impediatur. Hoc, inquit, casu, rei scil. expediendæ gratia (quod notandum) electio est creditoris cui velit solvere, id est, reddere quod accepit plus debito, cui velit reddere decem. Hoc casu, quum scilicet sunt duo debitores Stichi aut Pamphili, vel togæ, aut denarium mille. Alias enim si non sint duo debitores, sed unus tantum, qui debeat Stichum aut Pamphilum sub disjunctione, & per errorem utrumque solvat, electio non est creditoris, sed electio est ejus, qui solvit, ut repetat quem volet. Quod Julianus subindicat in *l. cum is, in princ. hoc tit.* quia cum utroque homine, vel altero mortuo apud creditorem, deneget debitori condictionem, quia qui superest remanet in soluto, sane utroque vivo, debitori, qui solvit videtur dare electionem, ut ex iis repetat quem volet. Idque Julianum sensisse etiam Papinianus scripsit auctore Justiniano, *l. pen. C. eod. tit.* Et probat Juliani sententiam tam Papinianus, quam Justinianus ipse, *d. l. pen.* ut scilicet is habeat electionem repetendi, qui & solvendi electionem habuit, abrogata sententia Celsi, Ulpiani, & Marcelli, qui electionem reddendi, & retinendi quem vellet, creditori dabant, quasi creditore jam facto debitore reddendi alterius. Ex exstat hæc Ulpiani sententia adjuncta auctoritate Celsi, & Marcelli in *l. si non fortem, §. pen. inf. hoc tit.* Illo loco, *utroque simul soluto, Sticho, inquit, & Pamphilo mihi*, id est, creditori, *repetendi*, &c. cum tamen uterque non conjunctim, sed disjunctim esset in obligatione, *mihi creditori retinendi quem vellem arbitrium daretur.* Sed explosa hæc sententia est, & correcta igitur omnino *d. l. si non fortem*, in supradicto loco. Inter eosdem Jurisconsultos fuit ratione pari controversia in hac specie; si is, qui debuit Stichum aut Pamphilum, putans se pure debere Stichum, solverit Stichum: nam Julianus ei dat condictionem Stichi, si veritate cognita Pamphilum solvere malit, *d. l. cum is, §. ult.* Celsus autem denegat condictionem Stichi, *l. 19. de leg. 2.* Denique, ut utroque dato & soluto Celsus retentionem, sive potestatem retinendi quem velit creditori dat, ita & altero dato, ejus ei retentionem dat. Julianus vero, ut utroque dato potestatem repetendi quem velit debitori dat: Ita & altero dato potestatem repetendi ejus, & dandi alterius. Et ex mente Justiniani Juliani sententiam sequendum est. At quæro quid dicemus, si debitor unus Stichi, vel si duo debitores Stichi, cum existimarent se debere Stichum aut Pamphilum, solverunt Pamphilum, quia in disjunctivis electio est debitoris. Et hoc casu extra omnem controversiam est, Pamphilum quasi indebitum condici posse, *l. 19. §. pen. sup. hoc tit.* quia non videtur pro Sticho solutus Pamphilus. Imo vero non potuit alius pro alio solvi invito creditore, *l. 2. §. 1. de reb. cred.*

Ad L. LX. eod. *Julianus verum debitorem post litem contestatam manente adhuc judicio, negabat solventem repetere posse. Licet enim absolutus sit, natura tamen debitor permanet: similemque esse ei dicit, qui ita promisit: sive navis ex Asia venerit, sive non venerit: quia ex una causa alterius solutionis origo proficiscitur. Ubi autem quis quod pure debet, sub conditione novandi animo promisit: plerique putant, pendente novatione, solutum repetere posse: quia ex qua obligatione solvat, adhuc incertum sit. Idemque esse etiamsi diversas personas ponas eandem pecuniam pure, & sub conditione novandi animo promisisse. Sed hoc dissimile est: in stipulatione enim pura, & conditionali eundem debiturum certum est.*

Hæc lex ab interpretibus est multo & inerudito pulvere aspersa. Quæstio hæc est, *an verus debitor, cum quo creditor litem contestatus est, si pendente judicio, nondum data sententia, nondum facto judicio solverit quod debuit, an id pendente judicio condicere possit?* Causa dubitandi hæc est, quia forte judicabitur ab eo pecuniam non deberi, & interim incertum esse videtur, debeat, nec ne. Atque adeo, sicut pendente conditione obligationis, ei, qui solvit condictio datur, *l. 16. & 18. hoc tit. l. 6. §. pen. de lib. leg.* ita etiam danda videtur esse condictio ei, qui pendente judicio, sub incerto eventu judicii, pecuniam solvit. Aliud tamen Juliano judicium est, ut Paulus refert in hac lege, nempe condictionem ei dandam non esse, quia & solventi post absolutionem judicis non daretur condictio, quia verus debitor est, id est, quia natura debet: veritas autem & natura idem est, ut in *Inst. adoptionem imitari naturam.* Cic. pro domo sua, *adoptionem imitari veritatem suscipiendorum liberorum.* Ausonius: *adoptionem imitari prolem, quam legisse juvet, quam genuisse velit.* At qui vere & natura debet, absolutione judicis debere non desinit: res enim male judicata non expungit naturalem obligationem, naturale vinculum, jurisgentium vinculum, *l. 8. §. 1. rem ratam haberi.* Ergo nec absolutus verus debitor, quod sua sponte solvit, condicere potest, *l. judex, hoc tit.* nam ejus, quod natura debetur, non jure civili, repetitio non est, *l. quod enim, l. fidejussor, §. fidejussor, de fidejuss. l. 49. §. 1. de solut. l. 1. §. id quod natura, ad leg. Falcid.* Quod si verus debitor, etiamsi absolutus sit, condicere non potest quod solvit post absolutionem, & multo minus id condicere potest, quod solvit ante absolutionem pendente lite. Et rursus, si quod solvit post absolutionem condicere non potest, & multo minus, quod solvit post condemnationem. Nam etiamsi verus debitor non fuerit, quod solvit ex condemnatione condicere non potest, quia id civiliter debuit ex sententia judicis, *l. cum putarem, fup. famil. ercisc.* Et quia secundum jus vetus, ex ea causa solvit, quæ inficiatione crescit in duplum, *l. 4. C. eod. tit.* Nec dicas verum debitorem, qui absolutus est, solutum repetere non posse hac ratione, quod res judicata a judice, qui eum absolvit, alio judicio, puta condictione indebiti, convelli, aut retractari non possit. Ne hoc dicas, quia posterior judex non cognoscit de sententia prioris judicis, qui a debitore peti vetuit, quive debitorem pronuntiavit non debere, neque retractat rem ab eo judicatam, sed cognoscit tantum de causa repetendæ solutæ pecuniæ. At dicas, verum debitorem, etiamsi absolutus sit, non repetere quod solvit, nec jure causam obtinere apud posteriorem judicem, quia natura debuit, & ut subjicit Paulus ex Juliano, verus debitor, qui solvit manente adhuc judicio, *συνεστῶτος τοῦ δικαστηρίου*, similis est ei, qui ita stipulanti promisit: *Sive navis hoc anno ex Asia venerit, sive non venerit, centum dari*: qui si interim solvat, antequam certum sit, ventura sit navis, necne, condictionem non habet, quia ex una causa alterius solutionis origo proficiscitur (videtur obscura ratio) hoc est, sublata una solvendi causa, puta, non debente eo solvere ex illa parte stipulationis quod navis venerit ex Asia, quæ non venit, superest altera causa, quia etsi navis non venerit, aut venerit, in hunc quoque casum se debitor obligavit. Denique una causa cessante, existit statim altera, & ita sublata una causa solvendi absolutione debitoris, quæ civilem obligationem tollit, emergit statim & suboritur altera: quia natura debitor manet, quia naturale vinculum, naturalis obligatio absolutione perempta non est. Et dicit, *alterius solutionis*, pro *alterutrius*, ut heri *in leg. 21.* alterius obligationis, id est, alterutrius, vel alternatæ obligationis (ubi & ratione consimili Paulus utitur) & solutionis, id est, numerationis & redditionis debitæ pecuniæ. Glossæ hæc non intelligunt. At quæri potest, *si quis ita stipulanti promiserit, sive navis venerit ex Asia, sive non venerit, utrum pura sit, an conditionalis stipulatio?* Et, ut breve faciam, verius est conditionalem esse, & si certum sit, alterum casum futurum, quia ex ea petitio non datur, antequam alter casus exstiterit. Quæ est ratio Bartoli verissima. Et Julianus quoque in *l. necessario, §. si ita, de peric. & comm. rei vendit.* servo ita vendito: *Esto servus ille emptus tot aureis, sive navis venerit ex Asia, sive non venerit*, dicit venditionem statim esse perfectam, & ideo periculum servi ad emptorem respicere: dicit esse perfectam, non etiam esse puram. Conditionalis igitur emptio, conditionalis stipulatio est, ut & legatum ita relictum, *sive navis venerit ex Asia, sive non, sive illud factum fuerit, sive non fuerit*, constat esse conditionale, & ideo non transmitti ad heredem legatarii, nisi alteruter casus vivo legatario exstiterit, *l. hujusmodi, inf. quando dies legati ced.* Qua in re tale legatum distat sane plurimum a pari stipulatione, quia stipulatio quæcunque conditionalis transmittitur in heredem stipulatoris, propterea quod ex præsenti tempore vires accipit, licet sit conditionalis, non ut legatum ex futuro tempore, *l. ususfructus, de stip. serv. l. si filiusfam. de verbor. obligat. §. ex conditionali, Inst. eod. tit.* Conditio item stipulationis, vel alterius contractus, quæ exstitit, retrotrahitur, retro recurrit, *d. l. necessario, §. 1. l. potior, §. 1. qui pot. in pign. hab.* conditio legati, quæ exstitit, non retrotrahitur. Qua de causa & legatum pendente conditione solutum, ut arbitror, repeti potest, certissima ratione, quia certum non est debitum iri. Si enim legatarius interim moriatur pendente conditione, heredi ejus nihil debetur. Pecunia autem in stipulationem deducta factam sub conditione supra scripta, *si pendente conditione solvatur*, repeti non potest, quia certum est stipulatori, vel heredi ejus quandoque debitum iri, quatenus scilicet conditio omnimodo exstitura est, hæc, vel illa, *si navis venerit*, vel *si navis non venerit*. Itaque tametsi sub illa conditione legatum relinquatur, quæ omnino exstitura sit, interim solutum repeti potest, quia fieri potest interim moriente legatario, ut legatum nulli debeatur. Quod si sub eadem conditione promissum sit stipulanti, interim solutum repeti non potest, *l. 18. hoc tit.* Et quod ad causam repetitionis attinet, stipulatio pro pura habetur, quia ut ex pura, ita ex hac solutum non repetitur, licet sit conditionalis, quia conditio omnimodo exstitura est. Itemque quod ad causam novationis attinet, pro pura habetur: nam si quod pure debeam, sub ea conditione promittam, quæ omnino exstitura sit, novandi animo, statim novatio fit, *l. 9. §. 1. de novat.* Et ita legatum relictum, *quum morietur heres*, quia conditionale est, & ad heredes legatarii non transmittitur, si vivo herede legatarius vita decedat, *d. l. hujusmodi, l. heres meus, §. 1. de cond. & demonst.* interim solutum per errorem repeti potest. At stipulatio ita concepta, *quum morietur promissor*, quæ non est conditionalis, non sub conditione facta, sed sub die incerto, quandoquidem, etsi promissorem moriturum certum sit, quo die tamen sit moriturus, incertum est: quia, inquam, & hæc stipulatio ad heredem transmittitur, quod interim ex ejus stipulationis causa solvitur, repeti non potest, *l. 17. hoc tit.* quæ lex (quod notandum) exemplum est ejus, quod ante dixit in *l. 16.* & proposuit his verbis, *quod autem sub incerto die debetur, die pendente non repetitur.* Res exigit, ut illo loco legamus: *die pendente*, ut in *§. 1. Instit. de Attil. tut.* Die pendente, non ut passim, *die exsistente*, alioqui nulla esset differentia inter debitorem sub conditione, & debitorem sub die incerto. Quam tamen differentiam voluisse constituere Pomponium in *d. l. 16*: plusquam manifestum est, quia & exsistente conditione, solutum non repetitur, ut eadem lex ait. At differentia in hoc tantum consistit, quod pendente conditione solutum repetitur, quia certum non est debitum iri, quum conditio est casualis, quam omnino exsti-

exstiturum dicere non posserunt. Pendente, inquam, illa conditione, solutum repetitur, quia certum non est debitum uti. Pendente autem die incerto, pura, quum moriatur promissor, pendente die incerto solutum non repetitur, quia certum est debitum ut. Sequitur in hac l. & hic est finis) *Vbi autem quæ, quod pure debet, sub conditione nouandi animo promisit, plerique putant, &c.* Dixit ante de eo, qui promisit pecuniam sub duabus conditionibus, *si navis venerit ex Asia, sive non venerit*, in omnem eventum, quem dixi, interim solutum repetere non posse: nunc dicit de eo, qui pure debitum promisit, quod promissor pure, & deinde sub conditione novandi animo: qui si folvat pendente conditione, pendente novatione, queritur, an repetere possit? Et hanc quoque placet solutum repetere non posse, quia eam pecuniam omnimodo debiturus est: sive eum condicio defecerit, quæ novatione non falta, B eam debituras est ex pura ſtipulatione: ſive conditio condicio, quæ novatione facta, eam debiturus est ex conditionali ſtipulatione, *Ipsuries, de novat.* At in contrarium objici potest, quid ſi novandi animo ſtipulet a ſecundo ſub conditione, quod pure ei promiſerat Titius? & deinde pendente conditione ſolverit? repetere poteſt: quia non eſt omnino certum a ſecundo pecuniam debitum iri. Si enim condicio defecerit, non eſt debiturus, ſed a primo ex pura ſtipulatione, quia novatione non facta, nec primo, quia tacita pactione libertus, quia interim novatio, nec vim pacti habet, *l. ſin pupillus, l. ſolvi, de pact.* Sed hic caſus (ut Paulus ait) longe eſt diſtimilis a ſuperiore. Iteque ab eo id illum non ducitur ideneam argumentum: nam hoc quidem in loco quæritur, quo pure primum, ac deinde ſub conditione promiſit, ſit novandi animo, certum eſt omnino debiturum, vel ex pura, vel ex conditionali ſtipulatione. Et *ideo* de interim valente, conditioni locus non eſt, quamvis nunc folvere, quum incerta erat folvendi cauſa, quamvis ex qua obligatione diverset, adhuc eſt debiturus. Quæ diverſitas autem cauſ, quum duo ſint eiuſdem pecuniæ debitores, unus pure, alter ſub conditione, ſtipulatione conditionali interpoſita novandi animo, non eſt certum, uter eorum ſit debiturus pecuniam: & hæc conditionis locus eſt, ſi pendente conditione, & novatione ſolvatur. Et hæc eſt ſententia Pauli in hac lege.

Ad L. XLI. dig. tit. *Rem alienam pignori dedi, deinde dominus ejus rei eſſe cæpiſti, datur utilis actio pignoraticia creditori. Non eſt dubitandum, ſi ego Titio, qui meus meam obligaverit ſine mea voluntate, hæres exiſtero. Hoc enim modo pignoris perfecto convenidendo non eſt creditori actio. Nam ſi non convenerit, non potendam nullam pignoratitiam actionem, nondum eſſe dominum, qui etiam pecuniam debet. Sed ſi convenitſſet de pignore, ut ex ſua ſententia acquatur, imperite reſpiſſe, quia mutuæ utilis actio mutuatur.*

Ad L. XIV. de Fideiuſſor.

CErtum eſt rem alienam, in qua debitor nullum jus habet, vel qua ex eo debetur, ab eo ſpecialiter pignori obligari non poſſe hinc mandato, aut voluntate domini, nec ejus pignoris creditorem poſſe habere dari, id eſt, actionem hypothecariam: ſed contraria actione pignoratitia teneri debitorem in id, quod intereſt, etiam ignorantem, qui creditori ignorantia ſua damnum dederit. Hæc ſuit, atque etiam ſcientem, qui creditorem decepit tenere extra ordinem criminis deliktuoſus, *l. ſi rem alienam, in principio, l. 2. l. ſi quis in pignore, l. 3. & ult. l. 4. C. alienare res pignori data ſit.* Rei alienæ quatem qualem obligationem eſſe dicit *Inſtitutio. l. 1. tit. de diſtract. pign.* id eſt, nullam, ut in *l. ſperi, de acquir. hered.* quia quia poſſeſſio, id eſt, nulla. At ſciendum eſt, uno caſu, ut alienæ pignori data, licet ab initio pignus non conſtiterit, non contrahatur, poſtea ex requiſito convalefcere, quod ſi debitor, qui eam rem pignori oppoſuit, poſtea dominium ejus acquirat, vel dominio ejus rei heres exſtiterit. Convaleſcit autem hoc caſu, & confirmatur pignus, non quod a directo, quia directi & ſummi juris regula, quæ a Catone profecta eſt, obſtat, quæ vetat, *quod ab initio non valet, ex poſt facto non convaleſcere.* Et ideo neque pignus, quod ab initio non valet, ex poſt facto convaleſcit directo, ſed convaleſcit utiliter, hoc eſt, pignoris perfecti jure: quia creditori datur adverſus debitorem, qui eam rem poſtea, non quidem ordinaria & directa actio hypothecaria, ſed utilis, & extraordinaria, ſive in factum, quæ nondum eſt factum habet, præſertim ſi ab initio neſciens creditor res eſſe alienam, quam pignori accipiebat, & ſi hoc cafu uti hypothecaria eſt data, & multo magis ei data videtur actio ejus rei per exceptionem doli mali ſi eam poſſideat, *l. 9. ſ. ſed eſt, Inſtitut. com. ad a. SC. Macedon.* Aliquot ſcientiæ cedenti datur retentio tantum, *l. 1. in princ. vel de pignor. non tenet, ſ. ult. D. Ipsa. inſt. de acquir. rer. dulc.* & B *alienæ res pign. date ſit.* In qua idem proponitur, quod in priore parte huius legis, utilis perfectionis exemplo pignoratitiæ, id eſt, utilis hypothecariæ. Alio ſigitur modo citur hic actio pignoratitia, quam in rubrica ipſi tam actio pignoratitia in hac rubrica eſt actio in perſonam, tam de rebus, quæ ſunt ſuæ, quam alienis datur hypothecaria creditorem pignoris recuperandi gratia, quam etiam contraria, quæ ex diverſo, five ex contrario: unde nomen contrariæ actionis) datur creditori adverſus debitorem, ſi quid neceſſario impendit in rem pignoratam, vel ſi quid ejus rei interfit, ut id ab eo recipiat. Actio autem hypothecaria, quæ hic datur pignoratitia eſt alibi *Inſtitutio.* C non in perſonam, *l. 17. inſ. de pignor. l. 1. C. ſi unus ex plurib. hered. cred.* Item actio pignoratitia, de qua eſt hic ſermonis, tam directa eſt, quam contraria, & bonæ fidei, hypothecaria eſt arbitraria, non bonæ fidei. Ad rem. Sic ſtatue. Re aliena pignori obligata ignoranti creditori, poſtea debitor rem ipſam pignoris dominio quaſito poſſideat, ut creditori non tantum retentio detur, ſi eam rem poſſideat, ſed & utilis hypothecaria adverſus debitorem, ſi debitor eam poſſideat. Hoc dicit Paulus in priore parte huius legis. Quæ ſententia *l. 1. in princ. & ſ. ult. D. de alien. res pignor. data ſit.* Nec huic ſententiæ & definitioni obſtat, quod dicitur in *l. 6. princ. eodem*, ſ. 1. *inſ. de pign. act.* creditorem, qui ejus rei heres exſtiterit, propter debitorem, cum remittat de pignore, rem in bonis debitoris fuiſſe. Quod utique in hac ſpecie cum probare non poſſit, quia certe non fuit in bonis debitoris, ex hac hypotheſi, quæ eſt in actio hypothecaria. Namque breviter ita reſpondeo: huius rei probationem a creditore deſiderari, ſi agat directo judicio, non ſi agat utili judicio, utili hypothecaria & retentionis, *ut in ſpecie propoſita*, & ita Albericus recte. Et hoc ſatis eſt, nec ſequaris in hunc rem Accurſii notas, puta, id non probans creditorem ejus rei heredem exſtitiſſe, non a fortaſſem poſſeſſionem. Datur enim hypotheca in ſtrumque, in quemlibet poſſeſſorem: ſed utilis, in dan non directa, vel ut idem ait, dari hypothecaria, ſi pignore concedit, & contingat rem debitoris eam rem bona fide poſſe debitor quamvis propter bonam fidem eo tempore quo damnodo in bonis debitoris fuiſſe intelligatur, ait eam rem alii de poſſeſſione. Nam & hoc ſi reciendum eſt, qui attoque cafu veritus eſt, creditori confirmatur pignoris quitione dominii, dari utilem hypothecariam adverſus debitorem, quia eam rem poſſidet, quia commiſſaria pignoris confirmati cauſa ad tempus conventionis. Præterea huic ſententiæ, quæ proponitur in priori parte huius legis, opponitur *l. 16. ſ. ſi ſervus, qui & a quibus manumiſſus fuerit*, quæ ſervo alieno manumiſſo, non conſentiente domino, quod ſit inutiliter, ſi poſtea manumittor ferri ſolus ſi dominus, ut puta, ſi domino heres exſtiterit, atque manumiſſionem convaleſcere: ſi dominii acquiſitione poſtea convaleſcit, cur non & manumiſſio multo magis, cum & favor liberta ſæpe aliæ benignior ſententia ſcripta? mat? Breviter reſpondeo, hanc eſſe rationem diſſerentiæ inter pignorationem, & manumiſſionem ferri alienæ quia ex manumiſſione quilla naſcitur obligatio, quæ ſine ſtringat perſonam manumiſſoris, vel nedat bona ejus. At ex conventione pignoris id agitur, ut naſcatur obligatio, quam intereſt debitoris, ne teneatur contraria pignoratitia, quandoque dominio quaſito res obtinere. Et hanc rationem differentiæ reſte Barolus etiam attingit, & verriſſima eſt. Ne quis etiam hoc mihi nugas, & nebulas Accurſii adferre, nam & ipſemet, quas hic offendit, diuvet in *d. l. 5. Titio*, & ibi acriores indicit, quas non reducere etiam certantes & veteres interpretes, & novos quoſdam, quos ſcribere in *l. 5. Titio*, juant, utiliter pignoratitiam accipi pro utili pignoratitia actione, quam competit creditori decepto, cui data eſt res aliena pignori data, id eſt, quod intereſt: non hic, ut aliam rem ſuam debitor pignori ponat. Quod tamen non ita intelligendum eſt: quia & in hac *l. & in hac l. ſi Titio*, perſpicuum eſt, ante pignus conventum, ſecuti pro hypotheca: aut certe hoc loco potius actio pignoratitia effet accipienda propriatitia contraria, quoniam de ea proprie eſt hic titulus de pignoratitia actione, & contra. In hac lege, inquam, ſententia eſt, ſi rem alienam pignoratitia utilis, quam in *l. Titio*, quæ eum ſit ſub titulo de pignoribus, qui totus eſt de formula hypothecaria, ſane argumento tituli, quod pergam demonſtrare eſt, alibi aliud verba ſuaſoris ſuaderet, accipienda eſt actione hypothecaria. Et diſcendum hoc loco lege 41. post debitabile ſub illo titulo de pignoribus, non ſub hoc de pignoratitia actione, ut contra, qui in ea nihil agitur de pignoratitia actione ſimilis, *l. 1. C. de pignor.* ita, ſed de hypothecaria tantum, ut illa verba manifeſto arguunt, *pignoris perfectionis*: Nam pignoris perfectio nihil aliud eſt, quam actio hypothecaria, quæ appellavit pignoratitiam, ut & alibi ſæpe (quod antea dixi) ſumpſimus. Itaque nihil in venio, neque in Accurſio, neque in aliis interpretibus; quod utique explicet, quem admodum hæc duæ leges in concordiam adducendæ ſint, ut ſi *l. 41. & d. l. Titio*. Nam Alciatus *7. Parerg. c. 14.* nihil agit in hac lege, intuo preferens puta legendo, *pro non eſt idem dominium, non eſt item dominium*. Et Bach. non Latine, negligenter, ſubintelligit, & ſequentia palam offenduut, non eſſe idem dicendum, priori caſu convaleſcere pignus, poſteriori non convaleſcere. Nec ſatisfacit mihi Duarenus in textu verba huius legis, quæ demonſtrant, poſterior caſu quam ſit a priore diſſimilis. Nil etiam agit univerſi quidam, qui ait, in hac lege de re mea ſine mea voluntate, ut dicamus in hac lege ſcientem creditorem accepiſſe pignori rem alienam invito domino: Nam ſatisnt nunquam dixit hoc loco, *l. 1. & l. Titio*. In illa autem *l. Titio*, ignorantem creditorem accepiſſe ignorante, non invito domino. Nam & in hac ſi ignorantes creditor accepit. Nec illud eſt, quod ille vult invenitur, & fruſtra contendit multis verbis probare: non aliud, inquam, eſt ignorare dominio, aliud invito domino, vel ſine domini voluntate. Ego ſequitur in *l. quia & ignorans invitus eſt*. Ego ſequitur. Cur dicemus? Adnivat verteandum eſt illam *leg. ſi Titio*, eſt ex *7. diſſertationum Modeſtini* quod multum facit ad rem) quo verſimile eſt, ſi ſervus, non ſcit Modeſtinum differentiam hoc loco a Paulo propoſitam, ut ſi re aliena pignori data debitor domino heres exiterit, pignus convaleſcat. Contra ſi dominus debitori heres exiterit, pignus non convaleſcat ex auctoritate juris, qui ſunt caſus valde diſſimiles. Et propoſita hac differentia poſſet fabricefe Modeſtinus ſic, & hæc quoque cafus debemus tam plane placiſſe ex æquitate, ut pignus convaleſceret. Paulo tempore obtinuit ſupradicta differentia. Modeſtini tempore, quo debitor heres exiſtebat, tam ad eſſentiam obligationem pervenit, ut indicet *l. 1. C. de pignor.* Modeſtini, inquam, tempore ſupradicta differentia non obtinebat. Cur non obtinebat? Cur heres, ſi non ipſe jure, ſaltem bona fide poſſeſſione, domino debitori ſuccedente, quali confirmato pignore, creditori dari hypothecariam utilem? Ita caſu hoc eſt, quod heres, ſi non ipſe jure, ſaltem bona fide poſſeſſione, vel replicationis doli mali debet rata facere omnia, quæ defunctus geſſit, ad quius vitem prodius succedit, etiamſi ea geſſerit in re proprii heredis, non in re hereditaria, ut comprobat *lex eum a matre, C. de rei vind.*

vind. & l. 3. C. de verb. sl. non aliter. & d. l. fi ab eo, de lib. A causâ. Insuper in hac posteriori specie, cum debitori dominium fuerit, & creditori agenti utili hypothecaria opponat dominus, idemque debitor falsus additione hereditatis debitoris: si, inquam, opponat exceptionem hanc, *si non ea res in bonis defuncti fuit, qui eam tibi pignori pepigit*, creditor falsem tuetur actione fi, scilicet replicatione hujusmodi, *si hæc controversia exstitit ex, qui eam res pignori fecit.* Ita vero procedit. Et sic in specie quoque *legis vlt. C. de evict.* quam supra pro Paulo attulimus, heredi ex fua persona, id est, jure proprio, non hereditario, vindicanti dominium res fuit, de qua ejus evictione alia persona debitor cavit, cui heres extitit, verius est obstare exceptionem doli mali, ut in *l. Seja, infr. de evict.* Quia quum evictionem debet præstare adversus alios, tam adversus ipsum quam adversus alios. Concludamus igitur, pignoris data re aliena, hodie nihil interesse, debitor, qui pignori dedit, domino heres extitit, an dominio debitori. Utroque casu pignus perit, sive res aliena vendita prodierit ea lib. Ulpiano in *l. Lin primo de except. rei vend.* Nihil interesse venditor domino heres extiterit, an dominus venditori. Utroque casu heredem repleti a rei vindicatione, opposita exceptione rei venditæ & tradite. Et quidem facilius in venditione, quam in pignore: nam rei aliene venditio ab initio valet, *l. rem alienam, & cum a emp. pignus vero ab initio non valet, alienum, & cum a emp.* Ita vero differentiæ inter venditionem, & pignorationem notissima est, & alias locis a nobis explicata, hæc tenenda sunt. Quæ est certe hujus rei ratio, quia scilicet pignore contracto, vel consensu, non agitur de re fit obligata, obnoxia, nexa: nemo autem potest rebus eripi alienam, in qua nil juris habet: venditione autem hoc non agitur, ut res obligetur emptori: nec ut dominium rei transferat emptorem, nisi interveniat mancipatio, sed ut possessio tantum transferat in emptorem, quum venditor habet præstita cautione evictionis nomine, & dolo nomine. Et ideo *de re, pro parte*, non *de re aliena* esse effe possessio: ergo & ejus rei emptio venditio est, cujus possessionem tantum habeo, non dominium: solius dominii est pignori obligare: vendere non est solius dominii, sed etiam possessoris.

Ad L. LIV. de Fidejussor. *Si in pignore contrahendo de exceptâ re creditor, qui fidejussorem pro nomine accepit, agit contrariâ pignoratitiâ actione. In quam actionem venit quod interfuit creditoris. Sed ea effio fidejussoris non semper potest. Non enim res pignori, sed pro pignore data tuetur mutua fidem fuam obligat.*

HIs, quæ diximus ad legem 41. addi velim l. 5. *de fidejuff.* quæ eft ex eodem libro Pauli. Ubi, quod tradidimus ante ex *l. si res alienam, in principio. Lexitor, §. 1. & l. si quis in pignore, §. 1. ord. & l. d. C. de alien. rei pign. fac.* Ubi dicimus, creditorem ignorari ti rem alienam pignori pepigit, quod pignus non confiftat, tuetri creditori in id, quod intereft, contraria pignoratitia actione, si debitor, qui rem fuam dedit debitori pignori ponat, ut *l. qui autem, §. pen. de confi. pec.* Sed ut fubjicit Paulus in *d. l. 54.* ea actione contraria pignoratitia non oneratur fidejuffor, quem pro mutuo fuscipit creditor, quia non pro pignore, fed pro pecunia mutua fidem fuam obligavit, non pro acceffione, fed pro principali pecunia, vel pro eo, quod principaliter in obligationem venit ex mutuo contractu. Unde colligitur eam, qui fide fua effe jubet principalem fortunam, non videri etiam fidejubere pro acceffione, veluti pro pignore, quod in obligationem expreffum fit. Et in ea lege nihil eft amplius.

Ad L.V. Ad SC. Macedon. *Exp hic & in folutum damnabitur, non in id, quod facere poffit.*

TRanfeamus ad l. 5. ad Senatuf. Macedonianum, cum qua explicabitur *lex 28. de pignorib.* quæ eft ex eod. libro. Quia vero *lex 5. ad Maced.* prædet ex iis, quæ pronuntiat in *l. 3. fuffi. & l. 4. fup.* ea mihi prius explicanda funt. Supe ft, ut qui mutuum pecuniam demutuo eft, prius a futuro debitore ftipuletur eam fibi reddi, quo numerarius eft, ut ftipulatio præcedat mutuum, qua interrefcha & natura mutuum fequi ritetlitur, quum tempore antecedentis, *Lab. de mutuat. §. 2. & l. de pig. fami. qui pecuniam, de reb. cred.* Et hæc ftipulatio perfecta quidem eft, licet conditionalis effe intelligatur, qua ei tunc *Quantum pecuniam Titio credidero, fide tua effe jubes?* & emancipatus non adempto peculio, vel alius partem. fuftus pecuniam credidit, hoc eafu lex ait, *fidejufforem non obligari patri, licet tempore, quo intereffit, filius in patris poteftate fuerit, fed obligari filio numerario poft emancipationem, non directe quidem, fed utili actione pignoris.* Verum hoc ideo, qua reus principalis non obligatur patri, quandoquidem poft emancipationem contractu fuit obligatio principalis: id eft mutuum non obligatur, & quia, ut conftquens eft, ut nec acceffio, puta fidejuffor obligatur patri, *ut. l. fi debitore, §. ult. de fidejuff.* Denique non ante ex cafu fidejuffor obligatur, quam reus principalis, quam extiterit principalis, & vires nocepcrit: ergo interim imperfecta fidejufforis obligatio eft. Denique alii fi. fidejuffor, alii reus principalis obligatus eft non poteft, & cui reus principalis non tenetur, nec fidejuffor etiam tenetur, aut potius, aut manifeftior, vel quæ alia acceffio, *l. 128. de reg. jur.* pars non tenetur reus principalis, ergo nec fidejuffor aut mandator, *aut, pignus, vel* hypotheca.

Ad L. XXVIII. de Pignor. *Si legati conditionalis relicti filiusfamilias, puter ab herede rem propriam ejus pignori accepit, & emancipatus filius eandem rem ab heredi legati exitiens: incipit filio legatum deberi, & neque puter poteft pignus vindicare, neque filius, qui nunc habet vindiciæ actionem: nec ea pecuniam patri debitor in pignore pro habere in pignore, fieri in fubjiffore dicitur.*

SPecies dicit l. 28. quæ ex eo ifh. eft eiufmodi: legatum filiofam. relictum eft fub conditione. Pendente conditione heres legati nomine cavere debet patri non precife, ex eo vel, fed in hunc conditionis. Si exiftentis conditionis legati tempore in poteftate filius fuit. Debet etiam cavere filiofam. in hunc cafum, fi exiftentis conditionis legati tempore fuit in poteftate patris. *l. 3. pleno. & l. 4. de alt. Fl. 2. & ut legat. num. 109.* Cavere autem heres debet, vel dato fidejuffore, vel dato pignore, fi pater pignore contentus fit. Nam invito patre, vel filiofam. invito legatario, non aliter fatisfieri ei debet cavetur, quam fidejuffore dato, *l. 7. de pecul. ftipul.* Ai voleti fatisfacer legati nomine, etiam nuda cautione, modo reprobatione, aut pignore dato, *l. ult. de legatorum. & infr. quod legat.* (†) Ubi vulgo refte: *liberi decedente oft*, inquit, *filiopatrino pignore tibi fub fatisfione tulit.* Male Florentini, vulgo. Nam ftuge hominem legati filiofam. fub conditione relicti cavifle pignore dato, id eft, ut ait, re propria ab herede pignori data, quo alienæ rei pignus non conftitit, vel cavifle patri dato fidejuffore (adhuc intereft) deinde fub exiftentis conditionis tempore filium effe fui juris fuffumancipationem, vel mortæ patris (nihil etiam intereft) atque ita filium legatum deberi, quia eo tempore ceffit dies legati, id eft, extitit conditio legati, quo tempore legatarius eft fui juris, & in legatis tempus fpectatur, quo dies

cognitario, fi quis a patref. ftipuletur, & credat iam illud. A eorum credit, non tempus teftamenti faciendi, *l. quæ legata, de reg. jur.* Quare certum eft dittare legata a ftipulationibus. Nam in ftipulationibus, ut ante dixi, conditionalibus infpicitur tempus emancipationis ftipulationis, non tempus exiftentis conditionis, *l. 1. fi filiusf. de verb. oblig.* Proinde ait Paulus in *d. l. 28.* fi exiftentis conditio legati ftilofum. relicti, eo iam facto patrefam. neque patrem pignus perit, qui & vindicare, neque fidejufforem convenire poffe, quia fublata eft pignoris & fidejufforia cauti, & cui heres, qui ex re propria ftipulatus eft, non tenetur ex quo fidejuffor, qui & vindicare, neque fidejufforem convenire poffe, quia fublata eft pignoris & fidejufforia cauti, & cui heres, qui ex re propria ftipulatus eft, non tenetur ex quo fidejuffor, qui & vindicare, neque fidejuffor, qui & vindicare, neque fidejufforem convenire poffe, quia fublata eft pignoris & fidejufforia cauti, & cui heres, qui ex re propria ftipulatus eft, non tenetur ex quo fidejuffor, qui & vindicare, neque fidejuffor, qui & vindicare, neque fidejuffor, qui & vindicare, neque

est, *l. 2. de cess. bon. l. si ventri, §. eorum, de reb. auct. jud. possid.* Itemque si ille prior creditor, qui posterioris pecunia dimissus est, habuerit actionem Paulianam, quæ est actio in rem eorum, quæ debitor in fraudem alienaverat, revocandorum gratia, ut & eandem actionem posterior creditor habeat, cujus ille pecunia dimissus est, *l. 10. §. 1. & l. 16. quæ in fraudem credit.* At non succedet etiam ei in hypothecariis actionibus, aliter quam si id actum sit nominatim, quod in specie prioris partis hujus legis actum non est. Ergo jus pignoris non sequitur posteriorem creditorem, quia de pignore nihil conventum est inter Titium & Mævium, *l. 1. C. de his, qui in al. loc. succe. l. cum alter, C. de fidejuss.* Quare in proposito casu, quia ea de re nihil actum est nominatim, Paulus ait, *emptoris causam esse meliorem*. Quæ verba brevia sunt & obscura. Sed hoc vult, melius esse rem pigneratam priori creditori, a debitore emere, ut ex pretio dimittatur prior creditor, quam debitori credere pecuniam dimittendi prioris creditoris gratia. Ostendo esse melius. Nam si Mævius emerit a debitore rem pigneratam Cajo, ita scilicet ut ex pretio prior creditor dimitteretur, tacite convenisse videtur inter debitorem & posteriorem creditorem, ut in jus pignoris posterior succederet, quod habuit prior. Et ita proditum est in *l. 1. C. de his, qui in prior. cred. loc. succed.* Quam ibi legem male Accursius interpretatur, negans emptorem succedere in jus pignoris, etiamsi id actum non sit nominatim, cum aperte lex dicat, emptorem succedere in jus ejus, cui possessio obligata erat. Jus autem illud, quid aliud est, quam jus pignoris? Et hoc quoque Paulus significat hoc loco, quum ait, *quo casu emptoris causa melior efficitur*. Et ratio differentiæ est manifesta inter eum, qui credidit pecuniam dimittendi prioris creditoris gratia, & eum, qui a debitore emit pignus obligatum priori creditori: ut scilicet ex pretio prior creditor dimitteretur. Hoc enim posteriore casu facilius consensisse intelligitur debitor, ut emptor in jus pignoris succederet & anteponeretur creditoribus inferioribus eam rem vindicantibus actione hypothecaria, quia emptione & traditione pignus abcessit dominio debitoris. Facile igitur creditur consensisse, ut in ea re, quæ sua esse desinebat, jus pignoris sequeretur emptorem. Difficilius hoc admittitur priore casu: quia pignus in dominio debitoris manet. Itaque non aliter creditur posterior creditor succedere in jus pignoris, quod prior habuit, quam si id actum sit cum ipso debitore nominatim, qui dominium retinet pignoris, quia pignus non mutat dominium, sed possessionem tantum. Posse autem debitorem pignus vendere nondum soluta pecunia tam creditori, ut in *l. rescriptum, de distr. pign.* quam aliis, certissimum est. Ita tamen, ut ex pretio quod alii numeraverint pecuniam offerat, aut solvat priori creditori, aut creditori, si unicus tantum fuerit, cum & *Fiduciam (quod est pignoris genus quoddam) etsi non possit debitor vendere creditori, quia in eum fiduciæ dominium transtulit, possit tamen aliis eo modo vendere fiduciam, id est, ut ex pretio dimittatur creditor, auctore Paulo 2. Sentent. tit. 13.* fiducia est genus pignoris mancipari creditori ea lege, ut remancipetur soluta omni pecunia, creditore illo, qui fiduciam contraxit, dimisso, debitor remancipatam sibi rem ex lege fiduciæ emptori præstat. Ita res geritur. Hæc de prima parte hujus legis. Secunda pars est de eo, qui credita pecunia prioris creditoris hypothecarij dimittendi gratia, nominatim paciscitur de pignore. Prima pars nominatim est de eo, qui non paciscitur de pignore, secunda de eo, qui paciscitur de pignore, ut idem sibi obligatum sit, sicut priori creditori, quem dimittit. Hic paciscitur quidem de pignore, sed non etiam paciscitur nominatim de distrahendo pignore, id est, ut sibi liceat distrahere, ac vendere illud pignus: non paciscitur, inquam, nominatim de illo pignore distrahendo, sicut prior creditor, qui in pignore contrahendo, de eo quoque distrahendo, si pecunia non solveretur, pactum interposuerat. Quod quidem pactum omisit posterior, non per oblivionem, sed data opera, cum id ageretur, ut ait, inter eum & debitorem, ne & ipse jus distrahendi pignoris haberet, quæ pactio valet, quamvis quodammodo videatur esse contra naturam pignoris. Quo enim pignus, nisi id creditor distrahere possit? Neque omnino probatur, neque omnino improbatur hæc conventio. Probatur quatenus non potest distrahere, ut convenit, nisi post trinam denuntiationem, quæ fiat testato & solemniter, *l. 4. de pign. act.* ex Paulo 2. *Sent. tit. 5.* Et nihil interest fiat illa pactio expressim, *d. l. 4.* an tacite, ut hic locus demonstrat. Si pactum hujusmodi de pignore vendendo per oblivionem omiserit, pro interposito habetur, quia id non agebatur, ne veniret, & per oblivionem omissum non habetur pro omisso, *l. Seja, de instrum. leg. l. 12. de probat. l. ult. in princ. de lib. legat.* Ex contrario citra oblivionem consulto consilio omissum, pro omisso habetur. Et ita si consulto consilio posterior creditor omiserit pactum de vendendo pignore, pro omisso habetur: nec ei ex sua persona jus est distrahendi pignoris, nisi debitori solemniter, & ter denuntiaverit, ut solveret, & debitor cessaverit, *d. l. 4. & apud Paulum 2. Sent. tit. 5.* At tandem hoc loco concludit Paulus ei, id est, creditori posteriori esse jus distrahendi pignoris, quamvis ea de re silentium summum egerit, etsi nihil convenerit ea de re inter eum & debitorem, imo potius convenisse credatur, ne distraheret: ei, inquam, jus est distrahendi pignoris, non quidem ex sua persona, quia vetat tacita pactio, sed ex persona prioris creditoris, quem dimisit, qui habuit jus distrahendi pignoris, quia a priore creditore eadem ipsa hypotheca, idem ipsum pignus (ut recte Bartolus contra Accursium sentit) & jus omne, quod in eo pignore habuit prior creditor, transisse intelligitur in posteriorem, *l. creditor 12. §. a Titio, tit. seq.* Ergo ut ei etiam licebat distrahere pignus, id denique distrahet non ex sua persona, sed ex persona prioris, cui in jus omne pignoris successit. Et ita in extremo hujus legis eleganter Paulus ait, *sæpe evenire*, ut quod quis ex sua persona non habeat, hoc per extraneum habere possit: ut quod per se quis non habet, id habeat per alium: Ut *l. cum de hereditate, de adquir. hered.* coheres, qui adivit hereditatem ex sua persona, non potest repudiare, ex persona tamen coheredis repudiantis portionem suam, datur ei electio, ut vel totam hereditatem amplectatur, vel a tota recedat, id est, totam respuat, quam tamen semel amplexus est pro sua parte, quia sæpe fit, ut se heres abstinere possit propter alium, qui per suam personam se abstinere non poterat. Ut item in *l. mulieri & Titio, de cond. & dem.* si conjunctim legetur Titio & mulieri viduæ, aut virgini sub conditione si mulier non nupserit, hæc conditio remittitur mulieri leg. Julia, ita ut etiam si nubat, possit capere legatum, eaque conditione remissa propter mulierem, quæ conjunctim injuncta fuit mulieri & Titio, & Titius ipse, quasi circumscripta conditione, ad legatum admittitur, qui tamen non admitteretur, si ei soli relictum esset legatum, si ea mulier non nuberet. Nam ea muliere nubente, non haberet legati petitionem: nam ex beneficio legis tantum ex legato concessum esse mulieri dicitur, quantum haberet si conditioni paruisset. Denique in ea specie, quod per se non habet, id habet per mulierem, ut item in *l. si communem, quemad. serv. amitt.* si Titius & pupillus communem fundum habeant, cui debeatur via, servitus viæ, pupillus non utendo, non amittit servitutem, quia tempore vel usucapione nihil amittit, qui in ea ætate est. Pupillus igitur viam retinet, & si ea non utatur, & propter pupillum etiam Titius socius ejus, eamdem viam retinet, qui per se eam amisisset ea non utendo. Quæ exempla protuli præter ea, quæ adducit Accursius. Ac similiter per se nemo potest rem suam emere, per alium potest, per suppositam personam, *l. si mandavero, §. si id, mand.* Idque fit quotidie. Simili modo pupillus per se testamentum facere non potest: per alium potest facere testamentum, aut potest ei fieri testamentum, quod dicitur substitutio pupillaris, puta per parentem, in cujus potestate est. Hoc tamen non esse perpetuum Paulus ipse demonstrat satis, quum hoc evenire ait *sæpe*, non *semper*. Non est omittendum, hanc legem abhorrere ab hoc tit. quia non est de rebus datis pignori, quæ obligari non possunt, sed de successione in jus pignoris, quæ quæstio proprie pertinet ad seq. non ad hunc titulum. Ad

Ad L. XVI. Qui potiores. *Claudius Felix eundem fundum tribus obligaverat, Eutychianæ primum, deinde Turboni, tertio loco alii creditori. Cum Eutychiana de jure suo doceret, superata apud judicem a tertio creditore non provocaverat. Turbo apud alium judicem victus appellaverat: quærebatur utrum tertius creditor etiam Turbonem superare deberet, qui primam creditricem, an ea remota Turbo tertium excluderet? Plane cum tertius creditor primum de sua pecunia dimisit, in locum ejus substituitur in ea quantitate, quam superiori exsolvit. Fuerunt igitur, quo dicerent, hic quoque tertium creditorem potiorem esse debere. Mihi nequaquam hoc justum esse videbatur. Pone primam creditricem judicio convenisse tertium creditorem, & exceptione, aliove quo modo a tertio superatam: Nunquid adversus Turbonem, qui secundo loco crediderat, tertius creditor, qui primam vicit, exceptione rei judicatæ uti potest? aut contra, si post primum judicium, in quo prima creditrix superata est a tertio creditore, secundus creditor tertium obtinuerit, poterit uti exceptione rei judicatæ adversus primam creditricem? nullo modo, ut opinor. Igitur nec tertius creditor successit in ejus locum, quem exclusit, nec inter alios res judicata alii prodesse aut nocere solet. Sed sine præjudicio prioris sententiæ totum jus alii creditori integrum relinquitur.*

HÆc lex duas recitationes desiderat. Unam, quæ explanet sententiam hujus legis: alteram, quæ definiat, quid statuendum sit de illo argumento, quod in hanc legem adducit Accursius, an eum, qui te vicit, ego vincere debeam. Itemque demonstrat, an ex eo, quod statuit Paulus in hac lege, sequatur vitium illud, quod proponit Accursius in prima Glossa, quod Græce vocatur ἀντίστροφον. Species legis hæc est. Eadem res ab eodem debitore diversis temporibus tribus creditoribus pignori, hypothecæve obligata est. Primum Eutychianæ, deinde Turboni, tertio loco alii creditori. In eo pignore privilegio temporis potior est Eutychiana, cui primum ea res obligata est, & consequenter in actione hypothecaria superare debet posteriores creditores, inferiores 2. & 3. At cum ageret Eutychiana actione hypothecaria adversus tertium creditorem, qui pignus possidebat, & de jure suo, id est, privilegio suo & prærogativa temporis non doceret, non probaret judici quicquam, superata est lite, & sententia data secundum possessorem. Lege in hac lege; Cum Eutychiana de jure suo non doceret, ut significet superatam fuisse Eutychianam, deficientibus juris sui probationib. Quod est certissimum. Nam quæ de jure suo docebat, non potuit superari, nisi per injuriam judicis, quam nullam intervenisse Paulus ponit. Huic autem sententiæ Eutychiana adquievit, nec appellavit. Post Turbo secundus creditor apud alium judicem egit actione hypothecaria adversus 3. pignus possidentem, & superatus est etiam a 3. at sententiæ non adquievit, ut Eutychiana: sed appellavit, forte a præside provinciæ ad Papinianum præfectum prætorio, ut in *l. lecta*. Et in auditorio ejus assidente Paulo, & aliis jurisconsultis quærebatur, utrum jure contra Turbonem pronuntiatum esset: vel utrum tertius, qui superaverat Primum, etiam Turbonem 2. creditorem superare deberet, an vero superato & remoto 1. creditore, primave creditrice, 2. deberet quasi prior tempore tertium excludere, fretus privilegio temporis, quasi 3. prior & antiquior, juxta id quod vulgo dicitur, priorem tempore esse potiorem jure. Quidam dicebant tertium, *qui primum superaverat, etiam 2. superare debere*, hac ratione, *quia si tertius creditor hypothecarius, sub eod. pignore obtulisset, & solvisset pecuniam primo creditori hypothecario, succederet ei in privilegium temporis, quod ille habuit, l. 1. C. eod. tit. & l. ult. C. de iis, qui in prio. cred. loc. suc. ac proinde secundum creditorem quasi potior excluderet*. Hoc est certissimum. Et eadem ratio intervenire videtur, si 3. in vindicatione pignoris primum creditorem superet; nempe, *ut in locum ejus, & in privilegium temporis, & in jus omne primi, quod in pignore primus habuit, tertius succedat, & substituatur*. Hæc erat illorum ratio. Non utebantur illa ratione, de qua infra: quia Tertius *qui vicit primum, qui secundum vincere potest, vincere etiam debet secundum*, quæ ratio falsa est, si non sit eadem ratio vincendi primi & secundi, ut non esse eandem, die crastina demonstrabo. Et non minus falsa est in hac specie ratio illa, quam illa Androcidis ad Alexandrum Magnum: Si vinum cicutæ venenum est, & cicuta homini, & multo magis vinum homini venenum est, quia non eadem vi, eademve facultate agit vinum in cicutam, qua cicuta in hominem. Sed qui erant in ea sententia utebantur hac sola ratione, quia *tertius, qui primum superavit, intelligitur ejus locum subiisse, subintrasse, perinde atque si suis nummis primum dimisisset*. Horum vero sententiam Paulus ut improbet, hypotheses inducit similes, in quibus evidentius appareat, quam iniqua ea sententia sit. Pone, primum creditorem egisse hypothecaria adversus 3. qui pignus possidebat, & a tertio superatum esse, non quod primus de jure suo non doceret, sed opposita exceptione pacti, aut jurisjurandi, aut alio modo, veluti imprudentia judicis, an poterit postea tertius secundum agentem hypothecaria repellere exceptione rei judicatæ? Hoc nemo dicturus est. Non potest autem in casu proposito tertius alio remedio secundum repellere, quam per exceptionem rei judicatæ, tanquam res judicata contra primum, in cujus locum tertius successisse intelligitur, secundo quasi inferiori præjudicare debeat, quod tamen si illo casu, quem supposuit est iniquum, & hoc quoque, quod potissimum in hac l. proponitur. Rursus pone, *post victoriam tertii adversus primum, egisse secundum hypothecaria adversus tertium, & vicisse, vel ut ait Paulus, obtinuisse tertium*, ut in *l. Paula, §. ult. de leg. 3.* An poterit secundus, qui vicit tertium, primum agentem hypothecaria repellere exceptione rei judicatæ inter eum, & tertium creditorem, quasi in primi locum successerit tertius, quem secundus vicit? Et hoc quoque nemo dicturus est. Ergo sententia dicta inter primum & tertium, nec priori hypothesi secundo nocet, nec posteriori prodest. Proinde eadem ratio exigit, ne secundum agentem hypothecaria tertius, qui vicit primum, cum de jure suo non doceret, repellere possit exceptione rei judicatæ, ne res judicata inter tertium & primum creditorem noceat secundo. Denique quacunque ratione tertius vicerit primum, non ideo vincet etiam secundum, nec primum quoque ideo vincet secundus, quod vicerit tertium, qui devicit primum: Et in summa, tertius, qui vicit primum, non intelligitur in ejus locum successisse, cui erat primus locus. Et alia est ratio solventis primo sive dimittentis primum: alia vincentis primum in judicio. Ergo qui sum posterior creditor solvo priori hoc animo, ut mihi confirmem pignus, & in prioris locum succedam. Vinco autem apud judicem priorem creditorem, & vinco mihi, aut retineo pignus dante judice, quasi meliore causa mea, non quasi successor aut substitutus priori: sententia me non substituit priori: si victor succederet in locum victi, id est, si tertius in locum primi, sane 3. vinceret etiam 2. quia obtineret primum locum; & contra secundus devicto 3. victore primi, vinceret etiam primum, *l. 3. §. ult. de pign.* At verius est, non succedere 3. in locum primi, quem vicit, non dimisit sua pecunia. Ergo aliam esse personam 3. aliam 1. Si aliam personam, ergo & aliam rem in judicium deduci, agente primo adversus 2. vel agente 2. adversus 3. Mutatio personarum aliam atque aliam rem facit, *l. si cum uno, de except. rei jud.* Et ideo agenti non obstat exceptio rei judicatæ, quia hæc exceptio tantum obstat agenti de eadem re, ut in formulis nostris præscribi etiam Cicero auctor est 13. *epist. & 1. de finibus, & 1. de orat. Quod eadem res antea in judicium venerit*: non etiam obstat agenti de alia re, hoc est, res inter alios judicata alii nocere vel prodesse non potest, ut sæpe constitutum esse ait *l. sæpe, de re judic.* Et pro regula juris dicitur receptum in *l. Modestinus, de except. l. is, qui fundum, de usufr. leg. l. Lucius, ff. de his, qui notant. inf.* Et ideo in specie legis, ut concludit Paulus, sine præjudicio prioris sententiæ, quæ data est secundum 3. & contra primum, totum jus secundo integrum relinquitur, & illibatum, sine præjudicio prioris sententiæ, id est, sine metu exceptionis rei

rei judicatæ. Et ita eadem verba accipiuntur in *l.1.C.quibus res inter al.jud.* Explicui heri sententiam legis 16. *qui pot. in pign.hab.* nunc vero pauca addam ad eam sententiam, quam Basilica contrahunt in hunc modum: *Si diversis temporibus rem pigneravero tribus creditoribus, & 3. vicerit 1. recte 2. aget adversus 3. quia nunc duntaxat quam solvit 1. tertius in ejus locum succedit, in ea quantitate, quam exsolvit.* Nihil est præterea, neque etiam quicquam amplius legis summa desiderat. Nunc veniamus ad glossas Accursii, quod earum explicatio sit magni momenti. In priore glossa Accursius notat secundum definitionem Pauli evenire, ut 2. a 3. pignus vindicet, quasi prior tempore, & primus æque a secundo quasi prior, & rursus 3. a primo ex auctoritate rei judicatæ: & rursus 2. a 3. rursusque 1. a 2. atque ita res incidat in vitium illud, quod Græci vocant ἀντίστροφον. Quod quidem vitium male Alciatus 1. *Parerg.* dixit esse proverbio [illegible], *pistilli rotatum*, quia eo ταυτολογία notatur, aut ejusdem facti iteratio continua & frequens, non ἀντίστροφον. Male etiam pistilli rotatui jungit, quod Hieronymus in epistola ad Occeanum vocat *acumen omni pistillo retusius*, quia neque ad pistilli rotatum respicit, neque (ut ille arbitratur) hoc dicit in acutum hominem, sed in hebetem. Verum ex definitione Pauli, nullum sequi ἀντίστροφον, verius est: nam secundus quidem a 3. pignus vindicat actione hypothecaria, & primus item a 2. eadem actione. At rursus 3. qui 1. vicit, cum de jure suo non doceret, nulla actione id a primo, qui id recepit, a 2. vindicare potest. Quia ut res non jure judicata pro possessore, non præbet ei vindicationem, sed retentionem tantum, ut docet aperte *l.3.§.ult.de pign.* Ita etiam res judicata pro possessore in pari causa, cum actor de jure suo non doceret, & quæreretur de jure petitoris, non de jure possessoris, ei nullam vindicationem præbet, *l.pen.§.ult. de except.rei judic.l.sed etsi possessori, de jurejur.* Neque etiam actionem in factum ex causa judicati: quia de jure ejus judicatum non est, sed de jure petitoris tantum, *d.l. sed etsi possessori.* Ergo nullum hic vertitur ἀντίστροφον. Neque etiam (quod asserit Odofredus hoc loco) ullum ἀντίστροφον incurrere ita posita specie: Tertium egisse hypothecaria adversus primum possessorem pignoris, eumque vicisse non docentem de jure suo. Nam secundus a tertio vindicare pignus potest, quia suum integrum retinuit, & vicissim primus a 2. quo peracto rursus 3. id a primo non vindicabit, videl. si tunc primus de jure suo doceat, repertis novis instrumentis, quia de jure primi pronuntiatum priore judicio non fuit, quandoquidem in eo primus non opposuit, aut non probavit exceptionem rei sibi ante pigneratæ, sed judicatum est de jure tertii tantum, de jure actoris, non de jure possessoris, *l.[illegible].l.pen.§.ult.de except. rei jud.* Et ita Bartolus recte. Dicamus etiam de alio exemplo [illegible], quod hic Accursius exposuit: *Cum bona mea uxori tacite pignerata essent dotis nomine, eadem primo pigneravi, non consentiente uxore, ac deinde 2. qui est 3. si uxor prima numeretur, ut certe est prima, deinde 2. Igitur consentiente uxore, & remittente suam hypothecam*; quæ remissio valet, quia neque intercessio est, neque donatio, *l.quamvis [illegible] ad Senatusc.Vellejan.l.etiam, & l.jubemus, C.eod.tit.l. & si pignus, quæ in fraud.cred.* Hoc vero casu extraneo possidente bona, ea primus a possessore vindicat, & uxor a primo, quia ei non consensit, & secundus, quia ei consensit uxor, ab uxore, & retro primus quasi prior a 2. & rursus uxor a [illegible] secundus ab uxore, & sic deinceps, quid fiet? Hoc [illegible] nostri, sed omnino ut mox planum faciam ex [illegible] *ad Tertul.* in qua proponitur certissima ratio [illegible], quæ sequenda est meo quidem judicio in [illegible] omnibus, in quibus [illegible] occurrit. Hoc [illegible] rectius est, dotis jure uxorem præferri, quasi [illegible] excluso atque remoto, nec jam queunte uxore [illegible], ut in [illegible] *d.leg. æquissimum*, in qua etiam [illegible] species est: *Si nepos ex filio emancipato [illegible] patrio vita [illegible] intestato [illegible] avo [illegible] matre, [illegible] ab intest.* [illegible] versia [illegible], quod dicitur ἀντίστροφον. Nam avus patrem excludet jure manumissionis ex edicto prætoris, *si quis a parente manumissus fuit*, & avum excludit mater ex Senatusc. Tertull. Quo facto, id est, admissa matre, statim pater excludit matrem, & rursus patrem avus, rursusque avum mater. Quid fiet? Videamus quemadmodum hoc explicet Jurisc. in *d.l.æquissimum*, ut in similibus causis exemplum ejus sequamur. Et ait rectius esse, avum præferri ceteris omnibus, quasi exclusa matre per patrem, quæ avum excludere potuit, & præferri avum jure manumissionis, & quasi jure patronatus, cum (ut ait l. in fi.) & adversus heredes scriptos jus suum avus exerceat, adversus quos mater nullum jus habet. Potentius ergo est jus avi manumissoris, quam jus matris. Vincat igitur avus in dubio. Huic disputationi conjuncta est alia, de qua Accursius tractat in altera glossa. Quæro, cur in specie hujus legis, qui existimabant 3. qui primum vicit, & secundum vincere debere, cur hac tantum ratione utebantur, quod videretur 3. in locum primi successisse, quæ tamen a Paulo rejicitur, quia sententia dicta pro 3. contra primum non facit, ut 3. succedat in locum primi, sicut nec consensus, & remissio primi, sive consentiente & remittente jus pignoris, debitor tertio creditori idem obliget pignus, *l.12.inf.quib.mod. pign. vel hypoth.solv.* Et omnino his duobus casibus remoto 1. per 3. quod victus sit a 3. vel quod remiserit debitori pignus, secundus tertio potior est: quia 3. non intelligitur subjisse locum primi. Cur, inquam, illa hac tantum ratione utebantur, non etiam illa, quod 3. qui vicit primum, qui potior est secundo, obtinere etiam debeat adversus 2. Omiserunt hanc rationem, tanquam manifesto falsam. Quia non est eadem ratio tertio vincendi primi, quæ primo vincendi secundi. Tertio hæc est ratio, quia primus de jure suo non docet. Primo autem hæc est ratio vincendi secundi, quia tempore prior est. Non eadem igitur utrique ratio. Si esset eadem, victor primi etiam esset victor secundi, quia qua ratione vincit secundum primus, eadem tertius vincit primum, ut in specie *legis de accessionibus, de divers. & temp. præscr.* quæ est hujusmodi. Si fundum, quem mihi pignerasti, Titio pigneravi creditori meo, quod feci jure: pignus enim pignori dari potest, *l.[illegible].§.1.de pign.* quamdiu pecuniam mihi non exsolvis, in vindicatione pignoris te vinco, quia tu mihi dedisti pignus, me autem, aut eum, cui ego dedi, vincit Titius, an etiam te Titius vincit? Sic sane, & multo quidem magis, qui eodem jure Titius me vincit, quo ego te: id est, jure constituti pignoris: si alio jure te vinco, puta jure pignoris, quia mihi fundum pignerasti, alio autem jure vincit me Titius, puta, jure emptionis, quia ei fundum vendidi, non vincit etiam te ob id solum, quod vicerit me. Denique nuda hæc ratio: *Si vinco vincentem te, multo magis vinco te*, nihil valet: at cum adjuncto hujusmodi valet, *quo jure vinco eum, qui te vincit, eodem jure, & eodem ipse vinco te multo magis*, ut si primus creditor jure antiquioris hypothecæ vincit secundum, qui eodem jure vincit tertium, & tertium quoque primus vincet multo magis. Et recte Cynus in *Auth.licet C.de nat.liber.* spectandam esse vincendi causam ait, sit ne eadem in utroque, an diversa: Nam si sit eadem, si vinco vincentem te eadem ratione, qua illum vinco, & multo magis vinco te. Si sit diversa causa vincendi, vitiosa collectio est, quia fit a comparatione majoris, & nulla est comparatio inter eos, quorum causa & ratio diversa est. Et ita in specie *d.leg. æquissimum*, mater, quæ vincit avum jure Senatusconsulti Tertulliani, si solus sit, non ideo etiam vincit patrem, [illegible] concurrat, quem avus vincit jure manumissionis ex edicto prætoris, nec potest mater ita ratiocinari, *si vinco eum, qui patrem vincit, multo magis vinco patrem*. Ac similiter pater, qui vincit matrem jure veteri, non vincit etiam avum, quem mater vincit ex Senatusc. nec potest ita ratiocinari pater, *Si vinco matrem, quæ avum vincit, [illegible] to magis.* Ac similiter avus, qui vincit patrem, a quo [illegible] mater, non vincit etiam matrem. Nec ita argumentari potest avus, *si vinco patrem, qui vincit matrem, ergo & matrem vinco*. Et hoc si inter eos solos sit controversia, ut recte scriptum est in *Institut.§.pater, de Senatusconf. Tertull.* si inter eos solos controversia sit, puta inter patrem & matrem, vel inter avum & matrem, vel inter patrem & avum: nam concurrentibus his tribus personis, patre, matre, avo, emergit ἀντίστροφον, cujus vitandi, aut explicandi causa inspicitur, cujus jus potentius sit, & is anteponitur omnibus.

Potentius autem est jus avi, qui & contra heredes scriptos valet, ceterorum jus non item. Ergo rectius est, avo jus suum conservare, tanquam patre excludente matrem, & avo patrem, nec jam queunte matre excludere avum. Et hæc est ratio, propter quam in *d.§.mater*, Paulus ait, patrem præferri matri, non avum, cum inter eos solos de hereditate agitur. Nam tribus concurrentibus avus præfertur, quasi a patre exclusa matre. Et ita si inter fiscum, qui semper habet tacitam hypothecam, & inter mulierem, quæ etiam habet tacitam hypothecam dotis nomine, sit controversia de hypotheca, fiscus si sit antiquior, præfertur mulieri, & servatur inter eos ordo temporis, *l.dotis, C. de jur. dot.* Concurrente autem Titio (quod Græci interpretes notant) qui fisco & muliere est antiquior, fiscus autem antiquior muliere, ne inducatur ἀντίστροφον, melius est, mulierem præferri omnibus, quasi a Titio primo creditore excluso fisco, ne scilicet rursus Titio a muliere excluso, fiscus, qui muliere est antiquior, vocetur, & fisco admisso, Titius, qui fisco & muliere antiquior est, quod esset ἀντίστροφον: ergo melius est, consistere in persona mulieris, nec ultra progredi, alioqui nullus esset rei exitus. Et ita quoque damnato liberto & proscripto, si inter fiscum tantum, & filium liberti de bonis liberti controversia sit, deducto quadrante, id est, deducta legitima, quæ filio proscripti conservatur, in reliquis bonis fiscus præfertur: concurrente autem filio proscripti, & filio patroni ejus, qui proscriptus est, sive patrono, & fisco, filius liberti præfertur in semisse bonorum, quasi pro eo semisse a filio patroni jure patronatus excluso fisco, quod proponitur in *l.8.de bon. damn.* quæ est ex iis, quæ desiderantur, suppletæ a nobis ex Basilicis. Hoc ideo ita definitur, ne sequatur reciprocum incommodum ἀντίστροφον, quod utique semper vitandum est, nempe, ut fiscus excludat filium liberti, qui filio patroni anteponitur, & per hoc inducatur filius patroni, qui fisco potior est in semissem, & rursus hoc admisso filius liberti vocetur. Ne hoc eveniat, ne in hoc discrimen incidamus, rectius est filium liberti proscripti præferri in semissem, cum & ipse jus potentius habeat. Et hæc ratio diluendi hujus vitii, quæ ita proponitur in *d.l.æquissimum*, summe notanda est. Præterea ad hujus legis intellectum faciliorem, nonnulla superioribus addenda sunt. Primum igitur addam ad hoc genus argumenti nihil pertinere, quod affert Accursius in hac lege, ex Nov.89. vel ex *Auth. licet, C. de natur. lib.* Unde efficit filios naturales intestati defuncti sine liberis justis & legitimis vocari in sextantem, quod est verum, & ab eo sextante excludere cognatos defuncti, & patronum, qui uxorem defuncti excludunt, quia uxor non vocatur ad intestati mariti successionem, nisi post cognatos, & tamen filios naturales uxorem patris defuncti non excludere, denique victores eorum, qui vincunt uxorem, non vincere uxorem. Dico id omne falsum & vitiosum esse: nam uxore relicta superstite, juxta eam Novellam, filii naturales patri nullo modo succedunt ab intestato: non potest igitur ille casus existere, quem ponit Accursius, ut filii naturales excludant cognatos, qui uxori anteponantur, & tamen non excludant uxorem, quia uxore superstite non patet filiis naturalibus aditus ad hereditatem intestati patris naturalis. Quod & Bartolus hoc loco suboluisse & sensisse videtur. Nihil etiam ad id pertinet, quod idem affert ex Novell. 97. vel *Auth. quo jure, C. eod. tit.* ex quo efficit, eum creditorem, cujus pecunia domus restituta est, qui habet tacitam hypothecam ex SC. vel eum, cujus pecunia refecta aut comparata, si habeat expressam hypothecam (neque enim habet tacitam) eum, inquam, vincere antiquiorem creditorem, habentem expressam hypothecam, qui vincit mulierem habentem tacitam dotis nomine, nec tamen vincere mulierem. Primum enim falsum hoc est, mulierem inferiorem, quæ dotem persequitur, vinci a superiore creditore, qui expressam hypothecam habet, quamvis ipsa non habeat nisi tacitam, ut Martinus sentit recte, non vinci eam ab antiquiore, tametsi antiquior expressam habeat hypothecam, cum ipsa non habeat nisi tacitam: Martinus, inquam, recte contra Joannem, aut non tam Martinus, quam ea ipsa Novella, quæ ex antiquioribus creditoribus expressam hypothecam habentibus mulieri præfert tantum eum, cujus pecunia domus refecta vel res empta est. Ergo ceteros, qui habent expressam hypothecam, non ita præfert mulieri, sed mulierem illis omnino contra Joannis opinionem tamen, ut mulier præferatur antiquioribus creditoribus talem hypothecam habentibus, qualem ipsa habet, id est, tacitam, non etiam habentibus expressam, usu invaluisse non nego, sed ita, ut solet plerunque vulgus ex duabus opinionibus arripere falsam potius quam veram. Falsum etiam est, eum, cujus pecunia domus restituta, empta, vel refecta est, præcise & simpliciter in persecutione hypothecæ vincere mulierem: hoc, inquam, falsum est, quia non vincit eam aliter, quam si antiquior sit, id est, jure communi servato ordine temporis. Non est igitur alter potior altero, nisi privilegio temporis, quod proprie privilegium non est. Quod hic adjicit Accursius non necessario consequi, amicum amici mei esse amicum meum, verissimum est, quia variæ sunt amicitiarum causæ. Nec semper quæ causa me tibi conciliavit amicum, eadem etiam tibi conciliabit amicum meum. Qua de causa hoc jure utimur, ut recte quidem recusem & ejurem judicem, quod sit amicus adversarii mei, non quod sit amicus amici adversarii mei. Et hæc ratio variarum causarum efficit, ut cliens clientis mei, non sit cliens meus: libertus liberti mei, non sit libertus meus, *l. Modestin. de verbor. signific.* affinis affinis mei, quod est certissimum, non sit affinis meus, & sicut est in regula juris, socius socii mei, non sit socius meus, *l.[illegible]. socii, pro soc. l. consilii, de reg. jur.* Et similiter, ut victor victoris mei non sit victor meus, nisi utrinque eadem sit ratio & causa victoriæ omnibus. Ideoque propriis singulorum causis existentibus, non communibus, non est locus regulæ Geometricæ, τὰ τῷ αὐτῷ, ταὐτὰ καὶ ἀλλήλοις ἐστὶ ταὐτά, id est, *quæ eidem sunt eadem, & invicem esse eadem.* Qua tamen regula fretus Synesius scribens ad Phylemonem, conatur persuadere, *duos amicos suos & invicem sibi amicos esse debere*, in epistola incipiente τὴν γεωμετρικὴν, ubi ejus regulæ eadem verba usurpat: sed ad rem. Est alia in hac leg. pusilla Glossa in verbo *exsolvit*, quæ Paulo scribente, tertium creditorem, qui de sua pecunia primum dimittit, in locum ejus succedere, in ea quantitate quam ei solvit, quæ ei debebatur, non in ea, quæ sibi debetur, in hac esse, & manere tertium, in illa esse primum, in id perperam affert *legem creditor, §.a Titio, hoc tit.* In qua nihil tale proponitur: nam de tertio creditore non est, qui primo solvit, sed de eo, qui cum non esset creditor, debitori credidit pecuniam primi creditoris dimittendi gratia. Inter quos est magna differentia: nam inferior creditor, qui solvit superiori, in locum ejus substituitur, in ea quantitate quam solvit, etiamsi de eo nihil nominatim convenerit, *l.1.C.eod.tit.* Itemque is, qui pignus emit a debitore, ita ut ex pretio primus creditor dimitteretur, quia etsi ei res empta & tradita non possit esse pignerata, quia sua res est, *l. debitor, de pig. act.* tamen in ea obtinenda ex persona primi potior erit inferioribus creditoribus, qui eam rem obligatam habent, si agant hypothecaria, *l.3. sup.tit. prox. l.3. C. de his, qui in prior. cred. loc. suc.* At is, qui credidit pecuniam prioris creditoris dimittendi gratia, quive cum creditor non esset priori creditori solvit, in ejus locum non succedit, nisi de eo nominatim convenerit, *d.l.3. tit. prox. d. §. a Titio.* Eum quoque creditorem non succedere in locum prioris, qui priorem jure judicioque superavit, constat ex hac lege. Idemque est dicendum, si consentiente primo creditore debitor eandem rem tertio obligaverit: Jus enim ille sui pignoris retinuisse videtur, non etiam tertius in locum ejus successisse, *l. 12. qui.mod. pign. vel hypoth. solv.*

Ad L. IX. de Distract. pign. vel hypth. *Quæsitum est, si creditor ab emptore pignoris pretium servare non potuisset, an debitor liberatus esset: putavi, si nulla cul-*

A *culpa imputari creditori possit, manere debitorem obligatum: quia ex necessitate facta venditio non liberat debitorem, nisi pecunia percepta.*

Ad §. Pomponius *autem lectionum libro secundo ita scripsit: Quod in pignoribus dandis adjici solet, ut quo minus pignus venisset, reliquum debitor redderet, supervacuum est: quia ipso jure ita se res habet, etiam non adjecto eo.*

DUæ sunt partes hujus legis. In priore quæritur de eo creditore, qui pignus rite vendidit, & pretium nondum percepit ab emptore, neque vero potest percipere propter inopiam, quæ emptori subito contigit, incendio forte rebus omnibus suis amissis. An hoc casu debitor personali actione creditæ pecuniæ liberatus sit? Et recte Paulus ait, si nulla culpa, nulla negligentia in exigendo emptore B creditori imputari possit, debitorem liberatum non esse, quia perceptio pretii, si debito sufficiat, aut quatenus debito sufficit, debitorem liberat, non venditio pignoris per se sola facta a creditore, quia, ut eleganter Paulus ait, ea venditio ex necessitate fit: id est, tunc maxime ad eam decurrit creditor, cum aliter suum a debitore servare non potest. Et ita *l. 2. hoc tit.* electo & convento fidejussore pignoris in fidejussorem transferendi causa, venditionem pignoris fieri ait necessitate juris, id est, quia aliter jus suum a fidejussore servare creditor non potest, quam si ei vendat, inque eum transferat pignus quod habet. Igitur prior hæc pars est de creditore, qui nihil redegit ex venditione pignoris. Posterior autem est de eo, qui minus redegit, quam ei deberetur, quia minoris pignus vendidit, quam sit in debito. Et quemadmodum in priore casu debitor in C solidum obligatus manet, quia creditor nihil redegit, ita & posteriore æquum est debitorem in id, quod deest, manere obligatum, *l. 3. C. eod. l. adversus, C. de obligat. & act.* (quod glossa ait apud Venetos non observari) *l. creditor 2. sup. de reb. cred.* ut scilicet idem jus sit in parte non percepta, quod in toto. Et ipso jure ita res se habet, etiamsi de eo nihil convenerit in dando pignore, ut plane conventio in dando pignore ea de re interposita, quo minus venierit, ut in tantum debitor teneatur, sit supervacua, id est, non necessaria. Huic autem contrariam conventionem si placuerit, sane exprimi necesse est: puta ut creditor contentus sit pretio qualicunque pignoris, *l. a Divo Pio, §. si pignora, de re judic.* Ex diverso, si ex pignoris venditione plus redegerit creditor, quam ei debeatur, par & æquabile est, eum teneri superfluum pretii debitori restituere D actione contraria pigneratitia, & quidem cum usuris ex tempore moræ: ut etiam si superfluum pretii in usus suos converterit, aut si id fœnori occupaverit, & usuras perceperit, id restituat, *l. 6. §. ult. & l. seq. de pig. act.*

Ad L. X. Quib. mod. pign. vel hypoth. solv. *Voluntate creditoris pignus debitor vendidit, & postea placuit inter eum & emptorem, ut a venditione discederent. Jus pignorum salvum erit creditori: Nam sicut debitori, ita & creditori pristinum jus restituitur: neque omnimodo creditor pignus remittit: sed ita demum, si emptor rem retineat, nec reddat venditori. Et ideo si judicio quoque accepto venditor absolutus sit: vel, quia non tradebat, in id, quod interest, condemnatus, salvum fore pignus creditori dicendum est. Hæc enim accidere potuissent, etiamsi non voluntate creditoris vendidisset.*

E Ad §. Creditor *quoque si pignus distraxit, & ex venditione recessum fuerit, vel homo redhibitus, dominium ad debitorem revertitur. Idemque est in omnibus, quibus concessum est rem alienam vendere: Non enim, quia dominium transferunt, ideo ab emptore jus ejus recipiunt, sed in pristinam causam res redit, resoluta venditione.*

HUic legi adjungam *l. 21. de jure fisc.* & leg. 84. *de diversf. regul. jur.* quæ sunt ex eodem libro. Certum est, pignus liberari aut solvi, si voluntate, vel consensu, aut permissu creditoris debitor pignus vendiderit, *l. 7. hoc tit.* Voluntas enim habetur, & proprie accipitur pro ratihabitione, *l. 3. §. sed si, de in rem verso, l. si fundus, §. 1. de pignor. l. Pomponius, §. ult. de procur. l. 9. §. pen. de donat.* Et hac in re ratihabitionem creditoris sufficere certissimum est, ut pignus liberetur, *l. 4. §. pen. hoc tit.* Consensus autem creditoris, vel est expressus, ut si debitore petente veniam vendendi pignoris, eam ei palam concesserit: vel etiam tacitus consensus, ut si venditioni interfuerit, & subscripserit tabulis emptionis, *l. 8. §. sed si permiserit, & §. non videtur, & l. 1. §. ult. hoc tit.* Permissus creditoris non est, nisi expressus consensus: igitur si de voluntate, consensu, aut permissu creditoris, debitor pignus vendiderit, certissimum est pignus liberari, etsi nondum tradiderit rem, vel pretium acceperit, *l. 8. §. si debitor, hic.* At quid dicemus, si post venditionem re integra statim placuerit inter debitorem & emptorem, ut a venditione discederetur, an convalescit pignus? Hæc est quæstio hujus legis. Paulus existimat, pignus convalescere. Et recte: quia impleta venditio rei traditione non est. Idemq; est, si impleta sit traditione rei, sed resoluta, restituta re venditori, quia pro non facta habetur, *l. ab emptione, sup. de pact.* Idemque est, si creditor permiserit debitori alii pignus testamento legare, & mortuo debitore legatum repudiaverit legatarius, pignus enim convalescit, quia legatum effectum non habuit, id est, pignus alienatum non fuit, *l. 8. §. venditionis, hoc tit.* aut certe non tam convalescit, quam salvum & integrum manet creditori, quia ipso jure convalescit: quum id, quod agitur, effectum non habet, omnia manent in eodem statu, perinde atque si de eo immutando nihil actum esset. At non idem est dicendum si perfecta & impleta alienatione consensu creditoris pignus ex nova causa in dominium debitoris redierit, quia hoc casu pignus non convalescit, *l. ult. C. de remiss. pign.* Et hanc distinctionem comprobat etiam *l. 8. §. supervacuum, hoc tit.* quæ initio ait, frustra quæri, an pignus permissu creditoris venierit, si debitor repossideat. Dico *repossideat, rehabeat*, ut sit unum verbum, quoniam & Basilica ita interpretantur [illegible], id est, *si iterum redierit ad debitorem*, id est, si repossederit. Frustra autem id quæritur, aut non necessario, quia certum est, videri non venisse pignus, quod venditor, idemque debitor ab emptore statim recepit, vel revocavit rescissa venditione. Non idem omnino dicendum, si id debitor ab emptore, vel herede ejus postea bona fide redemerit, vel si emptori heres exstiterit, atque ita res jure hereditario ad eum redierit: hoc casu non convalescit pignus. Verumtamen (quam in rem est valde singularis *d. §. supervacuum*) si pretio accepto soluta pecunia creditori non sit, etsi necdum soluta sit, non inutiliter adversus debitorem, ad quem pignus rediit ex nova causa, etiam hoc casu creditor agit hypothecaria, quia excipiente debitore in hunc modum, si non voluntate tua pignus veniit, creditor replicabit de dolo malo, hoc pacto: *At si non dolo malo facis, qui rem mihi olim a te pigneratam possides, nondum mihi pecunia soluta. Quum pecunia*, inquit, *soluta non est, doli mali suspicio inest, translata ad præsens tempus, ut possit creditor replicationem doli mali objicere.* Sensus hic est horum verborum: Præteritum dolum non argui, qui nullus fuit, quia debitor bona fide vendidit permissu creditoris, & postea bona fide redemit, sed argui præsentem dolum: doli suspicionem referri seu transferri a præterito tempore ad præsens, quasi nunc primum debitor in animum induxerit ludificari creditorem, quia ei non solvit, a quo initio facile extorsit, ut consentiret venditioni pignoris. At si a venditione pignoris facta consensu creditoris, discessum sit, statim mutuo consensu ipso jure pignus convalescit, sine beneficio exceptionis, aut replicationis, & ut debitori, ita creditori pristinum jus ipso jure restituitur. Denique omni ex parte omnia in integrum restituuntur, perinde atque si neque emptio, neque venditio intercessisset. Idemq; est dicendum, si qua ratio juris venditionem perfici aut impleri impediat, propter quam conventus debitor, qui vendidit, actione ex empto absolutus sit, ut in *l. 4. §. ult. hoc tit.* Idem dicendum, si debitor conventus actione ex empto, in litis æstimationem condemnatus sit emptori, id est, quanti interest emptoris rem tradi, atque ita eo præstito rem retinuerit. Nam & hoc casu, quia impleta venditio rei traditione

A tione non est, pignus convalescit. Rem tradi exigimus, ut omnino pignus perimatur, & non tantum tradi, sed etiam retineri ab emptore, nec reddi aut redhiberi debitori. Reddita vel redhibita res tradita non videtur, & ideo pignus convalescit; aut certe salvum creditori manet, quia consentiendo venditioni, non omnino intelligitur pignus remisisse, sed sub his conditionibus tantum, si venditio perfecta & impleta fuerit: si res tradita postea reddita aut redhibita non fuerit. Addit Paulus aliam rationem, quia, inquit, hæc accidere potuissent, etiam si non voluntate creditoris vendidisset, scilicet venditio resolvi potuisset mutuo consensu, vel ratione aliqua juris absoluto venditore: vel potuit res a venditore retineri præstita emptori litis æstimatione, etiamsi non voluntate creditoris vendidisset. Voluntas ergo creditoris non fecit, ut hæc acciderent. Er- B go nihil ei obesse debet, quo minus cum hæc accidunt jus pignoris salvum habeat. Et in extremo Paulus ostendit, eandem rationem servari in creditore voluntate debitoris, id est, ex pacto vendente pignus: nam ut debitore vendente pignus voluntate creditoris superioribus casibus, jus pignoris creditori servatur incolume, aut restituitur, ita creditore vendente voluntate debitoris, si venditio effectum non habuerit, si mutuo consensu resoluta fuerit, si redhibita res creditori fuerit ob vitium aut morbum latentem eum, cui eam vendidit, jus dominii ad debitorem revertitur, non ad creditorem, quamvis a creditore translatum sit in emptorem: creditor ipse dominium præstat emptori, quod tamen non habuit, *l. non est novum, de acquir. rer. dom.* Et tamen dominium ad eum non redit rescissa venditione, sed ad debitorem, cujus etiam voluntate creditor C id alienasse intelligitur. Et ita quicunque rem alienam vendit domini voluntate, dominium transfert in emptorem, nec tamen resoluta venditione dominium ad eum redit, vel (ut loquitur Paulus) ab emptore jus ejus non recipit (quod idem est) nempe dominium ad eum, qui vendidit non redit, sed ad priorem dominum, cujus voluntate alienatio facta est. Et hæc est sententia Pauli in hac *l.* cui ex eodem lib. conjungenda est *l. 21. de jur. fisc.*

Ad L. XXI. de Jure fisci. *Titius, qui mihi sub pignoribus pecuniam debebat, cum esset fisci debitor solvit mihi quæ debebat. Postea fiscus jure suo usus, abstulit mihi pecuniam: quærebatur an liberata essent pignora? Marcellus recte existimabat: si id, quod solutum mihi est, fiscus abstulit, non competere pignorum liberationem. Neque differentiam ad-* D *mittendam esse existimo interesse putantium, id ipsum, quod solutum est, an tantundem repetatur.*

HÆc lex, quæ ea quæ præcessit, ostendit, restitui pignus in pristinam causam, quod liberatum erat facta venditione voluntate creditoris, si venditio resoluta fuerit: ita ostendit pignus liberatum solutione pecuniæ restitui in pristinam causam, si solutio revocata fuerit: ut si fiscus, cui idem debitor obligatus erat jure sui privilegii, quia inter omnes creditores fiscus privilegium prælationis habet: si inquam, fiscus solutam alii creditori pecuniam abstulerit, quod sibi priori solvi deberet, hoc casu ostendit restitui pignoris obligationem, ut & obligationem principalem, & obligationem fidejussoris, si & fidejussor intercesserit, *l. 18. §. ult. l. 20. eod. tit.* Et nihil interesse ait, utrum id ip- E sum, quod solutum est, an tantundem fiscus revocaverit, *arg. l. 7. de condict. indeb. l. pen. de præsc. verbis.*

Ad L. LXXXIV. de Reg. juris. *Cum amplius solutum sit, quam debeatur, cujus pars non invenitur, quæ repeti possit, totum esse indebitum intelligitur, manente pristina obligatione.*

Ad §. Is natura debet, *quem jure gentium dare oportet, cujus fidem secuti sumus.*

ET rursus his est conjungenda *lex 84. de reg. jur.* quæ etiam ostendit, pristinam obligationem restitui aut remanere, quæ solutione sublata videbatur, si solutio revocata fuerit per condictionem indebiti, ut in specie *l. si non fortem, §. si centum, de cond. indeb.* Debitor 100. per errorem solvit amplius quam deberet, quia solvit fundum dignum centum quinquaginta. Quæ vero pars fundi indebito soluta sit, ut ea repetatur, non invenitur. Itaque ut definitur in *d. l. 84.* melius est totum fundum quasi indebitum repeti, ipso jure restituta, sive manente pristina obligatione. Quod sequitur in ea lege: *is natura debet, quem jure gentium dare oportet, cujus fidem secuti sumus*, conjungendum est cum eo, quod idem Paulus scripsit eodem lib. in *l. Julianus, de cond. indeb.* quæ jam a nobis exposita est, verum debitorem judicio accepto male absolutum, natura debitorem manere: quia res judicata non perimit naturalem obligationem: ut scilicet Paulus natura debitorem esse interpretetur eum, qui jure gentium debet, id est, æquitate & ratione naturali, etiamsi jure civili non debeat, quia res judicata extinxit civilem obligationem, ut *l. Stichum, §. naturalis, de solut. & l. indebitam, & l. si id quod, de cond. indeb.*

Ad L. XXV. de Probat. & præsc. *Cum de indebito quæritur, quis probare debet, non fuisse debitum, res ita temperanda est, ut si quidem is, qui accepisse dicitur rem, vel pecuniam indebitam hoc negaverit, & ipse, qui dedit legitimis probationibus solutionem adprobaverit: sine ulla distinctione ipsum, qui negavit, sese pecuniam accepisse, si vult audiri, compellendum esse ad probationes præstandas, quod pecuniam debitam accepit; per etenim absurdum est, eum, qui ab initio negavit pecuniam suscepisse, postquam fuerit convictus eam accepisse, probationem non debiti ab adversario exigere. Sin vero ab initio confiteatur quidem suscepisse pecunias, dicat autem non indebitas ei fuisse solutas: præsumptionem videlicet pro eo esse, qui accepit, nemo dubitat. Qui enim solvit, nunquam ita resupinus est, ut facile suas pecunias jactet, & indebitas effundat, & maxime, si ipse, qui indebitas dedisse dicit, homo diligens est, & studiosus paterfamilias, cujus personam incredibile est, in aliquo facile errasse. Et ideo eum, qui dicit indebitas solvisse, compelli ad probationes, quod per dolum accipientis, vel aliquam justam ignorantiæ causam indebitum ab eo solutum. Et nisi hoc ostenderit, nullam eum repetitionem habere.*

Ad §. Sin autem is, *qui indebitum quæritur, vel pupillus, vel minor sit, vel mulier, vel forte vir quidem perfectæ ætatis, sed miles, vel agricultor, & forensium rerum expers, vel alias simplicitate gaudens, & desidiæ deditus: tunc eum, qui accepit pecunias, ostendere bene eas accepisse, & debitas ei fuisse solutas: & si non ostenderit, eas redhibere.*

Ad §. Sed hæc ita, *si totam summam indebitam fuisse solutam is, qui dedit, contendat. Sin autem pro parte, quæritur, quod pars pecuniæ solutæ debita non est: vel quod ab initio quidem debitum fuit, sed vel dissoluto debito, postea ignarus iterum solvit, vel exceptione tutus, errore ejus, pecunias dependit, ipsum omnimodo hoc ostendere, quod vel plus debito persolvit, vel jam solutam pecuniam, per errorem repetita solutione dependit, vel tutus exceptione suam nesciens projecit pecuniam, secundum generalem regulam, quæ eos, qui opponendas esse exceptiones affirmant, vel solvisse debita contendunt, hæc ostendere exigit.*

Ad §. In omnibus autem *visionibus, quas proposuimus, licentia concedenda est ei, cui onus probationis incumbit, adversario suo de rei veritate jusjurandum inferre, prius ipso pro calumnia jurante, ut judex juramenti fidem secutus, ita suam sententiam possit formare, jure referendæ religionis ei servando.*

Ad §. Sed hæc ubi *de solutione indebiti quæstio est. Sin autem cautio indebiti exposita esse dicatur, & indiscrete loquitur: tunc eum, in quem cautio exposita est, compelli debitum esse ostendere quod in cautionem deduxit, nisi ipse specialiter, qui cautionem exposuit, causas explanavit, pro quibus eandem conscripsit: tunc enim stare eum oportet suæ confessioni: nisi evidentissimis probationibus in scriptis habitis, ostendere paratus sit, sese hæc indebite promisisse.*

INscriptio vindicat hanc legem Paulo, & sane cum lib. 3. quæstionum Paulus scripserit de condictione indebiti,

ti, ut patet ex l.21. & 80. de condict. indeb. & l.84. de reg. iur. potest etiam in eo libro de quæstione hujus legis tractare, quæ est cujusnodi. Quum agitur de condictione indebiti, cui incumbat onus probandi debitum esse, vel non esse, utrum ædes fo lvisse rem vel pecuniam indebitam, an res fe accepisse debitum: Et rursus si non res vel pecunia fuisa fit, sed promissa, utrum stipulator probare debeat, se debitam fibi rem vel pecuniam in cautionem deduxisse, an reus fe promisisse indebitam? Quæ quæstio verissimile est l.b.3. de hac quæstione tractasse Paulum. Certum eorum loco, quæ de ea quæstione Paulus scripserat, Tribonianus nobis longe latèque disputavit. Quod Paulo Ennerata divisæ abiret, vel cum rem accommodaret ad usum fori, qui obtinebat ætate Justiniani. Nam phœnix, quæ Tribonian o amicus, & familiare genus dicendi, vocabatur Basilicis & inepta, partim ex Græco idiotismo B traducta fatu prudent in hac l. quæ mvvs prolixa (& prolixitas id prodit etiam) inultum esse Paulo verbum, omnia esse Tribonianis: ut quum præsertim & ætatium patrentium. vocat Basilosum, ut Græci ea dicunt, & cum pro docere & probare mavult docere, ostendere, ut Græci δείκνυειν, & quum illo loco l. pen. in omnibus subjicitur, quæ propositionem, vel onus appellat species, quæ etiam sic dicuntur ab antiquo verbo species, id est, videro: quum inquam, vifones vocat species, vel cafus inter propositio, quibus modo adfori, modo reo incumbit onus probandi, quum agitur condictione indebiti, vel themata, ut in Basilicis, ex quorum vice quæstiones, quæ themata ea fabulæ, ut Quintilianus ait, in confpectu quodammodo collocantur. Denique funt vifiones. Verbum vifionum inolevit ætate Justiniani ex Græco idiotismo, patet ex lege 12. quæ eft fub t. 5. fignis autem, C. de test. jure confil. ubi loco, vifionis negotiis veterum. Hoc eft themata & propofiti veterum, & obscuisque hac voce veterator in Digeftis (veterator autem aliquoties) funt a manu Tribonieni eft, maxime in l. 8 fidejuffor, 5. in omnibus, manud. ubi eadem fuit verbi, quæ in hac l. in omnibus fequentes, quæ propter ea funt. Item, quum jurisconsultum dicit pro eo, quod juris auctores femper jusjurandum, quæ Jovis juramdum, ut Ennius & Naevius loquuntur: Græci autem cautionem concipere indiferete dicit, id eft, non expreffis cafuli dubiis, ut veteratores, accepit: ut idem l. 5. quis ad declinandum, & alii autem imitatores, C. de epifc. & cler. Et quum in fine legis dicit, nifi, pro, fi non Cornelius Celsus, ut vult, ut ea forte gloffa ibi notavit, nifi, non facere exceptionem, fed alium conftituere vel ponere cafum. Et quum etiam ibidem cautiones vocet confeffum, ut Græci καταθέσεις. Hujus rei etiam argumentum eft, quod & in hac lege vet interpretes Dorotheo notatur monachi conditio, ille loco, vel alias, fimplicitate gaudere, ἁπλότητα ἄγειν τὸν τρόπον τῆς ὑφῆσεως καὶ ἁφελείας, ut & in lege quidam 36. Cod. detutoribus. Ignavia fcilicet aliquando, & inertia, quæ vitium fignificat non eft hic animadvertenda & imperitia rerum, atque etiam fimul defidiæ. Ad quæ fiquem autem hoc loco propofitum ex fententia Juftiniani, aut potius Tribonian i diftinguendum eft. Si quis ex condictione indebiti folvi debiti foluti, aut condictione indebiti promiffi. Hæc eft condictio incerti, id eft, condictio cautionis, ftipulationis, obligationis, quas ejus rei nullum omnino eft, quod certo poffit. Certum enim dicitur a cernendo. Certa res dicitur eatres non eft, fed jus eft incorporale, cautio, ftipulatio, obligatio, & contra libertatis. Illa autem, quæ dicitur condictio indebiti foluti, eft condictio certi, quum res certa, vel quantitatis foluta. Et de hac quidem condictione indebiti foluti principium diximus fupra nobis, deinde paucula de condictione indebiti promiffi. Et ita diftinguimus ex fententia Tribonian i, aut Juftiniani, qui probavit omnia quæ patravit Tribonianus. Aut agente aliquo condictione indebiti foluti, reus negat omnino fe quicquam accepiffe, fi ita res cum adore ullam unquam foiffe, vel forte vifum a fe eum hominem aute fuiffe unquam, & deinde convincitur jure proditio probationibus, actore probante, fe ei pecuniam dediffe, numeraffe, foluiffe, inter quas probationes etiam eft jusjurandum, fi defertur, offendit fe, ubi

A hujus legis, quod neficio tamen, cur gloffa ungarvit ea, eum quo, fap. de jurejur. quæ nihil ad rem eorum pertinet. Hoc vero cafu, quum reus negavit fe quicquam accepiffe, & actore probante convictus eft, amittit præfumptionem, quæ pro illo faciebat, qui nomine præfumebatur fe foluiffe indebitum, & actor exoneratur neceffitate probandi fe foluiffe indebitum, & in mendacii pœnam, cum convictus eft, transfertur probandi neceffitas in reum, ut probet fe debitum accepiffe, fi condemnari nolit. Quod eft belle confirmat l. ult. fap. de rei vendic. Unde colligimus ab actore probata intentione fua, & cognitis rea pro exhibendo mendacio, non prohiberi reum de alio jure indecere, vel aliarum defenfionum ufum probarentem quo ut l. ep. C. de except. l. empt. C. de profc. lang. nap. Quod quidem obfcr Nov. 9. de teft. qui correctur tamen multis cafibus, ut ratio teftium productis, quum, in quibus illos produceret, qui fupius produxit, cuique ad retinendum declarari fe alios non habere, quos produxere velit. Hoc enim non eft admittere novos probandi teftium, quia renuntiavit amplius probationibus, & fatis fe reB tium probaffe dixit. Et hæc de priori membro fignificationis diftinctionis. Sequitur alterum. Aut ab reo probatum eft fe accepiffe, negat autem indebitum fuiffe id, quod accepit: & hoc fane cafu onus probandi incumbit actori, ut probet, fe per errorem indebitum folviffe, quia non præfumitur homo finus indebitum folviffe. Et ubi præfumptio adverfus aliquem facit, urplurimum ab eo contraria probatio exigitur, ab adverfario nulla, quæ præfumptio legis generalis, ſi peritum, de fidei. lib. I. nifi. in prine. de ev. quod ver. caufa. Nemo fanus fe fua C cum præfumptione in periculum ponere, videtur fe fe probare & diligens paterfam. non præfumitur proiicere quid tam eft, neque errare in re fua, ideoque ei incumbit probatio indebiti foluti per errorem. Et hæc præfumptio adverfarii deceptum ei folviffe, vel per ignorantiam fuiffe probabilem aliquam, quam probationem fi non intendit is, cui incumbit, per quo præfumptio juft fit, hic quæ dixi, fi diligens fit, ut reus ab actore probatione indebiti. Nam ut fubjicit, fi pupillus fit, vel etiam minor 25. annis, vel miles, vel ruficus, vel aliud hujusmodi, cui gaudet ex edicto fuo, vel ex refcripto cauti debiti, monendum, ut ait Dorotheus, qui quidem monachi plerunque fuerunt rerumque fint, quibufque pupillis fcilicet, & minoribus & aliis tam perfonis permittitur ab edicto, & ex errorem juris repetere poffunt, l. pen. inf. de aut. & poff. lugen. hoc, inquam, credibilius eft fo lviffe indebitum. Cafibus igitur, quibus fo lviffe indebitum, & actor probandi nullum eft incumbit, fed incumbit reo tantum, adverfus quem præfumptio facit, ut fcilicet probet, fe D bonam accepiffe, ut probat conditionem tantum, qui aut reddat quod accepit deficiente probatione. Et hoc in his perfonis ita obtinet, fi omne id, quod folverunt, cum erant. Adulti fuerint, dicendum eft & in pupillo & minore, fe fo lviffe dicant, atque ita fateantur fe debuiffe per rem. Nam hoc cafu præfumptio pro eis non facit, fi pofterius debere non fateantur, fed negent omnino debere, ut atque ita fe plus debito fo lviffe. Idem onus eifdem poterius incumbit, fi dicant fe jampridem folviffe non pofterius, quæ fe debuiffe olim, qui generalis regula eft, quæ folutionis obfti, vel fi dicant fe folviffe per obliviE onem, amiffis exceptione perpetua, veluti poft, aut jusjurandum fi mori potuerunt, qui generalis regula eft, quæ

